1489.ff.10(2)

BREVISSIMA INSTITUTIO *SEU RATIO* GRAMMATICES COGNOSCENDÆ,

Ad omnium Puerorum utilitatem præscripta:

Quam solam Regia Majestas in omnibus Scholis docendam præcepit.

Additis subinde Observationibus utilissimis, ex Despauterio, Alvaro, Sanctio, Vossio, Busbeio, *&, quotquot nuper scripsere, Grammaticis Latinis;*

Quæ universam artem Grammaticam exhauriunt.

OXONII, è THEATRO *SHELDONIANO*,
An. Dom. MDCCXIV.

STUDIUM GRAMMATICES

Omnibus esse necessarium.

GRammatices labor est parvus; sed fructus in illa est
Non parvus. Parva hæc discito, parve puer.
Nemo est tam doctus, qui non cognoverit ista:
Cur pudeat pueros ista labore sequi?

DE GRAMMATICA ET EJUS PARTIBUS.

GRAMMATICA est recte scribendi atque loquendi ars.

GRAMMATICÆ quatuor sunt partes,

Orthographia, Etymologia, Syntaxis, Prosodia.

DE ORTHOGRAPHIA.

ORthographia est recte scribendi ratio; qua docemur, quibus quæque dictio sit formanda literis: ut, *Lectio*, non *lexio*: ab ὀρθὸς, *rectus*; & γραφὴ, *scriptura*.

De Literis.

EX [1] viginti duabus literis, quinque sunt vocales, *a, e, i, o, u*: nam *y* Græca est. Ex quibus varie dispositis coalescunt diphthongi quinque; *ae, au, æ, ei, eu*. Reliquæ literæ consonantes appellantur: quarum novem sunt [2] mutæ; *Musa, Audio, Cœlum, Hei, Euge*. *b, c, d, f, g, k, p, q, t.*

Septem autem sunt semivocales; *l, m, n, r, s, x, z.* Ex

1 Literarum numerus non recte à Grammaticis statuitur; cum *c, q,* & etiam *k,* eadem sint litera: & *h* non magis litera sit apud Latinos quam Græcos; & *y* specie non differat ab *u*: & *x*, & *z*, non litera sint unica, sed duarum literarum compendia; & contra *j* & *v* consonæ male eædem censeantur literæ ac *i* & *u* vocales, cum totâ naturâ differant.

Quare, si rem ad rationis trutinam expendamus, videntur tantum esse literæ novendecim; nempe quinque vocales *a, e, i, o, u*: & 14. consonantes; *b, c, d, f, g, lod, l, m, n, p, r, s, t, Nau.* 2 Non verum est quod aiunt Grammatici, mutas habere sonum obscuriorem, semivocales clariorem; nec mutas esse quia vocalis sequitur, & semivocales quia præcedit; sed vera appellationis ratio est, quod mutæ, contra quam in semivocalibus fit, nullum habeant sonum, nisi vocales suum communicent. Nam *b*, aut *c*, citra vocalis certæ opem pronunciari nequeunt: at linguam crispando, efflandoque *r* quodammodo efformaveris: sibilum edendo *s* extuleris: parque ratio in cæteris semivocalibus.

quibus quatuor vocantur eriam [1] liquidæ; *l*, *m*, *n*, *r*; *S* vero ſuæ cujuſdam poteſtati litera eſt; quæ interdum etiam liqueſcit; [2] *X* & *Z* duplices ſunt conſonantes, atque etiam *I* inter duas vocales.

Adduntur etiam conſonantibus *J* & *V*, quando ſibi vel aliis vocalibus in eâdem ſyllabâ proponuntur: ut, Juno, Jovis, voluntas, vultus.

K, *y*, & *z*, Latinis dictionibus nunquam admiſcentur. *H*, proprie quidem litera non eſt, ſed aſpirationis nota: Apud Poetas autem interdum conſonantis vim obtinet.

Præponitur autem vocalibus omnibus: ut, hamus, hebenus, hiatus, homo, humus, hymnus: conſonantibus vero nullis; recte itaque enunciamus

Hiulcus, Hiacchus, } triſyllaba: Hieronymus, Hieremias, } pentaſyllaba.

At in Latinis dictionibus interdum *h* poſtponitur *c*; ut, Charus, charitas, pulcher, pulchritudo.

Biſariam pinguntur literæ; majuſculis ſcilicet characteribus, & minuſculis. Majuſculis inchoantur ſententiæ; ut, *Deum time, Regem honora*: & [3] propria nomina; ut, *Henricus, Anglia.*

Diligenter obſervari oportebit, quæ dictiones diphthongis ſcribantur, nam hæ quidem vel ſcribi omnino, vel ſignari debent: ut *Muſæ præſunt*, vel *Muſę prę ſunt.*

Literæ majuſculæ, cum ſolæ ac paucæ ſcribuntur, aliquando ſignificant prænomen, aliquando numerum.

ut
A. Aulus. C. Caius. D. Decius. G. Gaius. L. Lucius. M. Marcus. P. Publius. P. R. Populus Romanus.
P. C. Patres conſcripti. Q. Quintus, Quæſtor, Quirites. R. P. Reſpublica. Sp. Spurius. Sex. Sextus. S. P. Q. R. Senatus Populuſque [Romanus. T. Titus. T. C. Tua clementia. & [4] ejus generis infinita.

1 Liquida eſt quæ poſt mutam in eâdem ſyllabâ poſita liqueſcit, hoc eſt, vim producendi ſyllabam amittit. Ex his *m* & *n* non niſi in Græcis dictionibus liqueſcunt. Etiam ſi laxius vocem liquidæ ſumas, *s* & *v* conſonum iis accenſere poſſis; nam *s* in fine vocis apud antiquos liqueſcit; ut, *ſalcibu'* pro *ſalcibus*: & *v* conſonum ſi præceſſerit *g*, *q*: vel *s*, ut *lingua, linquo, ſuadeo.* Itaque & corripitur prior in *aqua, equus, ſequor*; alteram *ſiliqua, aliquis*, &c. 2 *x* ponitur pro *es*, ut *dux* pro *dues*, unde *ducis* in genitivo: necnon pro *gs*, ut *rex* pro *regs*, unde *regis* in genitivo. *z* autem ponitur pro *ds*, ut *zephyrus* pro *dſephyrus*, ubi tamen *d* mollitur admodum pronunciari debet. 3 Adjectiva etiam omnia quæ ab iis formantur, ut *Homericus, Ciceronianus.* A majuſcula etiam inchoant quæ proprii loco per antonomaſiam ponuntur, ut *Dominus* pro *Chriſto*, *Poeta* pro *Virgilio.* Item nomina artium ac dignitatum, ut *Rhetorica, Aſtrologia, &c.* uti & Feſtorum, ut *Paſcha.* Et, ut breviter dicam, omnia nomina quæ magnam Emphaſin habent. Quilibet etiam verſus in carmine à majuſcula inchoat. 4 Majuſcula K. ſignificat *Kęſo.* M. *Manius.* N. *Numerius.* Cn. *Cnaus.* Ti. *Tiberius.* Mam. *Mamercus.* Ser. *Servius.* Tul. *Tullus.* U. G. *Urbs condita.* S. C. *Senatuſconſultum.* Coſ. *Conſul.* Coſſ. *Conſules.* H. S. *Seſterzius, &c.*

In

In numeris vero ſignificat,

I	1	Unum.
V	5	Quinque.
IX	9	Novem.
X	10	Decem.
XL	40	Quadraginta.
L	50	Quinquaginta.
XC	90	Nonaginta.
C	100	Centum.
D	500	Quingenta.
M	1000	Mille.

De ſyllabarum diſtinctionibus.

REcte ſcripturo diſcendum eſt imprimis, [1] ſyllabas inter ſcribendum apte diſtinguere atque connectere.

In ſimplicibus vocibus *bd* vocali ſequenti adhæret; ut, A-bdomen, A-bdera.

Quam quidem rationem ſequuntur & iſta;

ct	ut	Do-ctus.	gm	ut	[2] A-gmen.
		San-ctus.	gn		I-gnis.
pſ	ut	Scri-pſi.	ſt	ut	Ve-ſter.
		Sum-pſi.			Magi-ſter.
ſc	ut	Pi-ſcis.			
		Di-ſco.	xi	ut	An-xius.
tn	ut	Æ-tna.			Di-xi, *& ſimilia.*

Inter *m* & *n* non interſeritur *p*. Male igitur pingeretur Sompnus, pro ſomnus: Columpna, pro columna.

Poſt [3] *x* non ſcribitur *ſ*: ut excribo, exolvo; non exſcribo, exſolvo. In compoſitis cum præpoſitione auribus & euphoniæ ſerviendum eſt.

ut	Occurro,	potius quam	Obcurro,
	Officio,		Obficio,
	Aufero,		Abfero.
Et contra:	Abſtineo,	non autem	Auſtineo,
	Obtineo,		Ottineo,
	Obrepo,		Orrepo.

1 De rectâ ſyllabarum disjunctione ſequentes obſervantur regulæ. 1. conſona inter duas vocales pertinet ad poſteriorem; ut, *a-mor, le-go.* 2. Si conſonans geminetur, prior ad priorem, poſterior ad poſteriorem pertinet; ut *an-nus, flam-ma.* 3. Conſonantes quæ initio non poſſunt ſociari, nec in medio conjunguntur, ut *arduus, porcus.* 4. Conſonæ, quæ conjungi poſſunt initio vocis, etiam in medio connectuntur; ut præter ea quæ in textu deſcribuntur, cm, ut *Pyra-cmon* cn. ut *te-cna.* dm. ut *A-dmetus*, mn. ut *o-mnis*, phth. ut *na-phtha*, pn. ut *Thera-pne*, pt. ut *a-ptus*, sb. ut *Le-sbia*, sm. ut *Co-smus*, sp. ut *a-sper*, sq. ut *te-squa*, tl. ut *A-tlas*, tm. ut *La-tmius.* 2 Recte dividitur *a-gmen*: non quod vox ulla occurrat, quæ à *gm.* incipiat, ſed quia *a* in *ago* ſyllabam facit, unde illud derivatur. Similiter exarandum *fra-gmentum, au-gmentum, un-guentum.* Item, *do-ctrina*; Quia *do*, ſyllabam conſtituit in *do-ctus*, unde derivatur. Excipiuntur autem ab hac regula compoſita cum præpoſitionibus; in quibus pars quæque ab altera eſt ſeparanda: ut *in-ers, abſ-trusus, propterea, &c.* Par ratio in aliis compoſitis, ut *oluſ-atrum, et-enim, &c.* 3 Veteres poſt *x* ſcribunt *ſ*, quandocunque *ex* in compoſitione jungitur vocibus incipientibus ab *ſ*, ut *exſculpo, exſcindo &c.* quem morem ſequuntur doctiſſimi viri in accurandis editionibus veterum Auctorum.

Atque hujus rei gratiâ, etiam conſonantes in compoſitione aliquando interſeruntur: ut, Redamo, redeo, ambigo, ambio.

DE ORTHOEPIA

ORthographiæ affinis eſt Orthoëpia, hoc eſt, emendate recteque loquendi ratio: ab ὀρθὸς, rectus; & ἔπος, verbum.

Hic in primis curandum eſt, ut præceptores tenera ac balbutientia puerorum ora ſic effingant & figurent, ne vel continuâ linguæ volubilitate ita ſermonem præcipitent, ut nuſquam, niſi ubi ſpiritus deficit, orationem claudant: vel contra, ad ſingulas quaſque voces longa interſpiratione conſileſcant, ructu, riſu, ſingultu, ſcreatu, vel tuſſi, ſermonis tenorem inepte dirimentes.

Cæterum ante omnia deterrendi ſunt pueri ab iis vitiis, quæ noſtro vulgo pene propria eſſe videntur; cujuſmodi ſunt Iotaciſmus, Lambdaciſmus, Iſchnotes, Trauliſmus, Plateaſmus, & ſimilia.

Iotaciſmus dicitur, quando (I) litera pleniore ſono & ſupra juſtum decorum extenditur: quo vitio ex noſtratibus maxime laborant Angli Septentrionales.

Lambdaciſmus eſt, ubi quis (L) nimis operoſe ſonat: ut Ellucet, pro elucet; Sallvus, pro ſalvus.

Noſtrati vulgo diverſum vitium impingitur; nempe quod hanc literam pinguius juſto pronuncient, dum

pro { Multus, Mollis, Falſus, } auditur { Moultus. Moolis. Faulſus. }

Iſchnotes eſt quædam loquendi exilitas, quoties ſyllabas aliquas exilius & gracilius enunciamus quam par eſt; ut cum

pro { Nunc, Tunc, Aliquis, Alius, } proferimus { Nync. Tync. Eliquis. Elius. }

Cum de vitiis loquendi nihil adnotare libuerit, non alienum fore duxi alia nonnulla ad Orthographiam ſpectantia hoc loco apponere, & ſilvam vocum exhibere, in quibus vera ſcribendi ratio ex vet. monumentis, vel origine comprobatur. *Aerius*, & *atherius* per *i* ante *us*, probat *Aldus*; & pro eo præter vet. aliquot codices eſt Græcorum mos. Sed nec per *e* damnari debet; quod hæc ſcribendi ratio ſubnixa ſit cum aliis lib. vet. tum analogiâ; quomodo per *e* Latini ſcribunt *igneus*, *flammeus*, &c. *Arceſſo* pro *voco*, non *accerſo*. *Artus* probatur, uti eſt in vet. lib. pro quo vulgo *artus*, nempe diſcriminis cauſsâ. *Baca*, non *Bacca*, eſt in quibuſdam melioris notæ Codd. *Benivolus*, & vet. lib. probant, & ratio, cum in compoſitione *e*, in *i*, mutetur. *Blatero*, non *Blactero*. *Bracchium* duplici *cc* eſt in vet. lib. atque id præfert *Aldus*. In aliis tamen *Brachium*; & Græce eſt βραχίων. *Bucina*, non *buccina*. *Caſtus* & *Ceſtus* multi confundunt, ſed perperam. *Ceſtus* enim balteus Veneris; *Caſtus*, arma pugilum. *Catera* requirit Origo; ſed *cetera* probant vet. lib. *Cauſa*, non *cauſa*. *Cecidi*, non *cecidi*. *Cera*, non *cæra*. *Cæpi* pro ἄρχομαι, non *cepi*. *Convicium*, non *convitium*. *Calcita*, non ut vulgo *calcitra*. *Ethica*, non *Æthica*. *Exſilio*, *exſulo*, *exſto*, *exſuporo*, *exſurgo*, ſimiliaque cum *s*.

Fecundus,

Trauliſmus eſt hæſitantia quædam aut titubantia oris, quando eadem ſyllaba ſæpius repetitur: ut, Cacanit, pro canit: Tututullius, pro Tullius.

Huic vitio, ut fœdiſſimo, ita & periculoſiſſimo, ſic ſuccurrendum putat *Fabius*: ſi exigatur à pueris, ut nomina & verſus affectatæ difficultatis, ac plurimis & aſperrimis inter ſe coëuntibus ſyllabis concatenatis, ac velut conſragoſis, quam citiſſime volvant: ut,

Ars, tridens, roſtris, ſphinx, præſter, torrida, ſeps, ſtrix.

——— poſtquam diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes portaſque refregit.

Plateaſmus eſt, quando craſſius & voce pluſquam virili, loqui nitimur, ut cum

pro { Montes, Fontes, Pontes, } efferimus { Mountes. Fountes. Pountes. }

Ut etiam pro { Ergo, Sperma, Perago, } efferimus { Argo. Sparma. Parago. }

Sunt & alibi apud noſtrates, qui pro V conſonante ſonant F; & è contra V, pro F.

Ut { Folo, Fis, Folui, Felle, } pro { Volo. Vis. Volui. Velle. }

Et rurſum { Vero, Vers, Verre, } pro { Fero. Fers. Ferre. }

S vero mediam inter duas vocales corrupte ſonant nonnulli,

pro { Læſus, Viſus, Riſus, } pronunciantes { Læzus. Vizus. Rizus. }

H, in initio dictionis lenius, in medio aſperius enunciari volunt; Male ergo,

Fecundus, felix, femina, fenus, fetus, & horum derivata merâ vocali fere invenias in vet. Codd. *Monumentum*, non *monimentum*. *Ne* ſcribendum pro *ne*, *Opperior* pro *expecto*, non *operior*. *Parcimonia*, non *parſimonia*. *Patricius*, non *Patritius*. *Pœna*, non *pœna*. *Pomœrium* exigit origo, ſed qui ſimplici vocali ſcribunt, poſſunt ſe tueri vet. lib. *Pradium*, non *prædium*. *Quatuor*, non *quattuor*. *Sapes, ſapio*, & *ſapimentum*, vet. lib. probant, non ut vulgo cum merâ vocali. *Sexcunx* & *ſeſcunx* male confunduntur. *Sidus*, non *ſydus*; *Silva*; non *ſylva*; *Solemne*, non *ſolenne*; *Sulfur*, non *ſulphur*; *Subciſiva*, non *ſucciſiva*; *Toſus*, non *tophus*; *Sumtus*, non *ſumptus*; *Emtum*, non *emptum*; in quibus & ſimilibus *p* omittitur in vet. Codd. *&c.*

pro { Homo, Hamus, Humus, Chriſtus, Chriſma, Chremes, Thus, Diphthongus, Sphæra, } efferimus { Omo. Amus. Umus. Chriſtus. Criſma. Cremes. Tus. Diptongus. Spæra. }

Fœde quoque erratur à noſtris, ubi t & d tanquam aſpirata pronunciant;

ut { Amath, Caputh, Aputh, } pro { Amat. Caput. Apud. }

At innumera pene ſunt hujus generis vitia, quæ bonarum literarum candidatis, & præceptorum diligentiæ emendanda relinquimus.

De Sententiarum punctis.

NEque exigua Orthographiæ pars in ſcriptura recte diſtinguenda conſiſtere videtur: Proinde de clauſularum [1] diſtinctionibus paucula annotâſſe non fuerit ſupervacaneum.

Puncta ergo, ſive notæ, quibus in ſcribendo utuntur eruditi, Latinis dicuntur, [2] Subdiſtinctio, Media diſtinctio, Plena ac perfecta diſtinctio: Græcis Comma, Colon, Periodus.

Subdiſtinctio, ſeu Comma, eſt ſilentii nota, ſeu potius reſpirandi locus; utpote quâ pronuntiationis terminus, ſenſu manente, ita ſuſpenditur, ut quod ſequitur continuo ſuccedere debeat. Notatur autem puncto deorſum caudato, ad hunc modum (,)

Ovid. *Utendum eſt ætate; cito pede præterit ætas:*
Nec bona tam ſequitur, quam bona prima fuit.

[3] Hâc item notâ diſtinguuntur orationum ſingulæ partes: ut,

1 Diſtinguendi ratio vulgo refertur ad Orthographiam, cum ad ſyntaxin potius pertineat. Nec enim in oratione ſolum ſtructura, vel ordo; ſed etiam diſtinctio attenditur.

2 Ita hodie diſtinguimus, ſed antiquioribus, punctum poſitum ad imam literam notabat comma, quod idcirco ſubdiſtinctio vocabatur: ad mediam literam, erat nota coli, aut media diſtinctio: ad caput literæ ſignabat periodum.

3 Commatis uſus præcipuus eſt in diſtinguendis nominibus, verbis, & adverbiis. Nominibus, ut *vir pius, & doctus.* In verbis: ut *hortari, orare, manere.* In adverbiis: ut *ſerius, ocius, neceſſe cunctis eſt mori.* Eſt & alius commatis uſus: Ut cum ad tollendam ambiguitatem ſejungit duas voces: quemadmodum in illo *Ciceronis* loco. *Summa quidem auctoritate Philoſophi, ſevere, ſane, atque honeſte, hæc tria genera confuſa, cogitatione diſtinguunt.* Ubi comma ponitur poſt *confuſa*, ne conjungendum putetur cum *cogitatione*, quod proxime ſequitur.

Juv.

Juv. *Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,*
Græculus eſuriens in cœlum, juſſeris, ibit.

Media diſtinctio, ſeu Colon, eſt ubi tantum fere de ſententia reſtat, quantum jam dictum eſt, & eſt perfecta periodi pars, notaturque duobus punctis ſic (:) ut, *Quemadmodum horologii umbram progreſſam ſentimus, progredientem non cernimus: & fruticem aut herbam creviſſe apparet, creſcere autem nulli videtur: ita & ingeniorum profectus, quoniam minutis conflat auctibus, ex intervallo ſentitur.*

Plena diſtinctio, quæ & Periodus dicitur, ponitur poſt perfectam ſententiam; quæ & puncto plano notatur, hoc modo, (.) ut,

Dic mihi muſa virum, captæ poſt tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & urbes. [1]

Huc annumerari ſolent Parentheſis & Interrogatio. [2] Parentheſis eſt ſententia duabus ſemilunulis incluſa; quâ remotâ, ſermo tamen manet integer: ut,

——Princeps (quia bella minantur
Hoſtes) militibus urbes præmunit, & armis.

Interrogatio ſignatur duobus punctis, ac ſuperiore ſurſum caudato; ſic (⁝) ut,

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? *

1 Triplici huic diſtinctioni additur à multis ſemicolon: quæ eſt nota reſpirationis paulo majoris quam in commate, ſed minoris quam in colo: ac notatur puncto cum commate ſubjecto, hoc pacto, (;) Magnus uſus eſt in diſtinguendis nominibus contrariis & variis partitionibus: ut, *Propria, aliena; publica, privata; ſacra, prophana.* 2 Ea utuntur perperam qui parentheſi includunt hujuſmodi verba, *ut arbitror, uti intelleximus*, & ſimilia. Pleriſque etiam in uſu eſt admirationis nota: quæ ſic pingitur (!) ut, *O curas hominum!* * Spectant inſuper ad Orthographiam, Apoſtrophus, Diæreſis, & nota quæ Hyphen vocatur. Apoſtrophus eſt nota rejectæ vocalis, ut *egon'* pro *egone*; Idque aliquando conſona ſequente, ut *Ten' cirratorum*. Perſ. Diæreſis nota ſunt puncta duo literæ impoſita. Utimur ea differentiæ cauſa, ne pro *aera* legatur *ara*. Hyphen ita connectit vocabula duo, ut proxime ad compoſitorum naturam accedant. Nota ejus (-) hæc: ut *ante-malorum*, apud *Virgilium*.

DE ETYMOLOGIA.

ETymologia verſatur imprimis circa inveſtigandas dictionum origenes: ut, num *Cælebs* dicatur, quaſi *cæleſtem vitam agens*; num *Lepus*, quaſi *levipes*.

Cæterum Etymologia (quatenus nos hoc loco de ea diſſerimus) eſt ratio cognoſcendi caſuum diſcrimina: ut, *fortis*, *fortiter*; *lego*, *legit*: omneſque orationis partes complectitur. *Cicero* Notationem, ſeu Veriloquium, vocat. Componitur autem ab ἔτυμος, verus, & λόγος, ſermo.

DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS.

Partes Orationis sunt octo: { *Nomen*, *Pronomen*, *Verbum*, *Participium*, } declinab. { *Adverbium*, *Conjunctio*, *Præpositio*, *Interjectio*. } indeclin.

NOmen est pars Orationis, quæ [2] rem significat sine ulla temporis aut personæ [3] differentia.

Nomen dupliciter dicitur; Substantivum, & Adjectivum.

Substantivum est, quod nihil addi postulat ad suam significationem exprimendam.

Est autem Substantivum duplex: { Appellativum, & Proprium.

Appellativum est, quod rem multis communem significat: ut, *Homo*, *lapis*, *justitia*, *bonitas*.

Proprium est, quod rem uni individuo propriam significat; ut, *Jesus*, *Maria*, *Londinum*, *Thamesis*.

Proprii nominis [4] tria sunt genera.

{ Prænomen, quod vel differentiæ causâ, vel veteri ritu præponitur: ut, *Lucius*, *Publius*, *Aulus*, *Marcus*.
Nomen, quod suum est cuique: ut, *Petrus*, *Paulus*, *Cato*, *Tullius*.
Cognomen, quod vel à cognatione impositum est: ut, *Gracchus*, *Fabius*, *Scipio*, *Cicero*: vel ab [5] eventu aliquo; ut, *Africanus*, *Macedonicus*, *Germanicus*.

Adjectivum est, quod substantivo indiget, cui in oratione adhæreat: ut *Piger*, *alacris*, *candidus*, *Clemens*.

Adjectivum est duplex: Commune, & Proprium.

{ Commune est, quod affectionem multis communem significat: *Bonus*, *solers*, *satur*.
Proprium est, quod affectionem uni individuo peculiarem significat: ut *Gradivus Marti*: *Quirinus Romulo*.

1 Potuere Grammatici has octo revocare ad classes quatuor; duas principes, Nominis & Verbi: duas his servientes, Adverbii & Conjunctionis. Ita *Pronomen* accensebitur nomini pro quo ponitur; uti & *Participium*, quod extra structuram quâ convenit cum verbo, non aliter differt à Nominibus adjectivis, quam quia tempus significet. Sub Adverbiis autem comprehenduntur, tum Præpositiones; tum etiam, uti apud Græcos fit, Interjectiones. 2 Primario scilicet, quomodo distinguitur à Pronomine, quod primario nomen respicit, secundario verò rem significat. 3 Hoc est sine adsignificatione temporis; quo differt à Verbo & Participio. Nam nomen interdum quidem significat tempus; ut *dies*, *hora*; *priscus*, *novus*: Sed Verbum & Participium adsignificant tempus; hoc est, primariæ significationi addunt significationem temporis, seu præsentis; ut in *amo*, *amans*, seu præteriti; ut *amavi*, *amatus*; seu futuri; ut *amabo*, *amaturus*. Ubi tempus non est propria vocis significatio; sed ad propriam significationem adjunctio temporis. 4 Nomina propria Græcis singula erant; ut *Aristoteles*, *Alexander*, *&c.* at non item Romanis, quibus quatuor interdum nomina. *Prænomen* erat cujusque proprium: unde & liberi eo distingui solent. Quin & mulieres,

DE ACCIDENTIBUS NOMINI.

Nomini accidunt ſeptem;
Species, Figura, Numerus, Caſus, Genus,
Declinatio, Comparatio.

DE SPECIE.

Species Nominum eſt duplex: { Primitiva, & Derivativa.

Primitiva eſt, quæ aliunde non trahitur.
Derivativa eſt, quæ aliunde formatur.

Primitivæ ſubjiciuntur hæc quæ ſequuntur, & hujuſmodi.

Collectivum ſcilicet, quod ſingulari numero multitudinem ſignificat: ut, *Concio*, *cœtus*, *plebs*, *turba*, *pecus*, *grex*.

Fictitium, quod à ſono fingitur: ut, *Sibilus*, *tintinnabulum*, *ſtridor*, *clangor*.

Interrogativum: ut, *Quis*, *uter*, *qualis*, *quantus*, *quot*, *nunquis*: Quæ aliquando migrant in indefinita, aliquando in Relativa.

Redditivum, quod interrogativo reſpondet: ut, *Talis*, *tantus*, *tot*.

Numerale, cujus ſpecies hæ numerantur:

- Cardinale, à quo, ceu è fonte, alii numeri dimanant: ut, *Unus*, *duo*, *tres*, *quatuor*.
- Ordinale: *Primus*, *ſecundus*, *tertius*, *quartus*.
- Diſtributivum: ut, *Singuli*, *bini*, *terni*, *quaterni*.
- Partitivum, quod ſignificat vel multa ſingulatim: ut, *Quiſque*, *unuſquiſque*, *uterque*, *neuter*: vel unum è multis: ut, *Alter*, *aliquis*, *cætera*, *reliquus*.
- Univerſale: ut, *Omnis*, *cunctus*, *nullus*, *nemo*.
- Particulare: ut, *Aliquis*, *quiſquam*, *ullus*, *quidam*.

mulieres, contra ac nonnullis viſum eſt, *Prænomina* habebant. Fere autem *nomen* Gentilitium eſt eoque omnibus convenit, qui ejuſdem ſunt gentis. *Cognomen* autem eſt quod nomini Gentilitio poſtponitur; eſtque familiæ nomen. Nam differunt gens, & familia, ut totum & pars. Falluntur etiam qui mulieres cognomen non habuiſſe arbitrantur. 5 Hoc *Agnomen* vocant plerique Grammatici. Nam licet, quæ ab eventu indita fuiſſe certiſſimum eſt, ab optimis Scriptoribus vocentur *Cognomina*, inde tamen ſequitur tantum Cognomen pro Agnomine dici poſſe; non autem Agnomen barbare pro certo cognominis genere uſurpari. Nam occurrit apud *Ovidium* & *Ciceronem*. Nec appellationem eam rejicit *Probus*, Grammaticus, ut antiquus, ita probatiſſimus.

Derivativa

Derivativa autem has ſpecies ſubjectas habet; nimirum

Verbale: ut, *Lectio, litura, auditus, aratrum.*

Patrium: *Eboracenſis, Londinenſis, Oxonienſis, Ætonenſis.*

Gentile: ut, *Græcus, Latinus, Hebræus, Anglus.*

Patronymicum, quod vel à Patre, vel ab alia quapiam ſuæ familiæ perſona derivatur;

ut, *Æacides*, filius vel nepos *Æaci.*
Nerine, filia vel neptis *Nerei.*
Latoides, filius *Latonæ.*
Menelais, uxor *Menelai.*

Diminutivum: ut, *Regulus, popellus, majuſculus, minuſculus.*

Poſſeſſivum: ut, *Herilis, ſervilis, regius, paternus.*

Materiale: ut, *Fagineus, lapideus, gemmeus, aureus.*

Locale: ut, *Hortenſis, agreſtis, marinus, montanus.*

Adverbiale; ut, *Hodiernus, heſternus, craſtinus, clandeſtinus.*

Participiale: ut, *Amandus, docendus, videndus, ſcribendus.*

Et quæ in *lis* exeunt à verbis deducta; ut, *Fictilis, coctilis, flexilis, penſilis.*

* Genus proprie eſt diſcrimen nominis ſec. ſexum. Sed hic non ſemper Phyſice intelligi debet, ſeu ratione naturæ: ſed etiam grammatice, ſeu ratione ſimilis ſtructuræ. Nimirum, ratione ſermonis maribus quaſi accenſentur omnia, quæ inſtar eorum conſtruuntur: & quaſi pro mulieribus habentur, quæ in ſtructura ut mulierum propria uſurpantur. Eſt igitur genus grammaticis non diſcrimen ſecundum ſexum, ſed ſecundum ſexûs notam: cujuſmodi nota eſt quod

DE FIGURA.

Figura eſt aut ſimplex; ut, *Juſtus*: aut compoſita; ut, *injuſtus.* Sunt qui huc addunt & decompoſitum: ut, *Irreparabilis.*

DE NUMERO.

Numeri ſunt duo: Singularis de uno; ut, *Pater*: pluralis de pluribus; ut *Patres.*

DE CASU.

Caſus nominum ſunt ſex.

Nominativus, qui & rectus dicitur, ex prima vox qua rem aliquam nominamus.

Genitivus, qui ſignificat cujus ſit res quæpiam; atque hic Patrius, gignendi, aut interrogandi caſus dici ſolet. Dativus, ſive dandi caſus dicitur, quo quid cuipiam attribuimus. Sub hac voce octavum etiam caſum

recipiat *hic*, *hæc* vel *hoc*, & illa perpetua eſt; quod maſculina more maſculorum, feminina more feminarum, neutra vero neutro modo conſtruuntur. Et ſane propter ſolam ſtructuram traditur generis doctrina. Quare, ſi nulla eſſent adjectiva, vel ea ſemper unius eſſent terminationis, tum in ſingulari, tum etiam in plurali; inanis ac ſupervacua eſſet omnis hæc de generibus diſputatio. His ita præmiſſis facile erit cum recentioribus Grammaticis dubium & epicœnum ex generum numero eliminare. Nam ea quæ dubia vocantur, propriiſſime communia ſive utriuſque generis dici debent, quippe quæ & maſculina & feminina eſſe, certum eſt, ac proinde Dubii, ſive incerti generis dici non poſſunt. Ea autem quæ vulgo communia appellantur, utriuſque quidem

comprehenderunt: ut, *It clamor cælo*, id eſt, *in cælum.*

Accuſativus, qui & Incuſativus, vel cauſativus dici poteſt, qui verbum ſequitur; utpote in quem actio verbi immediate tranſit: ut, *Amo patrem.*

Vocativus, quem & ſalutatorium vocant, vocandis compellandiſve perſonis accommodatur.

Ablativus, quo quippiam ab aliquo auferri ſignificamus. Hic ſextus atque Latinus caſus appellatur, nempe quod Latinorum ſit proprius.

*DE GENERE**.

Genus eſt ſexûs diſcretio. Et ſunt genera numero ſeptem: Maſculinum, cujus nota eſt *Hic*: femininum, *Hæc*: neutrum, *Hoc*: commune, *Hic & hæc*: commune trium, *Hic, hæc, & hoc*: dubium, *Hic* vel *hæc*: Epicœnum ſeu promiſcuum, cum ſub una generis nota utrumque ſexum complectimur: ut, *Hic anſer, hæc aquila.* Quanquam hoc quidem genus ad præſens negotium non ita proprie ſpectare videtur; cum hoc quidem loco non de natura rerum agatur, ſed de qualitate vocum.

Porro, inter commune genus & dubium hæc eſt differentia; quod ubi ſemel communis generis nomini adjectivum copulaveris, non jam integrum fuerit de eadem re loquenti, mutare genus adjectivi: ut ſi dixeris, *Durus parens*, aut *Canis fœta*; quamdiu de eiſdem ipſis individuis loquêris, non licebit mutato genere dicere, *Parentem iniquam*, aut *Canem fœtum.* At vero, dubii generis ſubſtantivo poſito, etiamſi adjectivum maſculinum addideris, nihilo tamen ſecius de eadem re ſermonem continuanti, licuerit pro tuo arbitratu mutare genus adjectivi: ut ſi dixeris *Durum Corticem*, poteris etiam de eodem loqui, pergens dicere, *eandem corticem eſſe & amaram.*

Ut autem genera nominum ad amuſſim calleas, hi ſequentes canones tibi ſumma diligentia imbibendi ſunt, quos *Guil. Lilio* Anglo acceptos referre debes.

quidem generis ſunt, ſed non ſine diſcrimine in utroque genere ponuntur: verum ſexu diſcreto, pro maribus in maſculino pro feminis in feminino uſurpantur. At hoc diſcrimen cum plane accidentale ſit; (quippe Grammatici ſtructuram ſolummodo attendunt) ſpecie diſtincta genera non efficit, ac proinde communia dubiaque quæ vocantur, ejuſdem generis cenſeri debent. Quin & recentiores Grammatici plurima nomina, vulgo communia dicta, ad maſculinorum claſſem referunt, quod ſignificatione licet communia, ſtructurâ tamen ſemper ſunt maſculina. Pari ergo ratione Epicœna dicta generum numero exulare debent, quæ ſtructurâ ſemper ſunt maſculina vel femininæ tantum, non obſtante quod utrumque ſexum includant; nam illud diſcrimen accidentale eſt: Et Auctores linguæ Latinæ ad ſexum non attendebant; quia cum animantia plerumque domeſtica non eſſent, ſexus facile diſtingui non poterat.

GUI-

GUILIELMI LILII

Regulæ generales Propriorum.

PRopria quæ maribus tribuuntur [1] maſcula dicas:
Ut ſunt Divorum; Mars, Bacchus, Apollo: virorum;
Ut, Cato, Virgilius: [2] Fluviorum; Ut, Tibris, Orontes:
[3] Menſium; ut, October: [4] Ventorum, ut, Libs, Notus, Auſter. [5]

De Femininis.

PRopria feminea referentia nomina ſexum,
[6] Femineo generi tribuuntur: ſive Dearum
Sunt: ut, Juno, Venus: mulierum; ceu, Anna, Philotis:
[7] Urbium; ut, Elis, Opus: Regionum; ut, Græcia, Perſis:
Inſulæ item nomen: ceu, Creta, Britannia, Cyprus.
Excipienda tamen quædam ſunt urbium: ut iſta
Maſcula; Sulmo, Agragas: quædam neutralia, ut, Argos,
Tybur, Prænеſte: & genus Anxur quod dat utrumque.

Regulæ generales Appellativorum.

APpellativa arborum erunt [8] muliebria; ut, alnus,
Cupreſſus, cedrus. Mas ſpinus, mas oleaſter [9]:
Et ſunt neutra, filer, ſuber, [10] thus, robur, acerque.

[11] Epiccœna.

SUnt etiam volucrum; ceu, paſſer, hirundo: ferarum;
Ut, tigris, vulpes: & piſcium; ut, oſtrea, cetus,
Dicta epiccœna: quibus vox ipſa genus ferei aptum.
Attamen ex cunctis quæ diximus ante notandum,
Omne quod exit in um [12] ſeu, Græcum, ſive Latinum,
Eſſe genus neutrum; ſic invariabile nomen.
Sed nunc de reliquis, quæ appellativa vocantur,
Aut quæ ſunt tanquam Appellativa, ordine dicam.

1 Item nomina appellativa, quæ maribus tantum competunt (ſub ratione nempe officii, aut ſimili,) ut *vir, Conſul, Prætor*, & ſimilia. [Quædam tamen nomina, licet viros ſignent, tantum in muliebri uſurpantur; ut, *opera, cuſtodia, copia, vigilia, excubia, cura*; nimirum quia primo & propriè actionem ſignificant, & per metonymiam effecti de hominibus dicuntur, reſervato generè propriæ ſignificationis. Ob eandem cauſſam, *ſcortum, mancipium, proſtibulum*, neutra ſunt.] Item maſculina ſunt verbalia multa in *a*, ut *advena, indigena*, & ſimilia; quæ ſignificatione licet communia non conjungi debent cum adjectivo feminino, niſi veteres idem fecerint. Ad regulas generales propriorum ſpectant animantium nomina, cum æque iis ſexus inſit ac homini. 2 Nomina fluviorum ejus ſunt generis quod terminatio requirit. Sin juxta terminationem fuerint feminina aut neutra, ac nihilominus in maſculino uſurpantur; id per ſyllepſin fit, quia reſpicitur nomen commune *fluvius*, vel *amnis*. 3 Menſium nomina ſunt adjectiva ſubſtantive uſurpata, ac ſubauditur *menſis*; quod & interdum exprimitur. 4 In nominibus ventorum reſpicitur vox generalis *ventus*. 5 Addunt nonnulli nomina montium, ſed de iis idem dicendum quod modo fluviis dictum eſt. Maſculina etiam ſunt ex ſignificatione, partes *aſſis*, & quæ eo componuntur, & derivantur; exceptâ *uncia*, quæ dicitur ab unâ (ſup. *parte*) quaſi *unica*: In reliquis reſpici videtur *nummus*. 6 Item appellativa quæ ſolis mulieribus conveniunt, ſub ratione nempe officii, aut ſimili, ut *mater, ſoror, &c.* 7 Nomina *urbium, regionum*, & *inſularum* ſequuntur potius genus terminationis:

Nam genus his ſemper dignoſcitur ex genitivo,
Infra ut monſtrabit ſpecialis regula triplex.

Prima regula ſpecialis.

NOmen non creſcens genitivo, ceu, caro carnis,
Capra capræ, nubes nubis, genus eſt muliebre.

Quoniam LILIUS noſter genus nominum appellativorum ex genitivo dignoſcendum docet, admonendi hoc loco ſunt pueri, hanc primam regulam eſſe omnium nominum appellativorum non creſcentium in genitivo: cujus generis ſunt omnia primæ & quartæ inflexionis; & ſecundæ etiam, præter paucula quædam, quæ infra in tertia regula excepta reperies.

Pertinent etiam ad hanc claſſem pleraque tertiæ declinationis; cujuſmodi ſunt, *Labes, labis*; *peſtes peſtis*; *vis*, genitivo *vis*; *mater, matris*; *caro, carnis.*

Maſculina excepta ex non creſcentibus.

MAſcula [13] *nomina in* a *dicuntur multa virorum:*
Ut ſcriba, aſſecla, ſcurra, & rabula, lixa, laniſta,
Maſcula, Græcorum quot declinatio prima
Fundit in as *&* in es; *& ab illis quot per* [14] a *fiunt:*
Ut, ſatrapas, ſatrapa; athletes, athleta. Leguntur
Maſcula item, [15] *verres,* [16] *natalis,* [17] *aqualis:* [18] *ab aſſe*
Nata, ut centuſſis: conjunge lienis & orbis,
[19] *Callis,* [20] *caulis, follis, collis, menſis, & enſis,*
Fuſtis, [21] *funis, panis, penis,* [22] *crinis, & ignis:*
[23] *Caſſis, faſcis, torris, ſentis, piſcis, & unguis,*
Et vermis, vectis, poſtis; ſocietur & axis [24].
Maſcula in er, *ceu* ver: *in* os *vel* us: *ut, logos, annus.*

Feminina non creſcentia.

FEminei generis ſunt, [25] *mater, humus, domus,* [26] *abusus,*
Et [27] *colus, & quartæ pro fructu ficus,* [28] *acuſque,*

tionis: quod ſi adjectivum adſciſcunt terminationi adverſum, id fit per ſyllepſin, & reſpicitur, *urbs, regio, terra*, vel ſimile. 8 Arborum etiam genus proprie ex terminatione æſtimari debet: figurate vero, etſi terminationis ratione forent maſculina, vel neutra, in feminino nihilominus uſurpantur, quia reſpicitur nomen commune *arbor.* 9 *Dumus* etiam maſculinum eſt. *Rubus* dubium eſt, ſed ſæpius maſculinum. 10 *Thus*, pro arbore, cujus generis ſit ex veteribus doceri nequit, quia nunquam cum adjectivo occurrit. 11 De Epicœnis vide Annot. in pag. præcedentem. 12 Viz. omnium quorum genus non dignoſcitur ex ſignificatione. 13 Nomina hæc maſculina ſunt ex ſignificatione. 14 Nonnulla tamen excipienda ſunt, ut *charta*, &c. 15 Maſculinum ex ſignificatione. 16 Semper maſculinum, etſi *dies* ſit dubium. 17 Intelligitur *urceus*. 18 Maſculina ex ſignificatione. 19 *Livio* femininum. 20 Item *cœlis*, idem quod *caulis*, unde *coliculus*. 21 Olim femininum. 22 Olim & muliebre. 23 Vix reperitur in ſingulari. 24 Adde *amnis*, nunc ſemper maſc. *Mugilis, acinacis, cenchris* pro ſerpente; nam *avis* eſt femininum. 25 Femininum ex ſignificatione. 26 Antiquis maſculinum, quos imitatur *Eraſmus*, contra bonorum Auctorum fidem. 27 Reperitur etiam in maſculino. 28 Pro *piſce* maſculinum eſt, & ſecundæ, pro *Palea* ut plurimum neutrum, & tertiæ declinationis.

Porticus,

Porticus, atque tribus, [1] *ſocrus, nurus, & manus,* [2] *idus,*
Huc anus addenda eſt, huc myſtica vannus Iacchi.
His jungas os *in* us *verſentia Græca;* papyrus,
Antidotus, coſtus, [3] *diphthongus, byſſus, abyſſus,*
Cryſtallus, ſynodus, ſapphirus, [4] *eremus, & Arctus,*
Cum [5] *multis aliis, quæ nunc perſcribere longum eſt.*

1 *Nurus, anus, ſocrus,* feminina ſunt per regulam ſecundam generalem propriorum. 2 *Idus* eſt nomen plurale. 3 Reſpicitur *ſyllaba.* 4 Reſpicitur *terra.* 5 Viz. *Biblus, balanus, carbaſus, diametrus, methodus, exodus, periodus, dialectus, nardus, byſſopus, &c.* quæ plerumque ſervant genus ſuæ originis. Ex nominibus Græco-latinis gemmarum in *us*, alia maſculina ſunt, alia feminina, quia Græce λίθος, nomen commune, & Latine aliquando *lapis*, aliquando *gemma* reſpicitur. Maſculina ſunt *beryllus, opalus, ſmaragdus, &c.* feminina, *Chryſolithus, Chryſopraſus, topazius, &c.* 6 Neutris non creſcentibus accenſenda ſunt, Hebræa *Paſcha, mana*, item *chaos, melos, epos.* 7 Sic *nepenthes, panaces, ſolæcophanes*, & ſimilia Græca. 8 In neutro uſitatius. 9 *Talpa* & *dama* ſemper feminina ſunt, niſi quod ſemel occurrant maſculina in *Virgilio.* 10 Uſitatius in feminino, unde *canalicula.* 11 *Alcyon*, unde *Halcyones*, femininum eſt. 12 *Reſtis* femininum eſt. 13 *Penus* & *ſpecus* tertiæ neutra ſunt, ſed vix occurrunt præterquam in Nom. Accuſ. & Voc. 14 Olim, femininum, nunc ſemper maſculinum. 15 Uſitatius in maſculino. 16 Uſitatius in feminino. 17 Semel tantum occurrit in maſculino, apud *Tibullum*, 18 Uſitatius in maſculino. 19 Sæpius

[6] Neutra non creſcentia.

Neutrum nomen in e, *ſi gignit* is, *ut mare, rete.*
Et quot in on, *vel in* um *ſiunt; ut barbiton, ovum.*
Eſt neutrum hippomanes genus, & neutrum cacoethes [7],
Et virus, pelagus: [8] *neutrum modo, mas modo,* [9] *vulgus.*

Dubia non creſcentia.

Incerti generis ſunt [9] *talpa, & dama,* [10] *canalis,*
[11] *Halcyonis, finis, clunis,* [12] *reſtis,* [13] *penus,* [14] *amnis,*
[15] *Pampinus, &* [16] *corbis,* [17] *linter,* [18] *torquis, ſpecus,* [19] *anguis,*
Pro morbo [20] *ficus fici dans, atque* [21] *phaſelus,*
[22] *Lacythus, ac atomus, groſſus* [24], *pharus, &* [25] *paradiſus.*

Communia non creſcentia.

Compoſitum à verbo dans a, commune duorum eſt;
Grajugena à gigno, agricola à colo, id advena monſtrat
A venio: adde ſenex, auriga, & verna, ſodalis,
Vates, extorris, patruelis, perque duellis,
Affinis, juvenis, teſtis, civis, canis, hoſtis.

Secunda regula ſpecialis.

Nomen, creſcentis penultima ſi genitivi
Syllaba acuta ſonat, velut hæc pietas pietatis,
Virtus virtutis monſtrant, genus eſt muliebre.

Huc ſpectant, quæ acuunt penultimam genitivi creſcentis: qualia ſunt omnia quintæ inflexionis, præter *Fides.*

Omnia item monoſyllaba, præter *Vis.* Reliqua omnia ſunt tertiæ declinationis: ut ſunt omnia deſinentia

C ut Halec, halècis.
In ut Delphin, înis.
An ut Titan, ânis.
Ans ut Infans, Quadrans, antis.
Ens ut Continens, Triens, entis.
Uns ut Ducuns, decuncis.

In *er* longum, quæ Græcis per ηρ, ſcribuntur; ut, Character, Crater, ſtater, ſoter, êris.

Latina in *er* ad tertiam regulam pertinent: quare mulier haud recte in hac claſſe collocatur.

In
Inx ut Syrinx, ingis
Anx ut Phalanx, angis.
Unx ut Deunx, Septunx, uncis.
Ons ut Effrons, Bifrons, ontis.
Ors ut Cohors, Conſors, ortis.

Præterea in o Latina, quæ *ônis* & *ênis* habent in genitivo; ut, lectio, ligo, ſpado, ônis; Anio, ênis.

Præter paucula gentilia, quæ ad tertiam regulam pertinent; ut, Macedo, Brito, Saxo, Vangio, Lingo, ônis.

In *al* neutra; ut, Vectigal, animal, âlis, Cætera in *al* ſunt tertiæ regulæ.

In *en*, quæ *ênis* habent in genitivo; ut, Lien, Siren, ênis. Cætera ſunt tertiæ regulæ.

In *on* Græca, quæ retinent *o* in genitivo; ut, Damon, Ladon, Simon, Trion, ônis.

Quædam variant; ut, Orion, Edon, Ægæon, ônis & ônis. Cætera ſunt tertiæ regulæ.

In *ar* Latina: ut, Laquear, exemplar, calcar, âris: præter Jubar, nectar, âris; hepar, hepătis.

In *er* Latina; ut, Amor, timor, uxor, ôris.

Præter ſequentia, quæ ad tertiam regulam ſpectant;

pius maſculinum. 20 *Ficus* pro morbo eſt maſculinum & ſecundæ declinationis 21 Pro *filiqua* ſemper maſculinum. 22 non occurrit in feminino. 23 Uſitatius in feminino. 24 Latine femininum eſt, licet Græce ſit maſculinum: & *Suetonii* locus, ubi occurrit cum adjectivo maſculino, ex optimis editionibus emendatur. 25 Non occurrit in feminino. Adde *Palumbes* femininum in *Virgilio*: ſed uſitatius maſculinum. 26 Verbalia in *o*, & multa alia nomina pro communibus vulgo habita, revera maſculina tantum ſunt: nimirum ſignificatione tantum, non autem conſtructione communia. Vide obſervationes in pag. 18.

ut, Arbor, marmor, æquor, ador, robor, &c. ŏris. Et Græca quoque nonnulla; ut, Rhetor, Hector, Nestor, Stentor, &c. ŏris.

In *as* Latina: ut, Majestas, lenitas, humilitas, humanitas, &c. ātis. Excipe, Anas, anătis; & Græca quædam: ut, Lampas, monas, trias, decas, ădis.

In *es* Latina aliquot: ut, Quies, magnes, locuples, ētis; Merces, hæres, cohæres, ēdis.

Accedunt his etiam Græca quædam: ut, Lebes, tapes, Dares, Chremes, ētis.

In *is*, quæ faciunt ītis, īnis, & ĭdis in genitivo: ut, Samnis, Quiris, ītis: Salamis, Trachis, īnis: Psophis, Crenis, ĭdis: Cætera sunt tertiæ regulæ.

In *us* Latina: ut, Custos, ōdis: Nepos, ōtis. Præter Compos, impos, ōtis.

Et Græca quæ retinent *o* in penultima genitivi: ut, Heros, Minos ōis. Rhinoceros, ægoceros, ōtis.

In *us* quæ mittunt genitivum singularem in ūtis, ūdis, ūris, untis: ut, Salus, palus, tellus, opus. Præter unam vocem, Pecus pecŭdis.

Huc pertinent & comparativa neutra in *us*: ut, Sanctius, probius, melius, pejus, ōris.

In *ax*, tam Latina quam Græca: ut, Limax, formax, thorax, Phœax, audax, bibax, ācis.

Excipe Græca quædam appellativa & Gentilia: ut, Abax, storax, styrax, smilax, colax, corax, dropax, Pharnax, Candax ăcis: Lyphax tamen variat ăcis, & ācis.

In *ex* paucula quædam: ut, Vervex, ēcis; Vibex, ĭcis; Exlex, ēgis; Alex, alēcis.

Reliqua in ex ad tertiam regulam referenda sunt.

In *ix* Latina & Græca: ut, Lodix, radix, cornix, spadix, felix, phœnix, perdix, coturnix, &c. īcis. Et verbalia omnia in *trix*: ut, Victrix, nutrix, motrix, lotrix, &c. īcis. Cætera pertinent ad tertiam regulam.

In *ox* substantiva & adjectiva: ut, Celox, velox, ōcis. Præter Cappadox, ŏcis; Allobrox, ŏgis; & quædam alia.

1 Usitatius masculinum; at aliquando neutrum in singul. pro condimento, 2 Ex nominibus in hâc regulâ contentis, *Car, Ser, vir, vas, mas, Cres, pras, Tros, Thrax, rex, Phryx, Acarnan, Heros, Gigas, Garamas, Samnis*, masculina sunt per regulam gener. propriorum. 3 *As*, & *Bes*, Masc. ex significatione. 4 Olim femininum 5 *Glis, gliris*, & *glis, glissis*, barbara sunt. 6 Cum in feminino usurpatur, respicitur femina. 7 Dubitari potest an *seps*, aliâ significatione fit Latinum, quia obliqui *sepem* & *sepibus*, quibus usus *Maro*, à recto *sepes* deduci possunt, quod & ipsum occurrit in recto singulari apud *Virgilium*. 8 Olim & muliebre. 9 Sic *Atragen, hymen, agon, paan, lien*. 10 Sic *unio, pugio, harpago, mucro, scipio, titio, ligo, vespertilio, scorpio*, &c. *Arrhabo* Varroni femininum est; Plauto, Gellio, masc. ut & Græcis. 11 Excipe *cos, dos, eos*. 12 Intelligitur *annis*. 13 Masculinum per Sylleptin, sive procellis, sive arietibus proprie competat. 14 Intelligitur *Sol*. 15 Masculinum est, vel quia sequitur naturam simplicis *donx*, vel quia subauditur *ligo*: pro ove femininum est, sed tum intelligitur *ovis*; de *verre* rursus masculinum est. 16 Adde *acinaces*. 17 Composita ab asse masculina sunt ex significatione: aliud autem est *semis*, aliud *semissis*; semis

In *ux*; ut, Pollux, Pollûcis. Cætera ſunt tertiæ regulæ.

In *yx*; ut, bombyx, bombycis: Bebryx autem variat Bebrycis. Cætera ad tertiam regulam relegari debent.

In *s* Græca, præcedente *p*; ut, Hydrops, Cyclops, conops, Cecrops, ôpis. Reliqua in *ops* ad tertiam regulam referenda ſunt.

Maſculina excepta ex acute creſcentibus.

Maſcula dicuntur monoſyllaba nomina quædam.
[1] *Sal, ſol, ren, & ſpen,* [2] *Car, Ser, vir, vas vadis* [3], *as, mas, Bes, cres, præs, &* [4] *pes,* [5] *glis gliris habens genitivo:*
Mos, flos, ros, & Tros, [6] *mus, dens, mons, pons, ſimul & fons,*
[7] *Seps, pro ſerpente, grips, Thrax, rex,* [8] *grex, gregis, & Phryx.*
Maſcula ſunt etiam polyſyllaba in n; *ut, Acarnan, Lichen, & delphin* [9]: *& in* o *ſignantia corpus;*
Ut, leo, curculio: ſic ſenio, ternio, ſermo [10].

Maſcula in er, or, *&* os; *ceu, crater, conditor, heros* [11]:
Sic [12] *torrens,* [13] *nefrens* [14] *oriens, cum pluribus in* dens:
Quale [15] *bidens, quando pro inſtrumento reperitur:*
Adde gigas, elephas, adamas, Garamaſque, tapeſque,
Atque lebes, Cures, magnes [16] *unumque meridies nomen quintæ: & quæ componuntur ab aſſe;*
Ut, dodrans, [17] *ſemis: jungantur maſcula, Samnis,*
Hydrops, nyctícorax, thorax; & maſcula, vervex,
Phœnix, & bombyx pro vermiculo [18]. *Attamen ex his*
Sunt muliebre genus, Syren, mulier, ſoror, uxor [19].

Neutra excepta ex acute creſcentibus.

Sunt neutralia & hæc monoſyllaba nomina, mel, fel,
Lac, far, ver, cor, æs, vas, vaſis, os oſſis, & oris,
Rus, thus, jus, crus, pus. Et in al *polyſyllaba, in* ar *que,*
Ut, Capital, laquear. Neutrum [20] *halec & muliebre.*

Dubia acute creſcentia.

Sunt dubia hæc, [21] *Python,* [22] *ſcrobs,* [23] *ſerpens,* [24] *bubo,*
[25] *rudens,* [26] *grus,*
[27] *Perdix,* [28] *lynx, limax, ſtirps pro trunco, pedis & calx:*
Adde, [29] *dies numero tantum mas eſto ſecundo.*

mis enim non quaſi *ſemias*, ſed contractum ex ἡμισυς; quippe generatim convenit cujuſq; rei dimidio: & vel indeclinabile eſt, vel caſus cæteros mutuatur à *ſemiſſis*. 18 Adde *ſpadix, volvox, eſox, vibex*; quod tamen Perſio ſem. eſt. Adde *ſalar*, etiam maſcul. 19 Feminina ſunt ex ſignificatione. 20 *Halec* male confunditur cum *halex*, quorum illud neutrum, hoc femininum eſt. 21 *Python* pro ſerpente quem Apollo interemit, tantum maſculinum eſt. Nec contra nos facit *Tibulli* locus, ubi occurrit cum adjectivo feminino; nam in eo loco non ſerpentis nomen eſt, nec (ut *Calepino* placet) *Pythoniſſa*, ſed urbis, quæ poſtea *Delphi* dicta. 22 Sæpius maſculinum. 23 Naturâ eſt adjectivum, ac genere utroque uſurpatur, quia intelligitur *anguis*, quod eſt commune. In feminino etiam *beſtia* intelligi poſſit. 24 Haud facile alibi reperitur in feminino quam uno *Virgilii* loco. 25 *Plauto* femininum eſt; at *Catullo, Virgil. Ovid.* aliiſque maſculinum; quos veriſimile eſt reſpexiſſe ad *funem*. 26 Sæpius femininum. 27 Communes Græcis, ſed Latinis uſitatius femininum. 28 Rarum eſt in maſculino, & fortaſſe apud *Horatium* unice occurrit. 29 Plurali in feminino reperitur apud *Ciceronem*.

Communia [1] acute crescentia.

Sunt commune, Parens, autorque, infans, adolescens,
Dux, illex, hæres, exlex: à fronte creata,
Ut, bifrons: custos, bos, fur, sus, atque Sacerdos.

Tertia & ultima Regula specialis.

NOmen, *crescentis penultima si genitivi*
Sis gravis, ut sanguis genitivo sanguinis, est mas.

Huc spectant penultimam genitivi crescentis gravantia: cujus generis sunt paucula illa secundæ declinationis, de quibus supra meminimus; videlicet, Sacer, gener, puer, ĕri; Adulter, ĕri; Presbyter, ĕri.

Composita à vir, viri; ut, Levir, Triumvir, Decemvir, Centumvir, ĭri.

Composita item à gero & fero; ut Armiger, claviger, caducifer, lucifer, ĕri: & adjectiva quædam; ut Tener, dexter, prosper, ĕri; satur, ŭri. Spectant huc & Græca omnia neutrius generis in *a*; ut, Poëma, dogma, sophisma, ænigma, ătis.

In *yr* item Græca; ut, Martyr, martyris; Psithyr, psithyris.

Omnia item in *ur* Latina; ut, Augur, murmur, furfur, cicur, ŭris.

In *ut* etiam omnia; ut, Caput, capitis; Occiput, occipitis.

Præterea in *o* Latina omnia, præter illa quæ superius excipiuntur; ut, Imago, sartago, ordo, cardo, ĭnis.

In *l*; ut Annibal, ălis; mugil, ĭlis; Consul, præsul, ŭlis.

In *en*; ut, Pecten, tibicen, carmen, crimen, ĭnis.

In *on* Græca, quæ sumunt *o* parvum in penultima genitivi singularis; ut, Canon, dæmon, architecton, Philemon, ŏnis.

In *or* Latina & Græca; ut, Arbor, æquor, marmor, pantocrator, apator, ŏris.

In *as*; ut, Anas anătis.

[1] Omnia substantiva, quæ conveniunt maribus & feminis sexu discreto, sunt communis generis, & pro maribus masculino, pro feminis feminino genere usurpantur; ut hic & hæc *dux*, *&c.* Sed distingui debent ab iis, quæ significatione tantum, non autem constructione, communia sunt masculina, *fur, exul, homo*: feminina, *proles, soboles*: neutra, *animal, mancipium*: & id genus alia. Constructione autem communi dicuntur, quæ in structura admittunt adjectivum utriusque generis: ut, *Civis Atticus, Civis Attica*: sed significatione solum communia sunt, quæ conveniunt quidem utrique sexui, sed utriusque generis adjectivum non recipiunt: quomodo *mulier* quidem *fur* est, nec tamen eam dixeris, *magnam furem*, sed *mulierem furacissimam*. Et *femina homo* est, nec tamen appelles, *hominem miseram*, sed *mulierem miseram*. Utriusque generis communia, tam crescentia quam non crescentia, sequens catalogus exhibebit. 1 Significatione tantum communia sunt, *Advena, transfuga, convena, agricola, cælicola, ruricola, alienigena, indigena, assecla, auriga, camelus, cliens, cocles, eques, exlex, exul, fur, homicida, parricida, homo* (sed *nemo* aliquando femininum est, quia induit naturam adjectivi) *index, juvenis, hospes, interpres, lanista,*

lixa,

Et Græca; ut Arcas, chilias, hebdomas, enneas, ădis.

In *es* Latina; ut Fomes, limes, ĭtis; præſes, deſes, ĭdis.

In *is* Latina & Græca; ut, Sanguis, pollis, ĭnis; Tyrannis, paropſis, ĭdis.

In *ar* Latina & Græca; ut, Jubar, compar, nectar, bacchar, ăris.

In *er*, Græca; ut aër, æther, ĕris.

In *s*, præcedente conſonante, tam Latina, quam Græca, ut,

Princeps,	cĭpis.	Æthiops,	ŏpis.
Hyems,	ĕmis.	Arabs,	ăbis.
Inops,	ŏpis.	Chalyps,	ybis.

In *os* Latina; ut Compos, ŏtis.

In *us* Latina & Græca; ut pecus, decus, ŏris; Vellus, vulnus, ĕris; Tripus, Oedipus, ŏdis.

In *ax* Græca: ut, Abax, ſtorax, colax, climax, ăcis.

In *ex* Latina; ut, Index, vindex, carnifex, aruſpex, ĭcis.

In *ix* Latina & Græca; ut, Varix, fornix, calix, ĭcis; Maſtix, ĭgis.

In *ox* Latina & Græca; ut, Præcox, Cappadox, ŏcis; Allobrox, Polyphlox, ŏgis.

In *ux* Latina; ut, Conjux, conjŭgis; Redux, redŭcis.

Denique in *yx* Græca; ut Onyx, Sardonyx, Ceryx.

Femin. excepta ex graviter creſcentibus.

Fœminei generis ſit hyperdiſſyllabon in do,
Quod dinis; *atque in* go, *quod dat* ginis *in genitivo.*
Id tibi dulcedo faciens dulcedinis [2], *idque*
Monſtrat compago compaginis: adjice [3] *virgo,*
Grando, fides, compes, teges, & ſeges, arbor, hyemſque;
Sic [4] *Bacchar, ſindon,* [5] *Gorgon,* [6] *icon. & Amazon* [7].
Græcula in as *vel in* is *finita: ut Lampas, Iaſpis,*
Caſſis, cuſpis [8], *in* us *vox una pecus pecudis dans* [9]:
His ſorſex, [10] *pellex, carex, ſimul atque ſupellex*
Appendix, [11] *hyſtrix, coxendix, adde filixque* [12].

lixa, latro, obſes, opifex, pedes, pincerna, præſul, princeps, pugil, tabula, ſenex. 2 Conſtructione autem communia ſunt, *adoleſcens, affinis, antiſtes, auctor, augur, bos, canis, civis, comes, conjux, conviva, cuſtos, dux, hæres, hoſtis, infans, judex, miles, municeps, parens, patruelis, ſus, teſtis, vates, vindex.* 3 *Cupido*, pro cupiditate in maſculino reperias apud Poetas; ſed in feminino longe eſt uſitatius, nec aliter uſi Oratores. 4 *Virgo* eſt femininum ex ſignificatione. 4 *Bacchar* ſemper neutrum eſt. 5 *Gorgon* & *Amazon* feminina ſunt ex ſignificatione. 6 *Icon* vix invenitur apud Latinos. 7 Adde *Halcyon* & *aedon.* 8 Adde Græca in *ys*: ut, *chelys, Erinnys, Othrys*, &c. 9 Adde *lagopus.* 10 *Pellex* eſt femininum ex ſigificatione. 11 *Claudiano* maſculinum. 12 Adde *tomex*, & *forpex.*

Neutra excepta ex graviter creſcentibus.

EST neutrale genus ſignans rem non animatam
Nomen in a; *ut problema*: en; *ut omen*: ar; ut [1] *jubar*: ur *dans*;
Ut [2] *jecur*: us; *ut onus*: put, *ut occiput. Attamen ex his*
Maſcula ſunt, pecten, furfur: *ſunt neutra, cadaver,*
[3] *Verber, iter,* [4] *ſuber, pro fungo* [5] *tuber, & uber,*
Zingiber, & laſer, cicer, & piper, atque papaver,
Et [6] *ſiſer, atque ſiler. Neutra æquor, marmor, ador que*;
Atque pecus quando pecoris facit in genitivo [7].

Dubia ex graviter creſcentibus.

SUnt dubii generis, [8] *cardo,* [9] *margo, cinis,* [10] *obex, imbrex,*
Pulvis, adeps, [11] *forceps,* [12] *pumex,* [13] *ramex,* [14] *anas,* [15]
Adde [16] *culex,* [17] *natrix, &* [18] *onyx cum prole,* [19] *ſilexque,*
Quamvis hæc melius vult maſcula dicier uſus.

Communia ex graviter creſcentibus.

COmmunis generis ſunt iſta [20]*, vigil, pugil, exſul,*
Præſul, homo, nemo, martyr, Ligur, augur, & Arcas,
Antiſtes, miles, pedes, interpres, comes, hoſpes;
Sic ales, præſes, princeps, auceps, eques, obſes:
Atque alia à verbis quæ nomina multa creantur:
Ut conjux, judex, vindex, opifex, & aruſpex.

Regula Adjectivorum generalis.

ADjectiva [21] *unam duntaxat habentia vocem,*
Ut felix, audax, retinent genus omne ſub una:
Sub gemina ſi voce cadant, velut omnis & omne,
Vox commune duſum prior eſt, vox altera neutrum:
At ſi tres variant voces, ſacer ut, ſacra, ſacrum:
Vox prima eſt mas, altera femina, tertia neutrum.
At ſunt quæ flexu prope ſubſtantiva vocares,
Adjectiva tamen naturâ uſuque reperta:
Talia ſunt pauper, puber, cum degener, uber,
Et dives, locuples, ſoſpes, comes, atque ſuperſtes:
Cum paucis aliis, quæ lectio juſta docebit.

1 Antiquis etiam maſculinum 2 *Guttur* olim maſculinum, & *murmur*. 3 Obſolevit: & ſolum in ſingulari in uſu ſunt *verberis* & *verbere*, interim neutrum eſſe oſtendit pluralis *verbera*. 4 De *Subere* in regulis generalib. dictum. 5 Pro arbore femininum eſt; pro fructu ejus, maſculinum; pro tumore, item pro plantæ genere ſponte naſcenti intra terram, neutrum eſt. 6 Apud *Plinium* occurrit *tres ſiſeres*: ubi maſculinum an femininum ſit, incertum. 7 Adde *ſpinter*, *laver*, & antiqnum *juger*: item *atriplex* neutrum. 8 Olim femininum, nunc ſemper maſculinum. 9 Occurrit ſemel tantum femininum, apud *Juvenal*. 10 Sæpius maſculinum. 11 Olim maſculinum, nunc ſemper femininum. 12 Sæpius maſculinum. 13 Semper maſculinum. 14 Femininum eſt. 15 Sæpius maſculinum. 16 Maſculinum eſt. 17 Vix aliter quam maſculino uſurpari debet. 18 Pro *gemmâ* femininum eſt, pro *lapide* maſculinum. 19 Rarius maſculinum eſt. 20 De communibus vide obſervationes in pag. 18. 21 Adjectiva proprie nullius ſunt generis: improprie autem illius dicuntur generis cui ſe terminatio eorum poteſt accommodare. Interim præteriri non debet illuſtris hic canon, quo conſtituto plurimas tum generales, tum

ſpeciales

Hæc proprium quondam ſibi flexum adſciſcere gaudent,
Campeſter, volucer, celeber, celer, atque ſaluber:
Junge pedeſter, equeſter, & acer: junge paluſter,
Ac alacer, ſylveſter. At hæc tu ſic variabis;
Hic celer, hæc celeris, neutro hoc celere: Aut aliter ſic:
Hic atque hæc celeris, vurſum hoc celere eſt tibi neutrum.
Sunt quæ deficiunt genere adjectiva notanda,
De quibus atque aliis alibi tibi mentio fiet.

DE DECLINATIONE.

DEclinatio eſt variatio dictionis per caſus. Sunt autem declinationes numero quinque.

Prima declinatio complectitur 4. terminationes:

A, *As*, ut Menſa; Æneas; *Es*, *E*, ut Anchiſes; Penelope.

Porro Græca ſunt omnia quæ in *As*, *Es*, *E*, finiuntur: ut Thomas; Anchiſes; Phœbe.

Sunt qui hic addunt Hebræa quædam in *am*: ut, Adam, Adæ. Abraham, Abrahæ. Quæ tamen melius ad Latinorum formam redacta, ad hunc modum inflexeris: Adamus, Adami; Abrahamus, Abrahami.

ſpeciales regulas atque exceptiones prætere licet: nempe Adjectiva ſubſtantive uſurpata ejus eſſe generis cujus eſt ſubſtantivum ſubintellectum. Per hanc regulam maſculina ſunt, Annularis, auricularis, index; *ſup.*

As, Accuſativum in *am* & in *an* facit; ut Æneas, Æneam, vel Æneân; vocativum in *a*; Æneas, Ænea.

Es, in Accuſativo *en* ſumit; ut, Anchiſes, Anchiſen: in Vocativo & Ablativo *e* vel *a*; ut, Anchiſe, vel Anchiſa.

E, Genitivum in *es* mittit, Dativum in *e*, Accuſativum in *en*, Vocativum & Ablativum in *e*; ut,

Nom.	Penelope,	Acc.	Penelopen,
Gen.	Penelopes,	Voc.	Penelope,
Dat.	Penelope,	Abl.	Penelope.

As, in Genitivo nominum Latinorum interdum reperitur ad Græcorum imitationem: ut, Pater familiâs, Filius familiâs. Id quod veteres obſervant in multis aliis. Ennius: * *Dux ipſa viâs.*

digitus. Mortalis; *homo*, Maialis, nefrens; *porcus.* Maxillaris, *dens.* Molaris; *dens* vel *lapis.* Martius, Aprilis, *&c. Menſis.* Oriens, Occidens; *Sol.* Profluens, confluens, torrens; *amnis*, vel *fluvius*, &c. Feminina ſunt arida, continens, eremus; *terra.* Frigida; *aqua.* Bipennis; *ſecuris.* Bridens; *ſecuris*, vel *ovis.* Curulis; *ſella.* Conſonans, vel vocalis; *litera.* Diphthongus; *ſyllaba.* Prægnans; *mulier.* Tertiana, quartana; *febris*, &c. Neutra ſunt, altum, vel profundum; *mare.* Præſens; *tempus.* Suburbanum; *rus*, vel *prædium*, &c. Quoties vero adjectivum neutrum eſt, nec particulare aliquod ſubſtantivum habet expreſſum, vel ſubintellectum, referri debet ad negotium; ut *triſte lupus ſtabulis*; id eſt, *negotium triſte.*

Livius Andronicus; *Mercurius, cumque eo, filius Latonâs*, pro *Latonæ*. Sic Nævius; *Filii terrâs*, pro *terræ*. Virgilius; *Nec auràs nec ſonitûs memor*.

Aulaï & Pictaï, atque id genus alia, priſcis relinquito.

Genitivus pluralis interdum Syncopen admittit; ut, Æneadûm, Grajugenûm, pro Æneadarum, Grajugenarum [1].

Hæc dativos & ablativos plurales mittunt in *âbus*: Dea, mula, equa, liberta, ambæ, duæ, âbus [2].

Hæc vero tam in *is*, quam in *âbus* [3]: Filia, filiis vel filiabus; Nata, natis vel natabus.

SECUNDA DECLINATIO.

Secundæ declinationis terminationes ſunt apud Latinos quinque; Er, Ir [4], Ur, Us, Um, ut, Aper. Vir. Satur. Dominus. Templum.

Et Græcorum, Os, On, Eus, ut, Delos. Ilion. Orpheus.

Attica in *os*, genitivum in *ô* mittunt [5], accuſativum in *ôn*: ut Androgeos, Androgeô. Accuſ. Androgeôn.

Quædam Græca contracta in *us*, vocativum formant in *û*: ut Panthus, ô Panthû; Oedipus, ô Oedipû.

Notabis & Latina quædam, tam in *us* quam in *e* mittere vocativum ſingularem; ut Agnus, vulgus, lucus, fluvius, chorus, populus *pro* natione.

Eus genitivum format in *ëi* vel *eos*, dativum in *ëi*, accuſativum in *ea*, vocativum in *eu*: ut,

Nom.	Orpheus.	Acc.	Orphea. *Ov.* Orpheon.
Gen.	Orphei *vel* Orpheos. [6]	Voc.	Orpheu.
Dat.	Orphei.	Abl.	Orpheo.

Notandæ ſunt denique ſyncopationes iſtæ, Virûm, Deûm, pro Virorum. Deorum [7].

1 Sic *Dardanidûm* pro *Dardanidarum*: ſed *Dardanidum* abſque ſyncope venit à *Dardanis, idis*, & eſt ſemininum: ſicut & *Achemenidum* ab *Acheminis, idis*. 2 Occurrunt etiam *animabus, dominabus, famulabus, ſervabus, aſinabus, ſociabus*: quæ ita efferuntur differentiæ cauſa, id eſt, ad ſexum diſcernendum. 3 Uſitatius tamen in *abus*. 4 Terminationes *ir* & *ur* videntur fieri per apocopen: nam *vir* proprie deſcendit à *virus*, quod facit *vira* in feminino: unde *querquetulana vira* apud *Feſtum*; quemadmodum & Hebræi dicunt וִירָא & אִישָׁה. Satur etiam formatur à *Saturus*, cujus femininum *ſatura* occurrit apud *Terentium*. Quod ſi viſum ſit huc referre per apocopen facta, erit, & alia terminatio *l*: nam *nihil* eſt ſecundæ factum ex *nihilum*, uti hoc conflatur ex *ne* & *hilum*. 5 Eſt etiam in uſu genitivus in *i*. 6 Vel *eo*. 7 Sunt & in uſu apud Oratores, *nummûm*, pro *nummorum*: *Seſtertiûm* pro *Seſtertiorum*: ſic *mediamnûm, modiûm, liberûm, duûm, ſenûm, ſeptenûm*, at in neutris hoc rarum eſt: ut apud Ennium, *duellûm*, pro duellorum.

Item

Item Anomala illa ambo, & duo; quas duas voces Poëtæ etiam in Accuſativo Maſculinas uſurpant: ut,

Virg. *Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros.*

Hor. *Ne vos titillet gloria, juresjurando obſtringam ambo.*

Cic. in Phil. ſecund. *Præter duo vos, nemo ſic loquitur.*

TERTIA DECLINATIO.

TErtia declinatio admodum varia eſt: cujus difficiliores duntaxat caſus hoc loco attingemus [1].

Quorundam accuſativi flectuntur tantum in *im*; ut, Vim, ravim, tuſſim, ſitim, magudarim, amuſſim, Charybdim [2].

Sic & quorundam fluviorum accuſativi; ut, Tibrim, Ararim.

Quædam accuſativos flectunt in *im*, & in *em* communiter; ut, Buris, pelvis, clavis, ſecuris, puppis, torquis, turris, reſtis, febris, navis, bipennis, aqualis, *im* vel *em* [3].

Ablativus regulariter in e definit; ut, Pectus, ſalus: Ablativo Pectore, ſalute.

Propria nomina adjectivis ſimilia, ablativos in e mittunt; ut, Felice, Clemente, Juvenale, Martiale, &c.

At neutra definentia in *al*, *ar*, & *e* [4] ablativum magnâ ex parte mittunt in *i*; ut, Vectigal, calcar, mare, Abl. Vectigali, calcari, [5] mari.

Ablativus, rete, à nominativo, retis, eſt: non à nominativo,

1 Ut Gen. hujus Decl. melius innoteſcat accipe ſequentes regulas. Nomina in *-s*, faciunt *atis*, *-e-is*, *-o-onis*. Sic *unedo*: at reliqua fem. in *do*. & *go-inis*: Item maſc. *ordo*, *homo*, *turbo*, *cardo*, *Apollo*, *Cupido*, *margo*. *Anio*, *Enio*, *-enis*; *caro*, *carnis*, *halec*, *halecis*: *lac*, *lactis*. Nom. in *-l* addunt *-is*: at *mel*, *mellis*: *fel*, *fellis*. Nom. in *-n* addunt *-is*; ſed neutra in *-en* faciunt *inis*: ſic *pecten*, & maſc. in *-cen*, & *flamen*. Propria aliquando *-ontis*, & *horizon*. Nom. in *-r* addunt *-is*: at *far*, *farris*, *hepar*, *hepatis*: *Celeber*, *imber*, *ſaluber*, *-bris*: & nom. menſium in *-ber*. adject. in *-cer -cris*. Græca in *-ter -eris*; ſic *later*. Lat. alia in *-ter -tris*; ſic *pater*, *mater*. *Iter itineris*; *cor*, *cordis*; *Jupiter*, *Jovis*. *Jecur*, *robur*, *femur*, *ebur*, *-oris*. *-As-atis*. Græca *-adis*; ſed maſc. *-antis*. *As aſſis*; *mas*, *maris*; hoc *vas*, *vaſis*; hic *vas*, *vadis*. *Es* mutatur in *-is*: at *lacuples*, *prapes*, *paries*, *ſeges*, *perpes*, *tapes*, *interpres*, *teges*, *teres*, *magnes*, *abies*, *aries*, *hebes*, *quies*; & plur. Græc. in *-es*, faciunt *-etis*. *Ceres*, *Cereris*; *bes*, *beſſis*; *as*, *aris*; compoſ. à *ſedes*, *-idis*. *Pes*, *hares*, *merces*, *pras-dis*. *Pubes* ſubſt. *pubis*; adject. *puberis*. *Miles*, *veles*, *eques*, *palmes*, *termes*, *fomes*, *-tis*. *-Is* facit *-is*: ſed *Caſſis*, *lapis*. & plur. Græc. *-dis*. *Quiris*, *Samnis*, *dis*, *lis*, *charis -tis*: *pulvis*, *cinis*, *-eris*. *Glis*, *gliris*: *ſanguis*, *ſanguinis*. *Os-oris*. At *mos*, *flos*, *ros*, *-oris*: *Heros*, *Minos*, *Tros*, *Thes*, *-ois*. *Bos*, *bovis*; *cuſtos*, *cuſtodis*: *os*, *oſſis*, & *oris*. *Us*, *-eris*: at *pecus*, *fenus*, *lepus*, *nemus*, *decus*, *pignus*, *littus*, *tempus*, *corpus*, *-oris*: compar. *in -us*. Monoſyl. in *-us* & *tellus*, *-uris*: *grus*, *ſus*, *-uis*: *palus*, *incus*, *ſubſcus*, *-dis*, *laus*, *fraus*, *-audis*; *tripus*, *tripodis*: *intercus*, *ſalus*, *virtus*, *juventus*, *ſenectus*, *ſervitus*, *-utis*: *-bs*, *-bis*, *-ps*, *-pis*, in polyſyl. *-s* in *-s*. verſo. *Auceps*, *aucupis*; *puls*, *pultis*; *hyems*, *hyemis*. *-ns* & *-rs*, *-tis*, amiſſo *-s*. Sed *glans*, *nefrens*, *lens*, *frons*, *-dis*; & *libripens*, *tripendis*; & compoſ. à *cor cum s* poſt *r*. *-iens*, *euntis*: at *ambiens*, *ambientis*, *caput* cum compoſ. *-tis*. *x* mutatur in *-cis*. Sed *frux*, *lex*, *grex*, *ſtyx*, *Phryx*, *conjux*, *gis*. *Remex*, *igis*. Reliqua polyſyl. in *ex*, *-icis* at *halex*, *vervex*, *-ecis*. *Senex*, *ſenis*: *nox*, *noctis*; *nix*, *nivis*; *onyx*, *onychis*; *ſupellex*, *ſupellectilis*. 2 Adde *decuſſis*, *centuſſis*, *buris*, *pelvis*, *ſecuris*. 3 Adde *ſementis*. Reperiuntur etiam *cucumim*, *pulvim*, *cutim*, *praſepim*, *ſtrigilim*, *ſentim*, *commim*, *cannabim*, *avim*, *eratim*, *lentim*, *meſſim*, *ovim*, *ratim*, &c. 4 Excipe *ſale*; nimirum quia ſæpius virile eſt. 5 *Mare* Ovidio.

minativo,

minativo, rete. Par, cum compoſitis, tam *e* quam *i* habet: ut, Par, compar. Ablativo, pare, compare, vel ri.

Hæc tamen *e* retinent, Far, hepar, jubar, nectar, gauſape, præſepe. Et hæc propria; Soracte, Prænеſte, Reate, Abl. Soracte, Prænеſte, Reate.

Feſtorum nomina, quæ tantum pluralia ſunt, genitivum interdum in *orum* mittunt, ut Agonalia, Vinalia; Genitivo Agonaliorum, Vinaliorum.

Interdum autem in *ium*, ut, Floralia, Feralia, genit. Floralium, Feralium.

Aliquando vero tam in *orum*, quam in *ium*: ut, Parentalia, Saturnalia: genitivo, Parentaliorum, Saturnaliorum, vel, *ium* [1].

Dativus vero & Ablativus in *bus*: ut, Saturnalibus, Bacchanalibus: præter quinquatriis, quod juxta ſecundam declinationem format caſus.

Menſium nomina in *er*, vel *is*, abl. in *i* ſolum mittunt: ut, September, Aprilis: ablativo, Septembri, Aprili.

Quorum accuſativus in *im* tantum definit, iis ablativus exit in *i*, ut Sitim, tuſſim: Ablativo, Siti, tuſſi.

Adjectiva, quæ nominativum in *is*, vel *er*, & *e*, neutrum faciunt, ablat. mittunt in *i* ſolum [2]: ut, Fortis, mollis, dulcis: ablativo, Forti, molli, dulci [3].

Sic Acer, acris, acre; ablativo, acri.

Licet Poëtæ interdum metri causâ *e*, pro *i* uſurpent.

Cætera adjectiva tam in *e*, quam in *i*. mittunt: ut, Capax, duplex; ablativo, capace, duplice, vel, ci.

Præter Pauper, degener [4], uber, ſoſpes, hoſpes, quæ in *e*, tantum faciunt ablativum [5].

Comparativa etiam bifariam faciunt ablativum; ut, Melior, doctior; ablativo, Meliore, doctiore, vel, ri. Similiter, & ſubſtantiva quædam; ut, Ignis, amnis, anguis, ſupellex, unguis, vectis [6]: ablativo *e*, vel *i* [7].

Rarius autem Civis; ablat. Cive, vel, civi.

Rarius etiam Arpinas; ablat. Arpinâte, vel, ti.

Et ſic de cæteris id genus gentilibus. Denique ad eundem modum ablativos formant, quorum accuſativi per *em*, & *im*, finiunt: ut, puppis, navis; ablativo, puppe, nave, vel *i* [8]. Et verbalia item in *trix*: ut, Victrix, altrix; ablativo, Victrice, altrice, vel *ci*.

1 Feſtorum nomina duplicem habent genitivum, quia olim duo erant recti ſingulares, alter in *e*, alter autem in *um*. 2 Nempe ut diſtinguatur à nom. neutro in *e*.

3 Huc refer *memor*, quod facit tantum *memori* in ablativo.

4 Dicitur tamen *degeneri*, Lucano, & *uberi*, Curtio,

5 Adde *pubes* & *ſenex*. Quin & Participia & adject. in *ns*, fere ſemper ablativum faciunt in *e*.

6 Solum facit *i*. 7 Adde *rus*, *imber*, *vigil*, *avis*, *tridens*. Reperiuntur etiam *affinitati*, *claſſi*, *colli*, *fini*, *furfuri*, *fuſti*, *labi*, *lapidi*, *luci*, *melli*, *meſſi*, *occipiti*, *orbi*, *evi*, *parti*, *poſti*, *ſegeti*, *ſordi*, *ſorti*. Et forſan plura etiam olim in uſu erant, quia pro adverbiis etiamnum habentur *veſperi*, *tempori*, *luci*, &c. quæ ſunt ablativi caſus. 8 *Strigilis*, *canalis*, faciunt tantum ablat. in *i*. *reſtis* tantum in *e*.

Neutra,

Neutra, quorum ablativus ſingularis exit in *i* tantum vel in *e*, & *i*, nominativum pluralem mittunt in *ia*: ut, Molli, duplice, vel ci: nominativo plurali, Mollia, duplicia [1]. Præter Ubera, plura, vel, pluria, apluſtra [2], vel apluſtria: ſic comparativa; ut, Meliora, fortiora, doctiora, priora [3].

Ex ablativis in *i* tantum, vel in *e*, & *i*, fit pluraliter genitivus in *ium*: utili, utilium, puppe, vel pi, puppium, præter comparativa: ut, Majorum, Meliorum [4].

Item præter iſta, Supplicum, complicum, ſtrigilum, artificum, vigilum, veterum, memorum, pugilum, inopum [5]: at plus plurium format.

Sunt & quæ Syncopen aliquando admittunt: cujuſmodi ſunt Sapientûm, pro ſapientium, ſerpentûm pro ſerpentium [6].

Quando nominativi ſingulares duabus conſonantibus finiuntur, genitivi plurales exeunt in *ium*: ut, Pars, urbs, falx, glans, trabs, merx; genitivo plurali, Partium, urbium, falcium, glandium, trabium, mercium [7].

Excipe Hyemum, principum, particîpum, municipum, ſorcipum, inopum, cœlibum, clientum, &c.

Ubi in nominativis & genitivis ſingularibus reperiuntur pares ſyllabæ, genitivus pluralis exit in *ium*: ut, Collis, menſis, auris; in genitivo, Collium, menſium, Aurium. Adde iſtis.

Litium, ditium, virium, ſalium, manium, penatium [8].

Excipe tamen Canum, panum, vatum, juvenum, opum, apum, &c.

As, format, aſſium, Mas, Marium: Vas, vadis, vadîum: Nox, noctium: Nix, nivium: Os, Oſſium: Faux, faucium: Mus, Murium: Caro, carnium: Cor, Cordium [9]: Alituum ab ales, aſſumit *u*.

Boum anomalum eſt, ut etiam, bobus, vel bubus.

1 *Vetus*, etſi dicitur *veteri*, facit *vetera*. 2 *Apluſtra* fit à recto *apluſtrum*, quo uſus Lucretius; & ab *apluſtre* tantum *apluſtria*.

3 Cauſa cur hæc excipiantur eſt iſta, quod uſitatiores eſſent ablativi, *vetere*, *majore*, *meliore*, & ſimiles. 4 Sic *primorum*, à *primor*, *primoris*. 5 Adde *divitum*, *celerum*, *mugilum*, *uberum*, *puberum*, *impuberum*, *degenerum*, *congenerum*; *compotum*, *impotum*, *bicorporum*, *tricorporum*, compoſita à *pes*, ut *alipedum*, *quadrupedum*; derivata à *facio*, ut *carnificum*; & à *capio*, ut *municipum*, &c. 6 Imprimis id fit in genitivis Participiorum; quomodo apud Maronem legere eſt *cadentûm*, *furentûm*, *loquentium*, &c. Nec in ſolis participiis invenitur: nam & Statii eſt, *æternaque* fontum *ſupplicia*: & Virgil. *agreſtûm*, pro *agreſtium*; *cœleſtûm*, pro *cœleſtium*. Et Silii *cadûm*, pro *cadium*; *cladûm*, pro *cladium*: & Sen. *menſûm* pro *menſium*. Contra ſunt quædam in quibus vix ſyncopen invenias; ut in neutris *e* finitis; propterea non dicitur *cubilûm* pro *cubilium*, *animalûm*, pro *animalium*: nec minus inſolens in pleriſque adject. trium generum; nam ab *atrox*, non dicitur *atrocum*, nec à *felix*, *felicum*. Excipe *gryps*, *gryphum*, *lynx lyncum*, *ſphynx ſphyngum*, *Phryx Phrygum*: & ſimilia monoſyllaba Græca. 8 Adde etiam *Quiris*, *Samnis*, *palus*, *fornax*; *Quiritium*, (*Quiritûm* per ſyncopen) &c. 9 Item *glis*, facit *glirium*; *cos*, *cotium*; *dos*, *dotium*; *par*, *parium*; *lar*, *larium*.

Quorum

Quorum genitivi plurales desinunt in *ium*, accusativum formant per *es*, & *eis* diphthongum: ut, Partium, omnium: Partes, omnes, vel eis.

Græca fonte derivata pleraque, quando juxta linguæ suæ morem variantur, genitivum mittunt in *os*: ut, Titan, Pan, Daphnis, Phyllis: genitivo Titânos, Panos, Daphnidos, Phyllidos: dativum vero in *i* breve: ut, Titani, Pani, Daphnidi, Phyllidi: accusativum in *a*, (nisi sint neutrius generis in *a* non terminata:) ut Pana, Phyllida, Amaryllida, Orphea.*

Is tamen & *ys* per *os* purum declinata in genitivo, accusativum faciunt, *s* nominativi mutatâ in *n*: ut, Tethys, Tethyos, Decapolis, leos, Genesis, seos, Metaphorphôsis, seos: accusat. Tethyn, Decapolin, Genesin, Metamorphôsin.

Sunt quæ duplicem genitivum faciunt, alterum in *os* non purum, alterum in *os* purum. Atque hæc pro genitivorum ratione duplicem quoque accusativum formant; alterum in *n*, alterum in *a*: ut Paris, genitivo Paridos & Parios, accusativo Parida & Parin: Themis, Genitivo Themidos & Themios, accusat. Themida & Themin.

Feminina in *ô*, genitivum in *ûs*, & accusativum in *ô* mittunt: ut, Sapphô, Sapphûs, Mantô, Mantûs, Cliô, Cliûs; hanc Sapphô, Mantô, Cliô.

Vocativus nominativo magna ex parte similis est; in nonnullis tamen à nominativo abjicitur: ut, Pallas, Pallantis; Theseus, Theseos; Tethys, Tethyos; vocativo ô Palla, Theseu, Tethy. Phyllis, Phyllidos, Alexis, Alexios, Achilles, Achilleos; vocativo ô Phylli, Alexi, Achille.

Neutra singularia in *a* Græca sunt: ut, Problema, Poëma: quæ veteres juxta Lat. quoque formam declinabant, additâ syll. *tum*: ut, Hoc Problematum, hoc Poëmatum.

Quorum dativi & ablativi plurales adhuc in frequentiore usu sunt, ut, Problematis, Poëmatis.

* Monet Vossius, viros etiam eruditissimos in eo peccare, quod genitivos declinationis hujus, quæ imparisyllaba est apud Græcos, *τρογενεῖς* inclinent. Ut Poëta Italus cum dixit *Janthis* pro *Janthidos*, vel *Janthidis*. Quomodo & in obliquis aliis peccari solet, ut in dativo ab eodem; *Adoni* pro *Adonidi*. Observat tamen Charisius nomina hujusmodi isosyllabice aliquando declinari, & Varr. Cic. dixisse *hujus Serapis*, *hujus Isis*. In iis tamen quæ Græcę genitivum formant per os purum, genitivus potest esse isosyllabus. Nam ab hæc *poesis* dixeris *hujus poesis*: Sic *emphasis*, *ellipsis*, ut triplex sit in talibus terminatio. Quippe præter hanc Latinam est duplex Græca, *poëseos*, & *poëseos*. Nec illud observatione indignum genitivum propriorum in *es* apud veteres sæpe habere terminationem secundæ. Ut *Verri* apud Cic. pro *Veris*: item *Arlobarzani*, *Aristoteli*, *Theophani* & apud Virg. *Ulyssi*, *Oronti*, *Achilli*: apud Terent. *Chremi*, &c. Quæ ob hanc rationem ita flecti videntur: nimirum quemadmodum Æoles extulêre pro *Σιμωνίδης*, *Σιμωνίδεως*, unde *Simonides*; ita & *Περικλεῖος* dixêre & *Ἀριστοτεῖος*, unde *Periclëi*, *Periclei*, *Pericli*, *Aristotelëi*, *Aristoteli*, *Aristoteli*. Sic & dixêre *Μωυσῆς* & *Μωυσεύς* ab illo est hujus Moysis, ab hoc Moysi, Moysi, Moysi. Quo genere usus est Tert.

QUARTA

[1] QUARTA DECLINATIO.

QUartæ declinationi nihil fere difficultatis ineſt, nam duas tantum ſortitur terminationes in recto ſingulari; nempe *us* & *u*: ut, Manus, genu [2].

Veteres à nominativis Anus, tumultus, ornatus, dixerunt Anuis [3] tumulti, [4] ornati, in genitivo, ut,

Ter. *Ejus anuis cauſa.* Idem. *Nihil ornati, nihil tumulti.*

Dativus *ui* habet, & interdum etiam [5] *ũ*: ut fructui, concubitui; rarius, Fructû, concubitû.

Virgilius. *Quod neque concubitû indulgens.*

Terent. *Veſtitû nimis indulges.*

Currûm autem pro curruum Syncope eſt; ut & in aliis declinationibus fieri ſolet.

Jeſus, in accuſativo Jeſum habet; in reliquis vero caſibus ubique Jeſu.

Hæc dativum & ablativum pluralem in *ubus* formant; Acus, lacus, artus, arcus, tribus, ficus, ſpecus, quercus, partus, portus, veru, *ubus* [6].

Cætera omnia in *ibus*: ut, Fructibus, ſetibus, manibus, motibus.

[7] QUINTA DECLINATIO.

QUinta declinatio genitivum, dativum, ablativum pluralem in paucioribus ſortita eſt, quemadmodum infra in Heteroclitis fuſius tradetur.

Olim juxta hanc declinationem flectebantur quædam nomina tertiæ inflectionis; ut, Plebes, *plebei.*

Genitivus hujus declinationis olim etiam in *es*, ii [8], & *e*, exibat.

Cicero. *Equites vero dauros illius dies pœnas.*

Virgilius. *Munera lætitiamque dii.*

Saluſtius. *Vix decimâ parte die reliqua.*

Cæterum, præter iſta quæ jam diximus, notabis etiam diligenter ea nomina quæ à Grammaticis Heteroclita dicuntur. Hæc partim variâ probatorum auctorum lectione, partim à ſequentibus diſcere licebit.

1 Declinatio hæc non tam nova videtur, quam ἀνωμαλία quædam

3 ex craſi, ſyncope, vel apocope perveniens.

2 Quæ deſinunt in *u*, toto ſingulari indeclinabilia ſunt; in plurali autem tertiam ſequuntur. Olim etiam hujuſmodi nomina utramq; habebant terminationem *us*, & *u*: unde *cornus, gelus, genus*, in genitivo; contra quædam hodie in *us* ſolum efferuntur, quæ olim terminabantur in *u*. Tale pro *artus, arcu*, unde *artus* Plauto. Quin & quædam in

u non in *us* ſolum, ſed in *um* etiam deſinunt: ut pro *cornu*, non ſed & *cornum* dicitur. Quædam in *u* exeunt & *um*, non item in *us*; ut pro *os*, dixêre *oſſum*, & *oſu*. Alia ſunt quæ exeunt in *us* quartæ & *um* ſecundæ; ut *fretus, -um; ſenſus, -um, anfractus, -um; cenſus, -um; rictus, -um*; 3 Sic *quæſtui, gradui, fluctuis, domuis, fenatuis, rituis, partuis, fructuis.* Ex quibus fiunt genitivi uſitati, non per ſyncopen, ſed craſin, ut arguit ultima porrecta. 4 Sic *quæſti, victi, aſti, ſenati, ſumpti, exerciti, adſpecti, luctu, ſalti, parti, gemiti, ſtuctu, piſcati, ſtrepiti, porti, ſoniti.* 5 Id fit per apocopen, more Æolum qui auferunt è dativis iota ſubſcriptum. 6 Pro *acus, ficus*, & *quercus*, deſideratur auctoritas. 7 Hæc quoque declinatio fluxiſſe videtur è tertia; quare non mirum eſt, ſi nonnulla ſimul ſint tertiæ & quintæ. 8 Vel *i*, quando nominativus clauditur *es* impuro; ut, *fames, fami, fides, fidi.*

DE NOMINIBUS HETEROCLITIS

ROB. ROBINSON.

QUÆ genus aut flexum variant, quæcunque novato
Ritu deficiunt, superantve, Heteroclita ſunto.

Variantia genus.

Hæc genus ac partim flexum variantia cernis,
[1] *Pergamus, infelix urbs Troum, Pergama gignit;*
Quod, niſi plurali careat, facit ipſa [2] *ſupellex:*
Singula femineis, neutris pluralia gaudent [3].
Dat prior his numerus neutrum genus, alter utrumque,
[4] *Raſtrum cum* [5] *freno* [6] *filum, ſimul atque capiſtrum:*
[7] *Argos item &* [8] *cœlum ſunt ſingula neutra; ſed audi,*
Maſcula dumaxat cœlos vocitabis & Argos;
Frena ſed & frenos, quo pacto & cætera formant.
[9] *Nundinum, & hinc* [10] *epulum, quibus addito balneum, & hæc*
Neutra quidem primo, muliebria vite ſecundo: [ſunt
Bălnea plurali Juvenalem conſtat habere.
Hæc maribus dantur ſingularia, plurima, neutris.
Mænalus, atque ſacer mons Dindymus, Iſmarus, atque
Tartara, Taygetus, ſic Tænera, Maſſica, & altus
[11] *Gargarus* [12]. *At numerus genus bis dabit alter utrumque,*
[13] *Sibilus, atque jocus* [14], *locus, &* [15] *Campanus Avernus.*

Defecta.

Quæ ſequitur manca eſt numero, caſibve, propago.

[16] Aptôta.

Quæ nullum variant caſum ut [17] *fas,* [18] *nil, nihil* [19], *inſtar:*
Multa & in [20] *u ſimul i; ut ſunt hæc, cornuque, genuque:*
Sic gummi [21], *frugi; ſic Tempe, tot, quot, & omnes*
A tribus ad centum numeros, Aptôta vocabis [22].

1 Pro Troja rarum eſt; occurrit tamen *Pergamum*, unde *Pergama*. 2 Contractum ab antiquo *ſupellectilis*, & *ſupellectilia* formatur à *ſupellectile*. 3 Adde *hæc carbaſus*, pl. *hæc carbaſa*. 4 *Raſtra* rarius occurrit; *raſtri*, ut multo uſitatius eſt, ita tutius uſurpabitur. Fuit autem *raſtri* à *raſter*, ut *raſtra* à *raſtrum*. 5 Veteres dixêre *frenus*, & *frenum*. 6 *Fili* & *capiſtri*, ſi ullibi occurrant, rariſſima ſunt. 7 Neutrum in ſing. quia eſt primæ contractorum apud Græcos, ſed *Argi* formatur tanquam ab *Argus*, cum terminatione Latinâ. 8 Plurale *cœli* vix occurrit præterquam in SS. & uno Lucretii loco: eſt autem ab antiquo *cœlus*. 9 In ſing. rarum eſt; & *nundina* ſemper plurale dicitur Priſcis Grammaticis. 10 *Epula* eſt ab antiquo *epula*, quod naturâ eſt adjectivum. Adde *delicium*, *delicia*; quod tamen ab antiquo *delicia*. 11 Ida promontorium ſemper *Gargara* dicitur, vel *Gargarum*. 12 Adde & *Pangæus*. 13 *Sibili* rariſſimum eſt. *Sibila* autem à *ſibilum*, quod & adjective uſurpatur: unde *ora ſibila* & *colla ſibila* Virgilio, pro *ſibilantia*. 14 *Loca* eſt ab antiquo *loum*. 15 *Campanus* non pertinet ad regulam ſed ut adjectivum concordat cum *Averno*; Cujus plurale *Averni* non legitur. 16 Hoc eſt caſu carentia; non quaſi deficiant caſibus ratione ſignificationis, nam quædam habent ſex caſus, alia tres; ſed quia non habent caſus ratione vocis; unde *invariabilia* rectius dixiſſet. 17 *Fas* occurrit in N.A.V. 18 Per ſyncopen pro *nihilum*, ac proinde aptôton non eſt cum *nihili* habeat, perinde ac *nihilum*. 19 Idem quod exemplar & occurrit in N. & A. 20 In plur. perfecta ſunt neutra in *u*. 21 *Frugi* Voſſio ſubſtantivum eſt, *à frux, frugis, frugi, frugem, fruge*, quæ omnia occurrunt: alibi tamen videtur eſſe adjectivum; niſi ſit dativus & regatur à verbo *eſt*, vel adjectivo *idoneus* intellecto: aut ſit antiquus genitivus

pro

Monoptôta.

Eſtque Monoptôton nomen, cui vox cadit una;
Cen [1] *noctu, natu, juſſu, injuſſu, ſimul aſtu,*
Promptu, permiſſu: plurali legimus [2] *aſtus,*
Legimus [3] *inficias, ſed vox ea ſola reperta eſt* [4].

Diptôta.

Sunt Diptôta, quibus duplex flexura remanſit:
Ut fors [5] *forte dabit ſexto, ſponte* [6] *quoque ſponte:*
Sic plus [7] *pluris habet, repetundarum repetundis* [8]:
[9] *Jugeris & ſexto dat jugere, verberis autem*
Verbere, ſuppetiæ quarto quoque ſuppetias dant.
[10] *Tantundem dat tamidem, ſimul* [11] *impetis hoc dat*
Impete: junge vicem [12] *ſexto vice; nec lego plura.*
Verberis atque vicem, ſic plus, cum jugere, cunctos
Quatuor hæc numero caſus tenuêre ſecundo [13].

pro *frugis*, ut *fami* pro *famis*, *cuimodi*, pro *cujuſmodi*. 22 Adde nomina literarum, ut *Alpha*, *Beta*, &c. Et quædam, ut vocant, barbara: ut *Adam*, *Noe*, *Ham*, &c. Item pluralia neutra, *Cherubim* & *Seraphim*. Nec non pluralia quintæ declinationis, ut *ſpes*, *fides*. Præter res, *ſpecies*, *facies*, *acies*, & *dies*. Adde & ſequentia, *nefas*, *damnas* (niſi des illi gen. *damnati*, qua fit per ſyncopen à *damnatus*, ut & *ſatias* à *ſatietas*,) *expes*, *cacoethes*, *grates*, *ſoboles*, *labes*, in plural. *potis*, *epos*, *ſpecus*, *virus*, *opus*, *ſubtil*, *hir*, *gelu*, *aſtu*, pro urbe, *ſemi*, *ſinapi*, *mulſa*, *defruta*, *mella*, *farra*, *hordea*, *thura*, *rura*, *ponde*, *nequam*, *neceſſum*, *neceſſe*, *cete*, *mele*, pluralia, *volupe*, *gauſape*, *præſepe*, *mane*, *cepe*, *mille*, *totidem*, *aliquot*. *quotquot*, *quotcunque*, *frit*, & *git*; quibus addi poſſunt nomina Villarum in *i*, aut *y*, ut *Aixi*, *Illiturgi*, *Æpy*, *Dory*. 1 Ablativus veterum more formatus pro *nocte*. 2 Occurrit & in ſingul. apud *Sil. Ital.* 3 Dicimus *ire inficias*, ut *ire exſequias*, *ire ſuppetias*, quæ ſunt Accuſ. ab *exſequiæ*, *ſuppetiæ*, & in iis reticetur ἐλλειπτικὸς propoſitio *ad*. Adde Gen. *Nauci*, *dicti*, *ejuſmodi*, *cujuſmodi*, *hujuſmodi*, *aliuſmodi* (pro quo veteres dixere *alimodi*, ut *cuimodi* & *cuicuimodi*, pro *cujuſmodi*, & *cujuſcujuſmodi*.) Addunt *oſtentui*, *deſpicatui*, *deriſui*, *fruſtratui*, & ſimilia, cujuſmodi tamen minimum videntur non carere Ablat. Adde & Acc. *incitas*; ut *ad incitas redactus*, ubi intelligitur *calces*. Nam tralatio eſt à ludo calculorum, ſeu calcium, quas *incitas* dixere, cum cieri, hoc eſt, moveri amplius non poſſent. Verum pro iſto *ad incitas*, etiam *ad incita*, in neutro genere ſubſtantive poſito, dicitur. Addi poſſunt & ablat. *hortatu*, *relatu*, *affatu*, *rogatu*, *arceſſitu*, *accitu*, *diſpoſitu*, *objectu*, *monitu*, *admonitu*, *inſtinctu*, *conceſſu*, *inconſultu*. Item *fauce* (ab inuſit. *faux*, ſed pluralis *fauces* eſt in uſu) *ambage* (tamen in plur. *ambages* & *ambagibus*) *ingratiis*. Addunt etiam vocativos *mactе* & *macti*: ſed Cato *mactus* quoque uſurpat. 5 Occurrunt & *fortis*, *forti*, & fortem. 6 Occurrit *ſpontis*; ſed *ſponte* frequens eſt. 7 Repexitur & *plurem*, & *plure*. 8 Adjectiva ſunt ἐλλειπτικὸς uſurpata: nam intelligitur *pecuniarum* & pecuniis. Et propterea in gen. & ablat. inveniuntur in accuſatione, quia verba accuſandi duos hoſce caſus tantum regunt. 9 Ab antiquo *juger* vel *jugus*. 10 Adjectivum eſt compoſitum ex *tantus* & *dem*; habet etiam terminationem femininam *tantandem* 11 *Impetis* rarum eſt. Lucretii eſt in plurali *impetibus*. Suntque ab inuſitat. *impes*. 12 Leguntur *vicis* & *vici*; rectus eſt inuſit. *vix*: unde *vix* adverbium. 13 Adde *tabi*, *tabo*, *dicæ*, *dicam*: niſi triptôton malis, quia *dicâ* in ablat. uſurpat. Auſonius, *Chaos*, *chao*: *melos*, *melo*: *veſpet*, *veſpere*: *obtentui*, *obtentu*: *irriſui*, *irriſu*: *ara*, *aribus*: *ora*, *oribus*; & ſimilia.

Tripôta.

Tripôta.

Tres quibus inflectis caſus, Tripôta vocantur.
Ut [1] *precis atque precem, petiis & prece blandus amicam;*
Sic [2] *opis eſt noſtræ, ſer opem legis, atque ope dignus.*
At tantum recto [3] *frugis caret, & ditionis:*
Integra vox vis eſt, niſi deſit forte dativus.
Omnibus his mutilus numerus prior, integer alter.
Quæ referunt, ut qui: quæ percontantur, ut ecquis;
Et quæ diſtribuunt; ut nullus, neuter, & omnis:
Infinita ſolent his jungi; ut quilibet, alter:
Quinto hæc ſæpe carent caſu; & [5] pronomina, præter
Quatuor hæc infra, noſter, noſtras, meus, & tu.
[6] *Propria cuncta notes, quibus eſt natura coërcens,*
Plurima ne fuerint: ut Mars, Cato, Gallia, Roma.
Ida, Tagus, Lælaps, Parnaſſus, Bucephalusque.
His [7] *frumenta dabis* [8] *penſa* [9], *herbas* [10], *uda* [11], *metalla;*
In quibus authorum quæ ſint placita ipſe requiras:
Eſt ubi pluralem retinens hæc, eſt ubi ſpernunt.
Hordea [12], *farra, forum, mel, mulſum, defruta* [13], *thuſque* [14],
Tres tantum ſimiles voces pluralia ſervant.
[15] *Heſperus & veſper, pontus, limuſque, ſimuſque,*
Sic penus & [16] *ſanguis; ſic æther, nemo; ſed iſta*
Maſcula ſunt numerum vix excedentia primum [17].
Singula feminei generis, pluralia raro
Pubes atque ſalus, ſic [18] *talio cum indole* [19], *tuſſis.*
[20] *Pix, humus, atque* [21] *lues* [22]: *ſitis & fuga; junge* [23] *quietem,*
Sic cholera atque fames [24], *biliſque, ſenectа, juventus;*
Sed tamen hæc, ſoboles, labes, ut & omnia quinæ,
Tres ſimiles caſus plurali ſæpe tenebunt:
Excipe res, ſpecies, facies, acieſque, dieſque;
Quas voces numero totas licet eſſe ſecundo.
Iſtis multæ ſolent muliebria nectere: ut hæc ſunt,
Stultitia, invidia, & ſapientia, deſidia, atque
Id genus innumeras [25] *voces, quas lectio præbet:*

1 Genit. *precis*, vix occurrit, legitur tamen dativo *preci*. 2 *Ops* legitur in recto, ſed pro Deâ: vel divitem notat unde contrarium *inops*. In ſing. *poteſtatem*, in plur. *divitias* ſignat. 3 Nominat. *frus* apud Ennium occurrit. Adde *Jovis*, *proceris*, & *dapis*; quorum Nom. non ſunt in uſu. 5 De pronominibus quæ carent vocat. vide p. 37. 6 Excipe ſi tantum plurалia ſint, ut *Delphi*. *Athenæ* &c. vel ſi in regionum nominibus ad partes attendatur: ut *Gallia*, *Hiſpania*: vel ſi pluribus idem ſit nomen: ut, *complures fuerunt Cæſares*: vel ſi ſimilitudo ſignificetur: ut apud Ovid. *Et multos illic Hoſtiras eſſe puta.* 7 Ut, *triticum*, *ſiligo*, *ador*, &c. 8 Ut, *piper*, *ſaccharum*, *reſina*, &c. 9 Ut, *ruta*, *ſalvia*, &c. 10 Ut, *lac*, *oleum*, &c. 11 Ut, *aurum*, *argentum*, &c. & mineralia: ut, *ſulphur*, *nitrum*, &c. 12 Sic leguntur *faba*, *fraga*, *lupini*, *piſa*, *zizania*, *avena*. Et ex herbis, *cardui*, *urtica*, *malva*, *cicuta*, *papavera*, &c. quibus addi poſſunt & florum nomina: ut, *roſa*, *lilia*, &c. Ex metallis & mineralibus leguntur in plurali *æra*, *orichalca*, *ſtannа*, *electra*. 13 Sic *aqua*, *vina*, *muſta*. 14 Sic *pices*, *cera*. 15 Eſt nomen proprium. 16 Hebræis plurale. 17 Adde *pudor*, *ſopor*, *ceſtus*, pro ornamento muliebri, *viſcus* cum maſc. eſt, *muſcus*, *meridies*, *mundus*, pro ornamento muliebri. Addunt Grammatici *fumus*, *pulvis*, *genius*, *ſol*, *aer*, *ros*, *carcer*, *adeps*, *autumnus*, *clavus*, *crux*, *ſitus*, *metus*, *terror*, *timor*, *vigor*, *pallor*, *ſilex*, quæ tamen aliquando in plurali leguntur. 18 Plurale Gellio. 19 Plinio

Quam tibi præfixam ceu cerium collige ſitum;
Rarius his numerum, quandoque ſed adde ſecundum.
Nec licet his neutris numerum deferre ſecundum,
26 *Delicium, ſerium, letum, cænumque, ſalumque:*
Sic barathrum, virus, vitrum, viſcumque, penumque,
Juſtitium, nihilum, ver, 27 *lac, gluten, ſimul halec:*
Adde gelu 28, *ſolium, jubar. Hic quoque talia ponas,*
Quæ tibi ſi obſerves, occurrent multa legenti 29.
Maſcula ſunt tantum numero contenta ſecundo,
30 *Manes, majores, cunctli* 31, *liberi, & annes,*
Menſes profluvium, 32 *lemures, faſſi atque minores;*
Cum genus aſſignant 33 *natales: adde* 34 *penates,*
Et loca plurali, quales Gabiique, Locrique,
Et quæcunque legas paſſim ſimilis rationis 35.
Hæc ſunt feminei generis, numerique ſecundi,
Exuviæ, phaleræ, graveſque, manubiæ, & idus,
36 *Antiæ, & indutiæ, ſimul inſidiæque* 37, *minæque,*
Excubiæ 38, *nonæ* 39, *mugæ, tricæque, calendæ,*
40 *Quiſquiliæ* 41, *thermæ, cumæ* 42, *diræ, exequiæque,*
43 *Feriæ, &* 44 *inferiæ; ſic primitiæque, plagæque*
Retia ſignantes, & vulvæ, divitiæque;
Nuptiæ item & 45 *lactes: addantur Thebæ & Athenæ* 46.

nio plurale. 20 Plurale Virgilio. 21 Prudentio plur. 22 Plur. Virg. & Ter. 23 Plur. Cic. 24 Plinio plur. 25 Cujuſmodi ſunt *caſtitas, elegantia, fides* pro virtute, *galla, impietas, inertia, juſtitia, injuſtitia, lux,* pro qualitate, *mœſtitia, pietas, pigritia, pituita, puerilia, rabies, requies, ſanctitas, ſanies, ſegnitia, ſocordia, ſupellex, tabes, terra,* pro elemento, *vecordia, velocitas.* Quibus addunt Grammatici & alia quæ in plurali rarius occurrunt, ut *arena, avaritia, barba, benevolentia, caritas, cera, cervix, contagio, culpa, cutis, fama, gaza, gloria, halex, hara, impuritia, infamia inſania, inimicitia, ira, luculentia, mors, nex, oblivio, olivitas, paupertas, pax, perfidia, pernicies, peſtis, plebs, proles, proſapia, ſalubritas, ſors, ſpes, ſterilitas, tellus, valetudo, vis, vita.* 26 Legitur *delicia* ab antiq. *delicia.* 27 *Lac* & *halex* ad uda pertinent. 28 Occurrit in plurali. 29 Cujuſmodi ſunt, *callum, crocum, ebur, fas. faſcinum, fel, hepar, hilum, nil, nihil, nefas, nitrum, pelagus, pus, ſal, ſinapi, ſiler, ſiſer, vulgus.* Quibus addunt & *avum, allium, altum, cælum, gaudium, ingenium, jus, lutum, macellum, mare, murmur, Paſcha, pedum, rudus, ras, ſolum*; raro pluralia. 30 Naturâ adjectivum, ut *majores,* & *minores.* 31 Reperitur in ſingulari. 32 App. ſingulare. 33 Naturâ adjectivum. 34 Livio ſingulare. 35 Addunt Grammatici *annales, artus, cœlites, cani*; *carceres, caſſes, codicilli, faſces, fines, foci, fori, freni, furfures, Garamantes, gemini, grumi, horti, indigites, inferi, lares, lendes, loculi, ludi, tumbi, magiſtratus, mores, Nomades, noſtrates, optimates, panni, plerique, plures, poſteri, primores, proceres, pugillares, Quirites, ſales, ſentes, ſinguli, ſpiritus, ſuperi, triplices, vepres.* Quorum pleraque naturâ ſuâ adject. ſunt, & alia in ſing. licet rarius, occurrunt. 36 Naturâ adject. 37 Nempe pro comminatione vel murorum eminentiâ, nam alia ſignif. ſingulare eſt. 38 *Nona, calenda*, & *idus*, naturâ adjectiva ſunt. 39 Singulari Oppidum Apuliæ. 40 Obſoletum eſt *Quiſquilia.* 41 Naturâ adject. 42 Adject. 43 Scriptor. Eccleſ. ſing. 44 Naturâ adject. 45 *Lactis* obſoletum eſt. 46 Nonnulla tamen in ſing. occurrunt; ut, *Cuma*, & *Cumæ*, &c.

Quod genus invenias 1 *& nomina plura locorum* 2.
Rarius hæc primo, plurali neutra leguntur,
Mœnia, cum teſquis, præcordia, luſtra 3 *ferarum,*
Arma, mapalia; ſic bellaria, munia, caſtra;
Finus juſta 4 *petit, petit & ſponſalia* 5 *virgo,*
Roſtra diſertus amat; puerique crepundia geſtant,
Infanteſque colunt cunabula; conſulit exta
Augur, & abſolvens ſuperis 7 *effata recantat,*
Feſta Deûm poterunt, ceu Bacchanalia jungi 8.
Quod ſi plura leges, licet hac quoque claſſe reponas 9.

Redundantia.

Hæc quaſi luxuriant, varias imitantia formas:
Nam genus & vocem variant, tonitrus tonitruque.
Sic clypeus clypeum, baculus baculum, atque bacillum,
Senſus & hoc ſenſum, tignus tignumque, tapetum
Atque tapete tapes, punctus punctumque, ſinapi,
Quod genus immutans fertur ſcelerata ſinapis.
Sinus & hoc ſinum vas lactis, mendaque mendum,
Viſcus & hos viſcum; ſic cornus & flexile cornum.
At Lucanus ait Cornûs tibi cura ſiniſtri:
Eventus ſimul eventum. Sed quid moror iſtis?
Talia doctorum tibi lectio mille miniſtrat 10.
Sed tibi præterea quædam ſunt Græca notanda,
Quæ quarto caſu ſetum peperêre Latinum:
Nam 11 *panther panthera erat, crateraque crater;*
Caſſida 12 *caſſis habet, ſed & æther æthera fundit:*
Hinc cratera venit, venit æthera, ſic capud ipſum

1 Ut *Faſula, Taphræ, Eſquilia, Fregellæ, Gades, Tralles*, &c.

2 Femin. in regulâ contentis adde *apina, caula, fala, fortuna*, pro bonis, *gerra, opes*, prodivitiis, *nundina, ſalina, ſcopæ, ſtativa* [naturâ adject.) *ſuppetia, tenebræ*. Addunt Grammatici & alia rariſſime ſingularia; ut, *ades, alpes, ambages, angustia, anna, antenna, ara, argutia, barba, biga, blanditia; ceremonia, compedes, copia, crates, dapes, decima, delicia, Dryades, Epula, Eumenides, facetia, fauces, fides, fores, gena, gingiva, groſſi, habena, illecebra, ineptia, inimicitia, latebra, litera, minutia, nania, nares, officia, palea, parca, partes, præſtigia, preces, quadriga, reliquia, retes, ſalebra, ſarcina, ſcala, ſordes, ſortes, ſymplegades, vigilia, vindicia, vires.* 3 Pro ſpatio temporis ſingulare eſt. 4 Val. Flac. ſing. 5 Naturâ adjectivum. 6 Avium, naviumque *roſtrum*, ſingulare eſt. 7 Naturâ adject. 8 Sic & ludorum nomina, ut *Pythia, Olympia*, &c. in quibus feſta & certamina intelliguntur. 9 Pluralibus in regulâ contentis adde *cete, comitia, lautia, Magalia, parapherna, prabia, rapicia, repotia, ſcruta*: Et locorum nomina; ut, *Artaxata, Bactra*, &c. Addunt Grammatici, *acta, æſtiva, adverſaria; avia, bona, brevia, cibaria, diaria, genitalia, hyberna, millaria, multitia, natalitia, nutritia, parentalia, prabenda, ſerta, ſtativa, verenda, vinacea, utenſilia, apiaria, apluſtra, arbitria, compita, donaria, ſtabra, fragra, geſa, inteſtina, ilia, juga, jugera, lamenta, licia, lumina, oblivia, palearia, paſcua, ſpectacula, ſpolia, ſubſellia, tempora, vada, verbera, viſcera, vivaria*: quorum multa adject. ſunt ſubſt. uſurpata, multaque in ſingulari, rarius licet, occurrunt. 10 Huc refer quæ deſinunt (1) in *a* & *um*; ut, *acetabula, acetabulum*. (2) in *a* & *us*; ut, *aranea, araneus*. (3) in *us* & *um*; ut, *antidotus, antidotum*. (4) in *er* & *um*; ut, *alabaſter, alabaſtrum*. (5) in *a* & *as*; ut, *tiara, tiaras*. (6) in *a* & *e*; ut, *cepa, cepe*. (7) in *o* & *um*; ut, *poſtulatio, poſtulatum*. (8) in *io* & *us*; ut, *concurſio, concurſus*, &c. Conſule Voſſium *de analogia* lib. 1. c. 35. 11 Vix occurrit ſub iſtâ terminatione. 12 Pertinet potius hæc vox ad ſequentem *seq.* quia nec vox Græca eſt, nec accuſativum format *caſſida*, ſed *caſſidem*. *Caſſi-*

Caſſida magna tegit, nec vult panthera domari [1].
Vertitur his rectus, ſenſus manet, & genus unum:
Gibbus & hic Gibber, cucumis [2] *cucumer,* [3] *ſtipis, & ſtips,*
Sic cinis atque [4] *ciner, vomis vomer, ſcobis & ſcobs,*
Pulvis item [5] *pulver, pubes* [6] *puber: quibus addes*
Quæ parium or *&* os, *honor & labor, arbor, odorque:*
His & apes & apis, plebs [7] *plebes* [8]*: ſunt quoque multæ*
Acceptæ à Græcis, geminam referentia formam;
Ut delphin delphinus, & hic elephas elephantus,
Sic congrus conger, Meleagrus ſic Meleager,
Teucrus item Teucer: Dabis huc & cætera cuncta,
Quæ tibi par ratio dederint, & lectio caſta [9].
Hæc ſimul & quarti flexûs ſunt atque ſecundi:
Laurus enim lauri facit & laurûs genitivo:
Sic quercus, pinus, pro fructu ac arbore ficus;
Sic colus, atque [10] *penus, cornus, quando arbor habetur;*
Sic [11] *lacus atque domus: licet hæc nec ubique reccurrant,*
His quoque plura leges, quæ priſcis jure relinquas [12].
Et quæ luxuriant ſunt adjectiva notanda
Multa, ſed imprimis quos & hæc tibi nomina ſuadunt;
Arma, jugum, nervus, ſomnus, clivuſque, animuſque,
Et quot limus habet, quot frenum, & cera, bacillum:
A quibus us, *ſimul* is, *formes; ut inermus inermis:*
Rarior eſt hilarus, vox eſt hilaris bene nota.

1 Huc refer *attagen* à cujus accuſativo form. *attagena.* 2 Voſſio inter obſoleta reponitur. 3 An *ſtipis* in nominativo occurrat, dubitari poſſit. 4 *Ciner* vix occurrit. 5 *Pulver* Voſſio obſoletum. 6 Naturâ adject. 7 *Plebes* habet non tantum *plebis*, ſed & *plebei* in genitivo. 8 Huc referridebent *juventus, juventa, ſenectus, ſenecta, buris, bura; avarities, avaritia, materies, materia;* & ſimilia. 9 Cujuſmodi ſunt *Achilles, Achilleus, Ulyſſes, Ulyſſeus;*

COMPARATIO NOMINUM.

COmparantur nomina, quorum ſignificatio augeri minuive poteſt.

Gradus comparationis ſunt tres.

Poſitivus, qui rem ſine exceſſu ſignificat: ut, Albus, niger, probus, improbus.

Comparativus, qui ſignificationem ſui poſitivi per adverb. magis auget: ut, Albior, probior, id eſt, Magis albus, magis probus. Fit autem regulariter à ſecundo

Adonis, Adoneus; Agamemnon, Agamemno; Amazo, Amazon; Evander, Evandrus; Geta, Getes; Ligur, Ligus; Menander, Menandrus; Palamo, Palamon; Perſes, Perſeus; Simo, Simon; Thymber, Thymbrus, &c. Sic *Ode, Oda; lampas, lampada; hebdomas, hebdomada;* & ſimilia. 10 *Penus* eſt tamen *quarta*; nam genitivus *peni* eſt à recto *penum*. 11 Non reperitur ſecundæ. 12 Cujuſmodi ſunt *verſus, arcus* olim ſecundæ; *cibus, fagus, faſtus, humus, lectus, ſomnus, ſonus, ſuccus, ſuſurrus, ventus, vulgus,* omnia olim quartæ. Præter hæc redundantia ſecundæ & quartæ, ſunt & alia primæ & tertiæ, ut, *Oreſtes, Orontes, Calchas, Paſcha,* &c. Alia ſecundæ & tertiæ, ut, *ſequeſter, glomus, Mulciber. Oedipus, Polypus, veſper, Perſeus, Typheus, Tydeus,* &c. Alia tertiæ & quartæ, ut, *penus, ſpecus, acus.* Alia denique tertiæ & quintæ, ut *requies, plebes.*

positivi casu in i, additâ syllabâ *or*: ut, ab amici, pudici, fit amicior, pudicior.

Superlativus, qui supra positivum cum adverbio Valde, vel maxime significat: ut, Doctissimus, Justissimus, id est, valde vel maxime Doctus, Justus.

Fit autem regulariter à primo positivi casu in i adjectis *ſ*, & *simus*; ut, à Candidi, prudenti, fit candidissimus, prudentissimus.

Quæ vero positiva in *r* desinunt adjecto *rimus* superlativum formant: ut, pulcher, pulcherrimus; niger, nigerrimus.

Excipiuntur, [1] Dextimus à Dexter, [2] Maturimus, sive Maturissimus, ab antiquo Matur.

Sex ista in *lis*, superlativum formant mutando *is* in *limus*: nempe, Facilis, facillimus: Docilis, docillimus: Agilis, agillimus: Gracilis, gracillimus: Humilis, humillimus: Similis, simillimus [3].

Quæ derivantur à Dico, loquor, volo, facio, ad hunc modum comparentur [4]: Maledicus, maledicentior, maledicentissimus, à dico [5]: Magniloquus, magniloquentior, magniloquentissimus, à loquor.

Plautus tamen à mendaciloquus, & confidentiloquus, usurpat mendaciloquius, & confidentiloquius.

Benevolus, benevolentior, benevolentissimus à volo: Magnificus, magnificentior, magnificentissimus à facio.

Quoties vocalis præcedit *us* finale, comparatio fit per adverbia magis & maxime: ut, Idoneus, magis idoneus, maxime idoneus. Arduus, magis arduus, maxime arduus.

COMPARATIO INUSITATIOR.

Interim acre judicium adhibendum est, ut quæ in legendis auctoribus raro occurrunt, raro itidem usurpentur.

Cujusmodi sunt quæ sequuntur.

Assiduior, strenuior, egregiissimus, mirificissimus, pientissimus, vel piissimus, ipsissimus.

Perpetuissimus, exiguissimus apud *Ovidium*. Tuissimus, multissimus, apud *Ciceronem* [6].

1 *Dextimus* & *Sinistimus* videntur pro positivis usurpari. 2 *Maturrimus* non *maturimus* à *maturus*. 3 *Agillimus*, *gracillimus*, & *docillimus* rejiciuntur à Vossio, quia desideratur auctoritas. Apud Charisium vero est *agilissimus* & *docilissimus* unde *agilissime* & *docilissime*. Quin & locum hic sibi vindicat *imbecillimus*, quod apud Senecam occurrit. Rectam quoque & *imbecillissimus* quod Celsus usurpat. 4 Formatis sc. Comparativis & superlativis ab antiquis participiis in *us*; ut, *benevolentior* à *benevolens* quo utitur Plautus. Veteres similiter dixêre *beneficiens*, unde *beneficientia*, in vet. lib. pro *beneficentia*; & *beneficentior* in Lælio legitur: Sed vulgo scribitur extrita tertiâ vocali. Porro veteres hos etiam gradus formârunt à positivis in *us*: unde *mirificissimus* Terent. 5 *Viridicus* non comparatur. Cujusmodi etiam sunt *arduus* & *arduissimus*; *egregius* pro *egregius*. Juv. *exiguus*, *industrior*, *injurius* pro *injurius*; *innoxius* vel *innoxius*; *necessarior*; *perpetuior*; *strenuissimus*; *tenuior*, *tenuissimus*; *vacuissimus*. Occurrunt & alia apud Plautum, cujusmodi sunt *verberalissimus*, *spissigradissimus*, *exclusissimus*, *occisissimus*, *partissimus*, *oculissimus*, quæ albâ lineâ signanda non sunt cum multa confingat quæ nunquam recepit sermo Rom.

COMPARATIO ANOMALA.

Bonus [1], melior [2], optimus. Malus [3], pejor, peſſimus. Magnus [4], major [5], maximus. Parvus [6], minor, minimus. Multus plurimus; multa plurima; multum [7] plus plurimum. Vetus [8], veterior, veterrimus. Deterior, deterrimus; ab antiquo [9] deter. Nequam nequior, nequiſſimus. Citra [10], citerior, citimus. Intra [11], interior, intimus. Infra [12], inferior, infimus. Extra [13], exterior, extimus vel extremus. Supra [14], ſuperior, ſupremus vel ſummus. Poſt [15], poſterior, poſtremus. Ultra [16], ulterior, ultimus. Prope [17], proprior, proximus; à quo proximior, apud *Ovidium*. Pridem, prior, primus. Diu, diutior, diutiſſimus. Sæpe, ſæpius, ſæpiſſime.

COMPARATIO DEFECTIVA.

Inclytus, inclytiſſimus. Opimus, opimior. [18] Ocyor, ocyſſimus; ab ὠκὺς. Novus, noviſſimus. Adoleſcens, adoleſcentior. Potior [19], potiſſimus. Longinquus, longinquior. Pene, peniſſimus. Meritus, meritiſſimus. Sinister, ſiniſterior. Juvenis [20], junior. Senex, ſenior; Maximus natu. Ante, anterior. Nuper [21], nupertrimus [22].

Interdum autem à ſubſtantivis fit comparatio, ſed abuſive:

ut, { Neronior, Cinædior, Pœnior, } à { Nerone. Cinædo. Pœno [23]. }

1 Quaſi *mavelior*, ex *magis* & *velim*. 2 Quaſi dicas *optatiſſimus*; ab *opto*. 3 Fortaſſe fuit *peſſior*, à *peſſum* unde *peſſimus*. 4 Prius fuit *magior*, unde manſit adverbium *magis*; *magior* autem eſt à *magnior* extritâ liquidâ. Vel *major* eſt ab antiquo poſitivo *majus*, à quo *majeſtas* pro *magnitudine*; & Jupiter dictus *Deus majus*. Vel, quod maxime adlubeſcit, eſt à μείζων· nam Latini z, quo cerebant in j conſonum mutabant, quomodo à ζεύγω *jungo*. 5 Per ſyncopen è *magniſſimus*. 6 A *minor* vel potius à *minus*, quod à μινὺς Attice pro μικρὸς. 7 Ex *plens*, à πλέον verſo ον in *us*. 8 Ab antiquo *veter*. 9 Id autem à *detero*, cum deteriora ſint quæ magis detrita. 10 A *citer*, quo uſus Cato, ſed pene obſolevit. 11 Ab antiquo *interus* vel *inter*. 12 Ab *inferus* vel *infer*, quibus uſi Veteres. 13 Ab *exterus* vel *exter*; nam utrumque invenitur. 14 A *ſuperus*, quo uſus Cato. 15 A *poſterus*. 16 Ab antiquo *ulter*. 17 *Propior*, *prior*, *diutior*, *ſapius*, vel carent poſitivis, vel à poſitivis obſoletis formantur; neque enim placet ab adverbiis vel præpoſitionibus comparativos & ſuperlativos deducere; quia quæ plane diverſæ ſunt claſſis, etiam eſſentiâ differunt; at comparativus notat exceſſum poſitivi ſui manente eſſentiâ. 18 *Ocior* ſcribendum, quia venit ab ὠκέως. 19 A *potis*. 20 Per ſyncopen ex *iuvenior*. 21 A *nuperus*. 22 Adde comparativo carentia *invitus*, *ſacer*; item *diverſus*, *falſus*, *fidus*, *perſuaſus*, *inviſus*, *conſultus*, *maritus*, *apricus*, *bellus*, *invictus*; & alia: quorum etiam aliqua in ſuperlativo reperias. Adde etiam ſuperlativo carentia, *proximus* cum induit naturam poſitivi, & formar *proximior*; *ingens*, *ſatur*, *dexter*, nam *dextimus* & *ſiniſtimus* pro poſitivis uſurpantur; *taciturnus*, *communis*, *ſalutaris*: item *ſupinus*, *ſupinior*, quod apud Martialem: *infinitus*, *infinitior*, quo uſus Tullius; *dives*, *divitior*, quod apud Tullium Ovid. Plaut. *&c.* Sed à *dis*, & *ditior*, eſt *ditiſſimus*. *Licentior*, uti *anterior*, ſoli ſunt comparativi. 23 Naturam tum adjectivorum induunt; & ſignant qualitatem.

COMPARATIONUM TYPUS.

	SINGULARITER. Positivus.	Compar.	Super.	PLURALITER. Positivus.	Compar.	Superlat.
	Doctus, Teter, Dulcis, Felix, Prudens.			*Docti, Teteri, Dulces, Felices, Prudentes.*		
No.	*us er is* / *a is x ns* / *um e*	*ior* / *ior* / *ius*	*mus* / *ma* / *mum*	*i es* / *æ es* / *a ia*	*iores* / *iores* / *iora*	*mi* / *mæ* / *ma*
Ge.	*i* / *æ is* / *i*	*ioris*	*mi* / *mæ* / *mi*	*orum* / *arum* / *orum* } *ium*	*iorum*	*morum* / *marum* / *morum*
Da.	*o* / *æ i* / *o*	*iori*	*mo* / *mæ* / *mo*	*is ibus*	*ioribus*	*mis*
Ac.	*um em em em* / *am em em em* / *um e x ns*	*iorem* / *iorem* / *ius*	*mum* / *mam* / *mum*	*os es* / *as es* / *a ia*	*iores* / *iores* / *iora*	*mos* / *mas* / *ma*
Vo.	*e er is* / *a is* / *um e* } *x ns*	*ior* / *ior* / *ius*	*me* / *ma* / *mum*	*i es* / *æ es* / *a ia*	*iores* / *iores* / *iora*	*mi* / *mæ* / *ma*
Ab.	*o* / *â* / *o* } *i e i*	*iore* / *iori*	*mo* / *mâ* / *mo*	*is ibus*	*ioribus*	*mis.*

Sunt & adject. quæ non variantur per gradus. Talia ſunt gentilia; ut, *Romanus, Spartiata*: poſſeſſiva; ut, *patrius, Evandrius*: numeralia; ut, *primus*: materialia; ut, *aureus*: diminutiva; ut, *aureolus*: interrogativa; ut, *qualis*: temporis ſignificativa; ut, *heſternus*: participalia in *dus*; ut, *amandus*: deſinentia in *bundus*; ut, *errabundus*: *tremebundior* tamen eſt apud *Columel.* In *plex* exeuntia, ut, *duplex*. Excipe *ſimplex*, & *multiplex*. Deſinentia in *imus*, ut, *legitimus*. In *vus*, ut, *fugitivus*: Verbalia pura, nam *feſtiviſſimus* eſt apud Terent. Compoſita à *fero*, & *gero*, ut, *armiger, frugifer*. Item hæc adjectiva, *almus, balbus, canorus, canus, cicur, claudus, compos, degener, diſpar, egenus, exors, geminus, hodiernus, impos, magnanimus, mediocris, memor, mirus, mutilus, præditus, vetulus, unicus*, atque alia, ſed pauca, in quibus per particulas exceſſus, uti ſunt *magis, valde*, & *maxime*, ſuppletur comparat. & ſuperlat. defectus.

DE

DE PRONOMINE.

PRonomen eſt pars Orationis, quâ in demonſtrandâ, aut repetendâ re aliquâ utimur.

Pronomina ſunt quindecim; Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Quibus addunt & ſua compoſita; ut, Egomet, tute, idem, & ſimilia: ut etiam, qui, quæ, quod [1].

DE ACCIDENTIBUS PRONOMINI.

Accidunt Pronomini Species, Numerus, Caſus, Genus, Declinatio, Perſona, Figura.

Species Pronominum eſt duplex; Primitiva, & Derivativa.

Ad Primitiva ſpectant iſta, Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is.

Ex Primitivis alia ſunt Demonſtrativa, alia Relativa.

Demonſtrativa, dicuntur eadem, quæ & Primitiva: nimirum, Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is.

Relativa autem ſunt, Ille, ipſe, iſte, hic, is, idem, qui.

Derivativa ſunt, Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Derivativorum alia ſunt Poſſeſſiva, alia Gentilia.

Poſſeſſiva ſunt, Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.

Gentilia ex eo dicuntur, quod gentem aut nationem, vel partes & ſectas ſignificent; ut, noſtras, veſtras, & Cujas nomen.

DE NUMERO.

Numerus Pronominum duplex eſt; Singularis, ut, Ego; Pluralis, ut, Nos.

DE CASU.

Caſus autem ſunt ſex, quemadmodum in nomine. Vocativo carent omnia Pronomina, Præter hæc quatuor, Tu, meus, noſter, noſtras. *Martialis* tamen Pronomini *ipſe* vocativum tribuere videtur, quum ait,

Ut martis revocetur amor, ſummique Tonantis,
A te Juno petat ceſtos, & ipſa venus [2].

DE GENERE.

Genera ſunt in pronominibus, perinde ut in adjectivis nominum. Alia enim ad tria genera referuntur; ut, Ego, tu, ſui: alia per tria genera variantur; ut, Meus, mea, meum.

1 Item *quis cujus* & *cujas*. Quin & Pronominibus accenſenda ſunt multa alia pro nominibus vulgo habita, ut, *unus, ullus, nullus, ſolus, totus, uter, alter, neuter, aliquis, alius, reliquus, cæterus, omnis, quiſque, nemo, quidam, ambo, uterque*, &c. Certe Pronomina eſſe arguit quod ſecundario ſolum ſignificent rem, cum ponantur pro nomine. Deinde ſi *quis* eſt Pronomen quod de pluribus rogat, erit & *uter* quod de duobus interrogat. Itidem ſi Pronomina ſint *hic, ille, ipſe*, quibus reſpondemus cum quæſtio per *quis* inſtituitur: Pronomen quoque erit *alius*, item *nullus*: ſi *nullus*: certe & *ullus*. Idem de cæteris ſtatuendum. Itaque nil mirum ſi *unus, ullus, alius uter, neuter*, nonnullaque alia inflectantur per *ius*; ut, *ille, iſte, ipſe*, nam non minus quam iſthæc Pronomina ſunt. 2 Immo cætera omnia Pronomina, excepto *ego*, in vocativo uſurpantur; ut exemplis oſtendere in promptu eſſet.

DE

DE DECLINATIONE.

Declinationes Pronominum ſunt quatuor.

Genitivus autem primæ declinationis exit in *i*: ut, Ego, tu: genitivo Mei [3], tui, & ſui, quod recto caret in utroque numero.

Genitivus ſecundæ definit in *ius* vel *jus*: cujus formæ ſunt ille [4], ipſe [5], iſte, genitivo Illius, ipſius, iſtius; [6] Hic, [7] is, [8] qui: genitivo Hujus, ejus, cujus.

Genitivus tertiæ declinationis exit in *i*, *æ*, *i*, quemadmodum nominum adjectivorum, quæ per tres terminationes variantur: cujus ſortis ſunt,

Nominativo,	Genitivo
[9] Meus, mea, meum,	Mei, meæ, mei.
Tuus, tua, tuum,	Tui, tuæ, tui.
Suus, ſua, ſuum,	Sui, ſuæ, ſui.
Noſter, noſtra, noſtrum,	Noſtri, noſtræ, veſtri.
Veſter, veſtra, veſtrum,	Veſtri, veſtræ, veſtri.

Genitivus quartæ habet *âtis*: ex quo ordine ſunt, Noſtras, veſtras, cujas: Genitivo, Noſtrâtis, veſtrâtis, cujâtis.

Cæteri obliqui in utroque numero ad formam nominum tertiæ declinationis inflectuntur.

DE GENERE.

Perſonæ pronominum ſunt tres. Prima, Secunda, Tertia; ut, Ego, Tu, Ille.

DE FIGURA.

Figura eſt duplex; Simplex; ut Ego: Compoſita; ut, Egomet.

3 *Mis* & *tis* ſunt antiqui genitivi pro *mei* & tui. 4 Pro *ille* Veteres dixêre *ollus* vel *olle*. 5 *Ipſius* pro *ipſe* comicum eſt, *Ipſud* barbarum eſt. 6 Non tanta eſt anomalia in *hic* quam videtur. Nam ut *fac* eſt ex *face*, ita *hic* ab *hice*, pro quo nunc geminatâ *c* *hicce*, malumus. *Hice* autem eſt ex antiquo *hic*, (quod ex &) & *ce*, ut ab *is* & *ſpe* eſt *ipſe*, unde feminino *eapſe*. Ut vero ab *is* eſt *ejus*, *ei*, *eum*, *eo*, ita ab *his* eſſet *hujus*, *hui*, *hum*, *ho*; ſed pro *hui*, *hum*, *ho*. adjectivo *ce* fuit *huice*, *humce*, *hoce*; unde adjectâ vocali factum *huic*, *hunc*, *hoc*. Sed in plurali erat *hæ* etiam in neutro. Sed pro *hæ*, addito *ce*, fecêre *hæce*, unde *hæc*, quod in neutro remanſit in uſu, ut differret à feminino *hæ*. Sed olim etiam in muliebri genere *hæce* & per apocopen *hæc* dixere. 7 Ab *eâ* feminino Antiqui in genitivo fecêre *ea* pro ejus. Ab *is* item in Accuſativo *im*, ut à *ſitis*, *ſitim*. In Dativo & Ablativo plurali etiam *ibus* dictum pro *iis*: in feminino item pro *iis*, *eabus*. 8 Maxima anomalia in quibuſdam eſſe videtur, quod *quis* & *qui* in obliquis *cujus* & *cui*, faciunt per *c*. Atqui eadem eſt litera *c* & *q*. Adde quod Veteres in genitivo etiam dixêre *quojus*. Itidem in dativo ſcripſêre *qui*: Poſteriores vero *c* prætulerunt; ut differret à nominativo *qui*, aut ſi qui malunt *q* reſervare, *quoi* ſcribebant, per diphthongum. Ab hoc dativo *quoi* eſt ablativus *quo*, omiſſo *i*: quomodo abſciſſâ eâdem vocali, à veteri dativo *muſaî*, eſt ablativus *muſâ*. Etiam in plurali nominativo Veteres dixêre *ques* unde remanſit dativo & ablativo *quibus*; ut à *puppes*, *puppibus*: niſi eos caſus formare malis à dat. & ablat. ſingulari. Nam *qui* in abl. uſus Plaut. Et nunc in uſu eſt cum intelligitur *modo*, ut *qui fieri poteſt?* quod eſt integre *quomodo*: In compoſitis etiam uſitatius eſt. 9 Quod olim erat *mius*, unde remanſit vocativus *mi* pro *mie*, ut à *filius* eſt *fili* pro *filie*.

Prono-

Pronomina inter ſe componuntur: Egoipſe, tuipſe, ſuiipſius, meipſius [10].

Nom. iſtic, iſtæc, iſtoc, *vel* iſtuc: Accuſ. Iſtunc, iſtanc, iſtoc, *vel* iſtuc: Ablat. Iſtoc, iſtac, iſtoc.

Pluraliter Nominativo & Accuſativo iſtæc. Eodem modo declinatur & illic, illæc, illoc.

Componuntur etiam cum nominibus: ut, cujuſmodi, illiuſmodi, iſtiuſmodi.

Componuntur & cum præpoſitionibus: ut, Mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum, quîcum, quibuſcum.

Componuntur etiam & cum adverbiis: ut, Eccum, eccam, eccos, eccas, ab *Ecce* & *is*. Ellum, Ellam, ellos, ellas, ab *Ecce* & *ille* [11]. Ut & idem quoque [12] ab *is* & *dem*. Cum conjunctione quoque componuntur [13]: ut, ſing. Nominativo [14] Hiccine, hæccine, hoccine. Accuſativo hunccine, hanccine, hoccine. Abl. hoccine, haccine, hoccine. Pluraliter, Hæccine, neutrum.

Componuntur denique cum ſyllabicis adjectionibus: ut, *Met*, *te*, *ce*, *pte*.

Met adjicitur primæ & ſecundæ perſonæ; ut, Egomet, meimet, mihimet, memet, noſmet, *&c.* Sic Sibimet quoque, ac ſemet dicimus [15].

Tumet autem in recto non dicimus, ne putetur eſſe verbum à tumeo, ſed tuimet, tibimet, temet, noſmet, *&c.*

Te [16] adjicitur iſtis, Tu, ut, tute; te, ut, tete.

Ce [17] adjicitur obliquis horum pronominum, Hic, ille, iſte, quoties in *s* definunt; Hujuſce, hiſce, illiuſce, iſtiuſce, hoſce, illoſce, iſtoſce.

Pte apponitur iſtis ablat. Meâ, tuâ, ſuâ, noſtrâ, veſtrâ; ut, Meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, veſtrapte.

Interdum etiam maſculinis & neutris adjici ſolet; ut, Meopte Marte, tuopte labore, ſuopte jumento, noſtropte damno [18], &c. [19].

Quis & qui ad hunc modum componuntur.

Quis in compoſitione hiſce particulis poſtponitur, En, ne, alius, num, ſi; ut, Ecquis, nequis, aliquis, numquis, ſiquis. Et hæc tam in feminino ſingulari, quam in neutro plurali, *qua* habent, non *quæ*: ut Siqua mulier, Nequa flagitia, &c.

10 Huc quoq; pertinent *alteruter*, *aliquis*, *unuſquiſque*, *quotquot*, *qualiſqualis*, *undecim*, *decimus*, *ſextus*, & ſimil.

11 Item à *ne* pro *non* eſt *neuter*. Ab *ubi* eſt *ubiquiſque* quod Maro uſurpat.

12 Vel potius ex *is* & ſyllabicâ adjectione *dem*.

13 *Ut quiſque*, *uterque*, *ecquis*, nam *t* in *c* abiit.

14 Videtur potius componi ex *hic* & ſyllabicâ adjectione *cine*.

15 Interdum & componitur cum *ſuus*; ut *ſuiſmet* Livio.

16 *Te* eſt à Græcis: quibus itidem ſyllabicæ adjectiones ſunt τι & κι. Ac *te* etiam habes in *iſte* ab *is*.

17 *Ce* eſſe à κε

jam diximus. Nempe ut ab *&* eſt ϛαι, ſic ab *hic* eſt *hicce*, ab *ejus ejuſce*.

18 Nec jungitur tanntum poſſeſſivis, ſed etiam primitivis, ut *mihipte* quomodo Cato loquutus, item *mepte*, pro *meipſum* apud Plautum.

19 Adde partic. *pſe*, ex qua & *is* conflatum eſt *ipſe*. Integrum eſſet *iſpſe*; ſed ſibilo omiſſo *ipſe* dicimus, Euphoniæ causâ. Adde etiam *dem*, ex quo & *is* fit *idem*, ut modo dictum. Componitur *dem* ſimiliter cum *tantum* & *tanti*; uti & in *pridem* cum antiquo *pri* pro *præ* unde *prius*, *priſtinus*, &c. *Hiſdem* pro *his* vel *iiſdem* legas in Manuſcriptis.

Præter Ecquis, quod utrumque in feminino habere reperitur, Ecquæ & Ecqua.

His autem particulis præponitur Quis in compoſitione, Nam, piam, putas, quam, que; ut, Quiſnam, quiſpiam, quiſputas, quiſquam, quiſque. Et hæc ubique (præterquam in ablativo ſingulari) *quæ* habent, non *qua*: ut, Quænam doctrina: Negotia quæpiam; Optima quæque.

Quis etiam cum ſeipſo componitur; ut, Quiſquis, quod in hunc modum variatur:

Nominativo quiſquis, quicquid; Accuſativo Quicquid; Ablativo Quoquo, quaqua, quoquo.

Qui, in compoſitione præponitur his particulis, Dam, vis, libet, cunque; ut, Quidam, quivis, quilibet, quicunque. Et hæc (præterquam in ablativo ſingulari) *quæ* retinent, non *qua*: ut, Quædam puella, Quædam facinora.

DE VERBO.

VErbum eſt pars orationis, quæ modis & temporibus inflexa, eſſe aliquid, agereve, aut pati ſignificat; ut, Sum, exiſto: moveo, moveor: tango, tangor.

Verbum dividitur imprimis in perſonale, ut Doceo, & imperſonale, ut oportet.

Perſonale eſt, quod certis perſonis diſtinguitur; ut Ego lego, Tu legis; Hic legit, Illi legunt.

Contra, Imperſonale dicitur, quod diverſarum perſonarum vocibus non diſtinguitur, nec variatur; ut Pœnitet, tædet, miſeret, oportet.

DE ACCIDENTIBUS VERBO.

Verbo quidem accidunt iſta; Genus, modus, tempus, figura, ſpecies, perſona, numerus, conjugatio.

DE [2]*GENERE.*

[3] Quinque ſunt Verborum genera, Activum, Paſſivum, Neutrum, Deponens, commune.

1 Etiam aliæ voces verba ſunt, ſed quæ hujus ſunt Claſſis κατ' ἐξοχὴν ſic appellantur. 2 Græcis vocatur διάθεσις τῦ ῥήματος, Latinis fortaſſe *forma* rectius, minus certe ambigue dicatur. Aliud vero gen. grammaticum, aliud phyſicum, nam hic ſignificatio, illic potius terminatio reſpicitur. (Verbum enim ſi pauciſſima excipias) vel in *o* deſinit, vel in *OR*. Si in *o* vel admittit *r* vel reſpuit: ſi admittat, verbum activum vocant, quia ut plurimum notat actionem, ſi reſpuit *r* nominant neutrum. Si in *or* terminatur, *vel r* abjicere poteſt, quod paſſivum vocitant: vel non poteſt, quod commune aut deponens dicitur. Ac ratione actionis vel paſſionis phyſicæ quatuor ſunt verborum claſſes. Quædam ſignificant actionem, ut *amo*, *aio*, *volo*, item *ambulo*, *ſequor*: quædam paſſionem, ut *amor*, *vapulo*: quædam utrumque, ut *tueor*, *dignor*: quædam neutrum, ut *ſum*, *fio*, *morior*, *intereo*; quæ dicuntur ſubſtantiva, quia notant ſubſtantiam eſſe, fieri, vel eſſe deſinere. 3 Niſi placet quatuor verborum genera aſſignare, omiſſo communi: quia communia pene exoleverunt.

ACTIVUM.

Activum eſt, quod agere ſignificat, & in *o* finitum, paſſivum in *or* formare poteſt: ut, Doceo, doceor. Lego, legor.

PASSIVUM.

Paſſivum eſt, quod pati ſignificat, & in *or* finitum, activi formam, *r* dempto, reſumere poteſt; ut, Amor, amo; Afficior, afficio.

NEUTRUM.

Neutrum eſt, quod in *o* vel in *m* finitum, nec activam, nec paſſivam formam integre induere poteſt: ut, Curro, ambulo, jaceo, ſum.

Neutrorum tria ſunt genera.

Nam aliud Subſtantivum dicitur; ut, Sum, es, eſt, ſumus, &c. Aliud Abſolutum; ſic dictum, quod ipſum per ſe ſenſum abſolvat.

Atque hoc rurſum duplex eſt: Nam alterum actionem completam in ipſo verbo ſignificat, nec in aliud tranſeuntem; ut, Ambio, dormio, pluit, ningit; alterum vero paſſionem in ipſo completam indicat; ut, palleo, rubeo, albeſco, nigreſco.

Eſt præterea & aliud, cujus actio in rem cognatæ ſignificationis tranſit, ac tertiam perſonam paſſivæ vocis uſurpat: bibo vinum, curro ſtadium, vivo vitam: Vinum bibitur, ſtadium curritur, vita vivitur [1].

Sed denique, quæ ſimplicia quidem neutra ſunt, compoſita vero agendi vim concipiunt: ut, eo, adeo, mingo, commingo.

DEPONENS.

Deponens, quod in *or* finitum, vel activi ſignificationem habet: ut, Loquor verbum: vel neutrius: ut, Philoſophor.

COMMUNE.

Commune, quod in *or* finitum, tam activam quam paſſivam ſignificationem obtinet: ut, Veneror, criminor, conſolor, ſtipulor, ſpeculor, oſculor, adulor, fruſtror, dignor, teſtor, interpretor, amplector, meditor, experior, mentior, multaque id genus alia quæ paſſim apud veteres reperias.

1 Hujuſmodi verba activis potius accenſenda ſunt. Nam quod haud legimus *aror*, *bibor*, id non factum vocum naturâ, ſed rerum defectu. Alioqui quid impediat quo minus per proſopopeiam jam terram inducamus dicentem *aror*? aut vinum compellantibus, cur non liceat dicere *dum biberis*: Præſertim cum *aratus* dixerit *Ovidius*, item *aqua pota* (pro quo Plinius *aqua potata*) & Perſius) *cananda olla*. Imo fortaſſe nulla ſunt verba, quæ vere neutra dixeris; vel ſaltem non alia, quam quæ conſtantiam notant.

Quod exemplis planius fiet. *Sudo*, cum dico, *ſudorem* intelligo. Quare & rectum eſt *ſudare ſanguinem*. Et *ſanguis*, ſi loqui poſſit, dicat, *dum ſudor*. Nec *ſudatus* reformidat Claudianus. Similiter *flo flatum*, vel *halitum*; *ſpiro ſpiritum*, *vel odorem*; ſic *ſto*, *ſedeo*, *eo*, *curro*. In quibus intelligitur accuſativus cognatæ ſignificationis. Ut integre ſit, *ſto ſtationem*, *ſedeo ſeſſionem*, *eo itionem*, *curro curſum*. Similia *gaudere gaudium*, *furere furorem*, *vivere vitam*. Neque enim ſolum actionem notant quorum

quorum actio eſt tranſiens, ut *amo*, *aro*, ſed etiam ubi ea immanens, ut in illis quæ proxime diximus. Activa igitur ſunt, etſi non tranſitiva ſed abſoluta. Non exiguus vero eorum eſt numerus, quæ cum activa ſunt paſſive etiam vel abſolute accipiantur. Quæ res quia facit ad Scriptores veteres melius intelligendos, Silvulam eorum juxta literarum ſeriem exhibuimus.

I. SILVULA VERBORUM ACTIVORUM quæ abſolute etiam accipiuntur.

Averto. v. *verto.*

Augeo. Auxerat potentia. *Tac.*

Capero. Quid eſt quod illi caperat frons ſervitudine? *Plaut. pro* caperatur & rugis contrahitur.

Converto. v. *verto.*

Crucio. Ut miſeræ ſunt matres, cruciantque. *Plaut.*

Decoquo. Quibus (Pop. Rom.) inertiâ Cæſarem quaſi conſenuit atque decoxit. *Florus.*

Expedio. Nequiter expedivit paraſitatio. *Plaut.*

Exudo. Exudat inutilis humor. *Virg.* pro *exudat ſe*, inquit Servius.

Geſto. Aretinum Clementem, in eâdem, vel etiam in majore gratiâ habuit, quod noviſſime ſimul geſtanti, conſpecto delatore ejus, vis, inquit, hunc nequiſſimum ſervum cras audiamus? *Suet. in Dom.* ubi ſimul geſtanti *ſignificat* in lecticâ vel ſellâ geſtato à ſervis.

Habeo. Quis hic habet? *Plaut. pro* habetur, *vel* habitat. Video jam quo invidia tranſear, ubi ſit habitura. *Cic.*

Ingemino. Ingeminant curæ. Clamor ingeminat. *Virg.*

Inſinuo. Inſinuat pavor. *Virg.* Prudentia eſt ſervi, ut penitus inſinuet in cauſam. *Cic.*

Lavo. Lavanti Regi nunciatum eſt. *Liv.* Lavamus & tondemus ex conſuetudine. *Quint.*

Lenio. Dum hæc conſilescunt turbæ, atque iræ leniunt. *Ter.*

Moveo. Terra movit. *Suet.* Sic *promoveo. Macrob.*

Muto. Mortis metu mutabant. *Sal. pro* murabantur. Vannius diuturnitate in ſuperbiam mutans. *Tac. Par ratio in compoſito* demuto.

Paſco. Nam paſcit juventa, & paſcitur juventa, *eadem mente dicitur, inquit Conſentius.*

Pono. Cum veni poſuêre. *Virg.*

Præcipito. Fibrenus ſtatim præcipitat in Lirim. *Cic.*

Quaſſo. Lætum ſiliquâ quaſſante legumen. *Virg.* Subducunt lembum capitibus quaſſantibus. *Plaut.*

Rugo. Vide palliolum ut rugat. *Plaut.*

Sedo. Poſtquam tempeſtas ſedavit. *Cl. Velleius*, apud *Gellium.*

Tondeo. Candidior poſtquam tondenti barba cadebat. *Virg.* Incanaque menta Cyniphii tondent hirci. *Virg. i. e.* tondentur.

Turbo. Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili. *Virg.*

Vario. Variant undæ. *Propert. pro* Variantur.

Veho. Adoleſcentia per medias laudes quaſi quadrigis vehens. *Cic.* Triton natantibus invehens belluis. *Cic. i. e.* invehitur.

Verto. Libertatem aliorum in ſuam vertiſſe virtutem conquerebantur. *Liv.* Vertens annus. *Cic. in Somn.* pro converſus. Sic *averto.* Tum prora avertit & undis dat latus. *Virg. Converto.* Regium imperium in ſuperbiam, dominationemq; cõvertit. *Sal.*

Veſtio. Sic & in proximo ſoror civitas veſtiebat. *Tertull.* Parcius paſco, levius veſtio. *Appul.*

Volvo. Olim volventibus annis. *Virg. Voluto.*

Sed verba hæc dicâ videntur per ellipſin accuſativi. Ut *ingeminat clamor*, pro *ingeminat ſe clamor*; *terra movet*, pro *ſe movet.* Ac par ratio illorum. Idem de Græcis dicendum, ubi activa ainnt capi paſſive.

Contra ſunt alia, itidem in o exeuntia, quæ cum uſitatius ſumuntur abſolute, interdum etiam capiuntur active, hoc eſt, actionem ſignificant tranſeuntem, eoque tranſitivorum more conſtruuntur.

II. SIL.

II. SILVULA VERBORUM ABSOLUTORUM quæ active etiam ſumuntur.

Abſtinere maledictis. *Cic.*
Aſſueſcere labori. *Cic.*
Cachinnare riſu tremulo. *Cic.*
Celerare, *abſolute. Cic.*
Sic Accellerare. *Cic.*
Clamare cœpit. *Cic.*
Ut ſi inclamâro, advoles. *Cic.*
Coire in unum. *Virg.*
Concionari de re aliquâ. *Cic.*
Conſtitit Romæ. *Cic.*
Delirare, *abſolute. Cic.*
Deſperare ab aliquo. *Cic.*
Deſinas. *Terent.*
Differre nominibus. *Cic.*
Diſputare de re aliquâ. *Cic.*
Dubitare de fide. *Cic.*
Durare in ædibus. *Plaut.*
Ejulo, *abſolute. Cic.*
Emergere regno. *Cic.*
Eructare, *ſimpliciter. Colum.*
Erumpebat vis. *Cic.*
Exire domo. *Cic.*
Exhalant vapore altaria. *Lucr.*
Feſtina lente. *adagium.*
Flere de morte alicujus. *Ovid.*
Garrire alicui in aurem. *Mart.*
Gemit turtur. *Virg.*
Hyemat mare. *Hor. æſtuat.*
Illuceſcet dies illa. *Cic.*
Incipit ver. *Cic.*
Inoleſcit arbor. *Virg.*

Inſanire & furere. *Cic.*
Inſtant operi. *Virg.*
Inſueſcere alicui rei. *Tac.*
Jurare in verba. *Cic. Cæſ.*
Lætaris & triumphas. *Cic.*
Latrare & mordere poſſunt. *Cic.*
Luna lucet luce alienâ. *Cic.*
Manere in officio. *Cic.*

Morari ſub dio. *Hor.*
Muſſitare, *abſolute. Liv.*
Nocet empta dolore voluptas. *Hor.*

Offendere in arrogantiam. *Cic.*
Paſcentes agni. *Virg.*
Penetrat ad aures. *Ovid.*
Pergere, *ſimpliciter. Cic. Ter.*

Abſtinere manus. *Id.*
Aſſueſcere bella animis. *Virg.*
Cachinnat exitium meum. *Appul.*
Celerare fugam, gradum. *Virg.*
Accelerare iter. *Cæſ.*
Morientem nomine clamat. *Virg.*
Comitem ſuum inclamâre. *Cic.*
Coire ſocietatem. *Cic.*
Concionari aliquid. *Liv.*
Conſiſtere vitam. *Luc. pro* conſtituere.
Quicquid delirant Reges, *Hor.*
Deſperare vitam, ſalutem. *Cic.*
Deſinere artem. *Cic.*
Differre tempus. *Cic. Hor.*
Diſputare aliquid. *Id.*
Dubitare aliquid. *Cn. Virg.*
Durare imperioſius æquor. *Hor.*
Ejulabam fortunas meas. *Appul.*
Serpens ſe emergit. *Cic.*
Eructare cædem bonorum. *Cic.*
Erumpere ſtomachum in aliquem. *Cic.*
Exire tela, vim. *Virg. pro* vitare.
Exhalare crapulam. *Cic.*
Feſtinare viros. *Hor.* fugam. *Virg.*
Funera alicujus flere. *Ovid.*
Garrire libellos. *Hor.*
Gemere plagam acceptam. *Cic.*
Hyemare aquas. *Plin. pro* frigefacere.
Dii illuxêre diem. *Plaut.*
Incipere facinus. *Plaut.*
Natura inolevit nobis amorem noſtri. *Gell.*
Inſanio errorem. *Hor.* Inſaniam. *Plaut.*
Inſtare currum. *Plaut.*
Inſuevit pater optimus hoc me. *Hor.*
Jurare morbum Jovem. *Cic.* Maria. *Virg.*
Utrumque lætor. *Cic.*
Latrare aliquem. *Hor.*
Lucere facem alicui. *Plaut.*
Manere aliquem. *Hor. Virg. pro* exſpectare.
Nihil purpuram moror. *Plaut.*
Muſſitavit timorem. *Appul.*
Nocere aliquem. *Plaut.* Nihil nocere. *Cic.*
Offendere aliquid. *Plaut. pro* pulſare.
Paſcere capellas. *Virg.*
Penetrare Atlantem. *Plin.*
Pergere reliqua. *Cic.*

Perſe-

Perſeverare in errore. *Cic.*
Plaudere ſibi. *Hor. Cic.*
Pergere & properare. *Cic.*

Querebatur cum Deo quod parum longe viveret. *Cic.*
Remiſit peſtilentia. *Liv.*
Requieſcere in ſella. *Cic.*
Reſultant colles. *Virg.*
Ridere intempeſtive. *Quint.*

Ruit urbs, nox, dies. *Virg.*
Rutilant arma. *Virg.*
Sapit ei palatum. *Cic.*
Spirant auræ. *Virg.*
Siſtere, *ſimiliter. Cic.*
Sonat graviter. *Virg.*
Sufficit animus malis. *Ovid.*
Superabat pecunia. *Cic.*
Superſedeas hoc labore. *Cic.*
Suppeditant ad victum. *Cic.*
Tranſmittere, *abſolute. Suet.*
Tardari & commorari. *Cic.*
Tinniunt aures ſonitu. *Cacul.*
Trepidat cor. *Cic.*
Variat fortuna. *Liv.*
Vergebat locus ab oppido. *Caſ.*

Perſeverare aliquid. *Cic.*
Plaudere aliquem. *Stat.*
Hoc opus hoc ſtudium parvi properemus & ampli. *Hor.*
Queritur crudelitatem regis. *Juſtin.*
Suum factum. *Caſ.*
Remittere animum. *Cic.*
Requieſcunt ſuos curſus. *Virg.*
Reſultant ſonum. *Appul.*
Ridere riſum, hominem, *&c. Hor. Virg.*
Ruerem cæteros. *Ter.*
Rutilant capillos cinere. *Val. Max.*
Si recta ſaperet Antonius. *Cic.*
Spirant naribus ignem. *Virg.*
Siſtere gradum. *Virg.*
Nec vox hominem ſonat. *Virg.*
Sufficere animos. *Virg.*
Superare aliquem. *Cic.*
Aliqua ſuperſedenda. *Autor ad Her.*
Suppeditare cibos. *Cic.*
Tranſmittere maria. *Cic.*
Tardare impetum. *Caſ.* negotium. *Cic.*
Ecquid Dolabella tinniat. *Cic.*
Mirantur ac trepidant præſagia. *App.*
Variare vicem. *Cic.*
Venenum vergere. *Lucr.*

Sic & compoſita. Rivulos evergunt. Invergunt vina. *Virg.* Inde etiam paſſivum *vergor.* Vergimur in Senium. *Stat.*

Vertat bene res. *Plaut. Virg.*
Minitari & vociferari palam. *Cic.*
Urit calore. *Cic.*

Vertere terram aratro. *Hor.*
Vociferans talia. *Virg.* aliquid. *Cic.*
Urere aliquem & aliquid. *Cic.*

Quemadmodum autem ex verbis in *o* multa activa uſurpantur paſſive ſive abſolute: multaque abſoluta accipiuntur active, ſive tranſitive: Ita ex verbis in *or*, multa paſſiva active ſumuntur, deponentium induendo naturam: multaque item deponentia capiuntur paſſive; utcunque activa terminatio non ſit in uſu.

III. SILVULA VERBORUM PASSIVORUM, quæ active ſumuntur.

Affector, pro *affecto*. Affectatus eſt regnum. *Varr.*
Avertor, pro *averto*. Quam ſurdâ miſeros avertitur aure! *Boet.*
Bellor, pro *bello*. Pictis bellantur Amazones armis. *Virg.*
Cenſeor, pro *cenſeo*. Martia cenſa eſt hanc inter comites ſuas. *Ov.* Voluiſti magnum agri modum cenſeri. *Cic.*
Communicor, pro *communico*. Cum quibus ſpem integram communicati non ſint. *Liv.*
Comperior, pro *comperio*. *Sal.*
Conſilior, pro *conſilio, as*. Conſilietur amicis. *Hor.* i. e. amicis conſulat.
Copulor, pro *copulo*; ſec. *Priſc.* & *Non.* Adeunt, conſiſtunt, copulantur dextras.
Erumpor, pro *erumpo*. Cum vis exagitata

tata foras erumpitur. *Lucretius.* Sim *perrumptor.*

Fabricor, pro *fabrico.* Capitolii faſtigium neceſſitas fabricata eſt. *Cic.*

Fluctuor, pro *fluctuo.* Utrius populi victoriam mallet fluctuatus animo fuerat. *Liv.*

Juratus ſum, pro *juravi. Cic.*

Multor, pro *multo.* Rebellantes multatus eſt pœna. *Suet.*

Muneror, pro *munero.* Alexion me opipare muneratus eſt. *Cic.* Sic *remuneror*, pro *remunero.*

Murmuror, pro *murmuro. App.*

Nutricor, pro *nutrico*, vel *nutrio.* Mundus omnia nutricatur & continet. *Cic.*

Peragror, pro *peragro.* Peragratus eſt Regionem. *Vell.*

Perlinor, pro *perlino. App.*

Pigneror, pro *pignero. Gell. Non.*

Pravertor, pro *praverto. Plaut. Liv. Curt. Tac.* Sed in Præterito dicitur tantum *praverti.*

Punior, pro *punio.* Punitus eſt inimicum. *Cic.*

Quiritor, pro *Quirito. Varr.*

Ruminor, pro *rumino. Varr.*

Sacrificor, pro *ſacrifico. Gell. Var. Non.*

Saturor, pro *ſaturo.* Necdum antiquum ſaturata dolorem. *Virg.* pro cum nondum ſaturaviſſet.

Spector, pro *ſpecto.* Spectatus eſt ſuem. *Varr.*

Suppeditor, pro *ſuppedito.* Quod mihi ſuppeditatus es gratiſſimum eſt. *Cic.*

Uſurpor, pro *uſurpo.* Mulier uſurpata duplex cubile. *Cic.*

Plura citantur apud Voſſ. & Non. Quæ tamen non multum uſitata ſunt.

IV. SILVULA VERBORUM DEPONENTIUM, quæ paſſive accipiuntur.

Abominor. Ante omnia abominati ſemimares: *Liv.* Sævitiaque eorum abominaretur ab omnibus. *Ver. Flac. apud Priſc.*

Adipiſcor. Amitti magis quam adipiſci. *Fab. Max.* Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia. *Plaut.*

Admiror. Turpe eſt propter venuſtatem veſtimentorum admirari. *Canut. ad Priſc.*

Adorior. Ab his Gallos adortos. *Aurel. apud Priſc.*

Adulor. Adulati erant ab amicis. *Coſſ.* Ne adulari nos ſinamus. *Sic.* Sed dicitur *adulo.*

Aggredior. Ut à te fictis aggrederer donis. *Cic.* Aggreſſus labor. *Terent. Maur.*

Amplector. Ego me non ſinam amplectier. *Lucil.* Animam noſtro amplexam in pectore. *Petron.*

Anteſtor. Impubes non poteſt anteſtari. *Liv. teſte Priſc.*

Arbitror. Arbitrata quæſtio. *Gell.* Ex ſcriptis eorum qui veri arbitrantur. *Cal. apud Priſc.*

Aſpernor. Qui eſt pauper aſpernatur. *Cic.*

Aſſector. Aſſectari ſe omnes cupiunt. *Enn.*

Aſſequor. Nihil horum inveſtigari, nihil aſſequi poterat. *Cic.*

Auguror. Certæque res augurantur. *L. Caſ. Virg. ipſe activo uſus eſt.* Si quid veri mens augurat.

Blandior. Blanditus labor. *Verrius.*

Cavillor. Lepido ſermone cavillatus, *paſſive. App.*

Cohortor. v. *hortor.*

Comitor. Uno comitatus Achate. *Virg.* Jam ſalutantur, jam comitantur. *Juſt.*

Complector. Quo uno maledicto ſcelera omnia complexa eſſe videantur. *Cic.*

Conſequor, & *conſector.* Quæ vix ab omnibus conſequi poſſunt. *Orbil. apud Priſc.* A populo lapidibus conſectari. *Laver. apud eundem.*

Conſolor. Cum animum veſtrum erga me video vehementer conſolor. *Q. Metel. apud Gell.*

Conſpicor. Paupertas hæc non ita nutricata ut nunc conſpicitur. *Varr. apud Priſc.*

Criminor. Criminor defendere res Syllanas. *Cic.*

Demolior, & *immolior.* Nuſquam demolitur, nuſquam exoneratur pecunia. *Cur. apud Priſc.* Immolitum

&c

& inædificatum eſt in loca publica, *Liv.*

Deteſtor. Bellaque matribus deteſtata. *Horatius.*

Dignor. Cultu quodam & honore dignari. *Cic.*

Dominor. O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino! *Cic.*

Enitor. Enixus puer. *Sever.*

Experior. Virtus experta atque perſpecta. *Cic.*

Fari. Faſti dies ſunt in quibus jus fatur, id eſt, dicitur. *Suet.*

Fateor. Hunc excipere qui publicus eſſe fateatur. *Cic.*

Fruſtror. Fruſtratus à ſpe & devictus. *Fenest.*

Glorior. Beata vita glorianda & prædicanda eſt. *Cic.*

Hortor. Hortatus eſt in convivio à ſcorto. *Cic.* Conſulem inducunt ſententiam exprimere quâ hortaretur Clodius deſpondere Domino. *Tac.*

Imitor. Si natura non feret ut quædam imitari poſſunt, *Cic.* imitata & effecta ſimulacra. *Cic.*

Immolior. v. *molior.*

Inſidior. In legatis inſidiandis, vel in ſervis ſolicitandis. *Cic.*

Interpretor. Ita illud ſomnium interpretatum eſt. *Cic.*

Machinor. Machinata fames. *Sall. apud Priſc.*

Meditor. Meditata ſunt mihi omnia incommoda. *Ter.* Tractantur lenocinia, adulteria meditantur. *Man. Tel.*

Metior. Orbe ſi Sol amplior, an pedis unius latitudine metiatur. *Arnob.*

Moderor. Omnes virtutes mediocritate eſſe moderatas. *Cic.*

Modulor. Lingua modeſta & modulata. *Gell.*

Molior. Pompa moliebatur *App.* Immolitum & inædificatum eſt in loca publica. *Liv.*

Nanciſcor. Naſtâ libertate. *App.*

Obliviſcor. Nunc oblita mihi tot carmina. *Virg.*

Ordior. Cum fuerint orſa fundamenta. *Colum.*

Oſculor. A pleriſque Grammaticis exemplum ſtatui communis generis ſolet. Ac hoc non temere aliter quam active reperias. Satius fuiſſet accommodatius afferri exemplum: quale inter cætera eſt *dignor*: quod apud *Cic. Var.* & alios ſignificatione habetur activâ.

Paciſcor. Filia pacta alicui. *Tac. Plin. Liv.*

Percontor. Percontatum pretium. *App.*

Periclitor. Periclitari omnium jura, ſi ſimilitudines accipiuntur. *Cic.*

Polliceor. Ut aliis ſtatuæ polliceantur. *Metall. Numid.*

Populor. Qui nunc populati atque vexati. *Cic.* Sed dicitur etiam *populo.*

Potior. Ne potiretur mali. *Ter. pro* à malo opprimeretur. *Ter.* Potiri hoſtium, *pro* capi ab hoſtibus.

Precor. Deus precandus eſt mihi. *Auſ.*

Sector. Qui vellet ſe à cane ſectari. *Varr.*

Stipulor; *tam profertur in activâ quam paſſivâ ſignificatione*, ut monet Priſcianus. Qui ſubjungit, quod tam activâ ſignificatione quam paſſivâ, ablativo conjungit, ut *ſtipulor à te*, pro *interrogo te*, & *interrogor à te.*

Teſtor. Hæc quæ teſtata ſunt & illuſtria. *Cic.*

Tueor. Quod à ruſticis Romani alebantur & tuebantur. *Varr.*

Tutor. Tutus ab hoſtibus. *Cic.*

Veneror. Curſuſque dabit venerata ſecundos. *Virg.*

Vereor te dicimus, & *vereor abs te*, id eſt, tu me vereris, teſte Gellio.

Ulciſcor. Quidquid ulciſci nequitur. *Sal.*

Utor. Supellex quæ non utitur. *Gell.* Illa ætas magis ad hæc utenda eſt idonea. *Ter.* Sic *Abutor.* Abuſis jam omnibus locis.

Ex his cognoſcere eſt quantopere fallantur qui nulla putant ſupereſſe communia, quaſi omnia, cum prius utraque verſum dicerentur, poſt tamen alteram exuerint ſignificationem. Quippe ex his, quæ adduximus, aliquot multa paſſive prolata eſſe à Cicerone, Varrone, Cælio, & cæteris ejus ævi Scriptoribus: item illis proximi temporis, Marone, Hor. Suet. & aliis. Et plura hujuſmodi, vide in Participiis. Non tamen commune genus diverſum ideo ſtatuendum eſt à Deponenti, cum deponentia eadem ſint, quæ communia; ſed

ſed communia ſunt, quatenus olim utramque habuerunt ſignificationem, Deponentia quæ alteram vel plane, vel pene depoſuerunt. Et ſane, ſi cur communia à Deponentibus diverſum conſtituant ordinem, cauſa eſt ſatis gravis, quod nunc ſignificent actionem, nunc paſſionem; etiam quæ actionis duntaxat ſunt ſignificativa; ut *precor*, *fateor*, diverſi generis erunt ab illis quæ ſolum notant paſſionem, ut *paſcor*, *naſcor*.

Quare etſi Communia, ſi phyſicum genus attendamus, Deponentium naturam excedant; tamen ubi Grammaticum genus ſpectatur, communia ſub Deponentibus comprehenduntur.

Multa etiam Deponentia eâdem ſignificatione in *o* inveniuntur: ſed pleraque apud Priſcos, pauca etiam apud Claſſicos. Utrorumque hanc Silvulam ſubjecimus.

V. SILVULA DEPONENTIUM, quæ olim in *o* & *or* exibant.

Adulo. Cic. ex vet. Poeta, Val. Max. *Adulor*.

Altercо pro *altercor*. Scio cum patre altercâſti dudum. *Ter*.

Aſſentio & *aſſentior* in uſu erant, ſecundum *Gell*. *Non*. & *Diom*. Primum ſæpe eſt in MSS. & ſecundum in impreſſis.

Amplecto pro *amplector*: ſic & *amplexo* & *amplexor*, ſecundum *Priſc*. & apud. *Cic*. Auctoritatem Cenſorum amplexato.

Aucupo pro *aucupor*. Aucupare ex inſidiis quid agatur. *Plaut*. *Aucupans* eſt apud. *Cic*.

Auguro pro *auguror*. Præſentit animus & augurat. *Cic*.

Auſpico pro *auſpicor*. *Priſc*. *Non*. *Feſt*.

Cachinno pro *cachinnor*. *Cic*.

Comito pro *comitor*. Stygias comitavit ad undas. *Ovid*.

Cuncto. Plaut. *Cunctor*. *Cic*.

Depaſco. Si hodie roſcidas herbas depaverint. *Plin*. *depaſcor*. Febris depaſcitur artus. *Virg*.

Digno pro *dignor*. *Priſc*. *Diom*.

Ejulo pro *ejulor*. *Priſc*.

Elucubro pro *elucubror*. Epiſtola quam eram elucubratus. *Cic*. Quicquid iſtud eſt quod elucubravimus. *Col*.

Expergiſco pro *expergiſcor*. Philox. Hygin. Dolith.

Fabrico & *fabricor*. *Cic*.

Fruſtro pro *fruſtror*. Non fruſtrabo vos milites. *Cæſ*.

Frutico. Colum. Plin. pro *fruticor*. *Cic*.

Imito pro *imitor*. *Var*. *apud Non*.

Impertio & *Impertior*. *Cic*.

Inſidio pro *inſidior*, apud J. C.

Jurgo pro *Jurgor*. Cic. apud Non.

Lacrymo. *Ter*. *Ovid*. pro *lacrymor*. *Cic*.

Lato pro *lator*. *Priſc*.

Largio pro *largior*. *Priſc*. *ex Sall*. *Non*.

Ludifico pro *ludificor*. *Plautus*.

Luxurio. *Non*. *ex Virg*. Luxurior. *Col*. *Plin*.

Medico. Medicare ſemina. *Virg*. Sed *medicor* ſumitur active & paſſive.

Mereo pro *mereor*. Quid enim mereas. *Cic*. *Merui*. *Virg*. *Cic*.

Meto, *as*, *Virg*. in *Cul*. *Metor*, *aris*, magis uſit. Reperitur etiam *caſtra metata* in ſenſu paſſivo. *Liv*.

Miſero & *miſeror*. Sic *miſereo*, & *miſereor*; unde *miſeret* & *miſeretur*, *miſereſco* & *commiſereſco*. *Non*. *ex Enn*.

Modero pro *moderor*. *Non*. Decet moderare animo. *Plaut*.

Molio pro *molior*. *Priſc*. Sic *demolio*, demolivit teſtum. *Varr*.

Munero pro *muneror*. *Non*.

Opino pro *opinor*. *Priſc*. & *Non*. ex *Plaut*. & *Cacil*.

Opitulo pro *opitulor*. *Non*.

Oſculo pro *oſculor*. *Titin*. apud *Non*.

Palpo pro *palpor*. *Juv*.

Partio pro *partior*. *Non*. ex *Plaut*. & aliis.

Paſco & *paſcor*.

Patio pro *patior*. *Nav*.

Polliceo pro *pollicor*. *Var*. apud *Non*.

Populo pro *populor*. Formicæ farris acervum cum populant. *Virg*.

Pralio pro *pralior*. *Enn*.

Reciproco. *Liv*. *reciprocor*. *Cic*.

Reminiſco pro *reminiſcor*. *S*. *Aug*.

Reverto pro *revertor*. Si Romam revertiſſet. *Cic*. quod non in uſu eſt, niſi in temporibus à præterito formatis.

Rixo pro *rixor. Varr.*
Ruminо. Ruminat herbas. *Ruminor. Colum.*
Vago pro *vagor. Prud.*
Velifico. Plin. Unde legitur *velificatus Athos.* Sed uſus Cicero *velificor* ſemper in ſenſu activo.
Urino & *urinor. Plin.*
Venero pro *veneror. Plaut.*
Vocifero & *vociferor.*

DE MODO.

Modi Verborum ſex enumerantur.

Indicativus, qui ſimpliciter aliquid fieri, aut non fieri definit; ut, *Probitas laudatur & alget.* Hic modus aliquando per interrogationem uſurpatur; ut Quis leget hæc? aliquando per dubitationem: ut, *An in aſtu venit aliud ex alio malum?* [1]

Imperativus, quo inter imperandum utimur. Hic modus futurum non habet ſed præſens duplex: ut apud Propertium: *Am ſi es dura, nega; ſin es non dura, venito.*

Virgil. *Tityre dum redeo (brevis eſt via) paſce capellas;*
Et potum paſtas age Tityre, & inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) cavето.

Præteritum autem à Subjunctivo mutuatur.

Cic. *Sed amabo te, nihil incommodi valetudini tuæ feceris.*

Martial. *Dic quotus es, quanti cupias cœnare? nec ullum*
Addideris verbum, cœna parata tibi eſt.

Quin & illa paſſiva, Præceptum ſit, dictum ſit, determinatum ſit; præteriti Imperativi eſſe fatetur Priſcianus.

Hic modus etiam permiſſivus dicitur, quod interdum per hunc permiſſio ſignificetur; ut,

Si ſine pace tuâ, atque invito Numine, Troes
Italiam petiêre, [2] *luant peccata, néc illos ——Juveris auxilio.*

Denique aliquando etiam ſuppoſitivus, aut hortativus appellatur; ut, Virgilius,

——eamus, & in media arma ruamus.

Optativus, quo optamus fieri rem aliquam; nec refert factane ſit, an fiat, an ſit facienda; ut, *Utinam bonis literis ſuus detur honos.*

Modus Optativus, Potentialis, & Subjunctivus; quinque ſeparata eiſdem vocibus tempora habere videntur; ut eſt auctor Linacrus. Præterea notandum eſt præſens hujuſmodi aſſumere quandoque ſignificationem futuri; ut, *Utinam aliquando tecum loquar.*

1 Futuro Indicativi etiam utimur loco Imperativi; ut, *Tu hæc filebis.* Cic. *Quod ſupereſt Ciceronem puerum curabis & amabis ut facis.* Item ſimilia ſunt, *Non occides, Non furaberis.* Quin Indicativi & Subjunctivi uſus ſæpe promiſcuus eſſe ſolet, ut in Grammat. Angl. oſtenſum eſt. Unde Sanctius & Scioppius omnium modorum diſtinctionem penitus ſuſtulerunt. 2 Si quod verum eſt dicamus, nec *luant*, nec *luamus* in ſequenti exemplo, ſunt Imperativi, ſed potius modi Subjunctivi; ut in Grammaticâ Anglicanâ dictum eſt.

Potentialis

Potentialis, quo poſſe, velle, aut debere fieri aliquid ſignificamus; ut, *Expectes eadem à ſummo, minimoque poetâ*; pro *potes expectare. Non expectes, ut ſtatim gratias agat, qui ſanatur invitus*; pro *non debes expectare. Quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?* pro *vult affirmare.*

Græci hunc modum nunc per Indicativum, nunc per Optativum, & particulam ἂν exprimunt.

Subjunctivus, qui niſi alteri ſubjiciatur orationi, vel alteram ſibi ſubjectam orationem habeat, per ſe ſententiam non abſolvit; ut,

Si fueris felix, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Temporum igitur vocibus hi tres modi per omnia (ſicut dictum eſt) conveniunt[3]: diſcernuntur vero ſignificatu, & ſignis. Optativus enim ſemper adhæret adverbio cuipiam optandi; ut, *Utinam veniat aliquando tempus.* Potentialis vero neque ullum adverbium adjunctum habet, nec conjunctionem; Subjunctivus autem ſemper aliquam conjunctionem annexam habet; ut, *Si venero; ut taceas; cum cænavero.*

Infinitivus,[4] qui agere quidem aut pati ſignificat, at citra certam numeri & perſonæ differentiam; ut, *Malim probus eſſe, quam haberi.*

DE TEMPORE.

Tempora ſunt quinque.

Præſens, quo actio nunc geri ſignificatur; ut, *Scribo.*

Imperfectum, quo prius quidem aliquid in agendo fuiſſe

3 Cum tres hi modi per omnia conveniunt, nulla ratio eſt cur inter ſe diſtinguantur. Nam ſi particula *utinam*, *cum*, *ſi*, aliave addita, aut præterita, diverſos efficit modos, etiam Indicativus diſpeſci poterit in modos alios, quia dicimus, *cum amabo*, *ſi amabo*, &c. Imo hinc efficiatur, in nominibus quoque diverſos eſſe caſus ob diverſas præpoſitiones, *à fratre*, *cum fratre*, *coram fratre*, *ſine fratre*, &c. Adde, quod in declinando rectius à Subjunctivo removeatur *cum*, quemadmodum in Ablativo melius Præpoſitio *ab* præteritur. Unus igitur modus eſt, quo licet etiam optemus, tamen ut ratione primarii uſus caſibus ſex nomen inditum eſt (Genitivus certe eſt, licet ſignificet poſſeſſionem, & Dativus, quamvis ablatio notetur, & Accuſ. quamvis indicetur defenſio) ita hic quoque modus à potiſſimâ ſignificatione, Adjunctivus ſive Conjunctivus dicitur, quia per ſe non implet ſententiam, ſed ut plurimum verbo Indicativi modi adjungitur; ut, *cum venerit ſcribam*; ſive quia ei rem ſubjungamus; ut, *ſcribam, cum venerit*; ubi ſcriptio ſubditur adventui. 4 Julius Scaliger Infinitum actu modum eſſe negat; nimirum quod deſtituatur numeris ac perſonis. Nam *lator veniſſe* dixeris de quavis perſonâ, ſeu de uno, ſeu pluribus fiat mentio. Reſolvitur quoque in alios modos; ut non niſi horum ratione, hoc eſt poteſtate, variationem habeat. Exempli gratiâ, *lator me veniſſe*, id eſt, quod venerim; *Horatius Lyricorum fere ſolus legi dignus*, i. e. ut legatur.

ſignificatur, non tamen abſolutam tunc temporis fuiſſe actionem; ut,

Virgil. *Hîc templum Junoni ingens Sidonia Dido Condebat*: Erat enim adhuc in opere.

Perfectum quo præterita abſolutaque ſignificatur actio. Hoc in Paſſivis, Deponentibus, & Communibus duplex eſt, & ob id duplici circuitione explicatur; Alterum quo proxime Præteritum exprimitur; ut, *pranſus ſum*: Alterum, quo ulterius Præteritum indicatur; ut, *pranſus fui*: Non enim, ſi modo *pranſus ſis*, *pranſus fui*, commode apteve dixeris.

Pluſquam perfectum, quo actio jamdiu præterita ſignificatur.

Futurum, quo res in futuro gerenda ſignificatur.

Hic promiſſivus modus à nonnullis vocatur, quod videatur aliquid promittere, aut velle facere; ut,

Ovid. *Ibimus ô Nymphæ monſtrataque ſaxa petemus.*

Hujus aliud genus eſt quod exactum vocant: ut *Videro*, *abiero*.

Quod quidem exactum futurum etiam in Subjunctivo modo reperitur; ut,

Plin. *Ero ſecurior dum legam, ſtatimque timebo cum legero* [1].

DE FIGURA.

Figura eſt duplex: Simplex, ut, *Facio*: Compoſita; ut, *Calefacio* [2].

Verba compoſita quorum ſimplicia exoleverunt, ſunt, defendo, offendo [3], aſpicio, conſpicio [4], adipiſcor [5], experior, comperior [6], expedio [7], impedio, doleo [8], imbuo [9], compello, appello [10], incendo, accendo [11], ingruo, congruo [12], infligo [13], inſtigo [14], impleo, compleo [15], & id genus alia [16].

1 De temporibus vide quæ annotavimus in Grammaticâ Anglicanâ. 2 Componuntur verba vel cum nominibus; ut, *belligero* ex *bellum*, & *gero*: vel cum verbis; ut, *calefacio* ex *calere*, & *facio*: vel cum adverbiis; ut, *benefacio*; vel cum Præpoſitionibus: ut, *advenio*. Interdum compoſita mutant genus vel conjugationem ſimplicis. Genus, *ut ſacro*, *execror*; *ſentio*, *aſſentior*. Conjugationem vero, *dare*, *reddere*; *cubare*, *incumbere*. Quædam genus ſimul & Conjugationem mutant; *ſpernere*, *aſpernari*, & ſimilia. 3 A *fendo* unde & *infenſus*. 4 A *ſpecio*, unde *conſpicor*, & *ſuſpicor* Deponentia primæ Conjugationis, & Derivativum *ſpecto*: item nomina Derivativa, *ſpecies*, *ſpectrum*, *ſpecimen*. 5 Simplex *apiſcor* reperitur apud *Tacitum*, & format *aptus*. 6 A πειράω tento; id enim veriſimilius, quam ut ſint à *pario*. 7 A *pedio*, unde etiam *prapedio* & *compedio*, & nomen *impedimentum*. Niſi hæc omnia potius ab *impes*, *expes*, *prapes*, *compes*; puta à Genitivis, ut, *compes*, *compedis*, *compedio*. 8 A *leo* juxta Priſcianum: niſi à δηλέω noceo; vel ex *de* & *oleo*, quod olim *eleo* ab ἔλαιον oleum. 9 Ab ἰμείρω. 10 A *pello* primæ; niſi ſit ab uſitato *pello* tertiæ, conjugatione & ſignificatione mutatis. 11 A *cando*. Quod ſi veteres non dixêre, fiunt à *candeo* ſecundæ, conjugatione

&

Quædam etiam videntur à Græcis nata: ut, Impleo, à πλέω Percello, à κέλλω [17].

DE SPECIE.

Species eſt duplex.

Primitiva, quæ eſt prima verbi poſitio: ut, Ferveo.

Derivativa [18], quæ à Primitivâ deducitur; ut, Ferveſco.

Derivativorum genera ſunt quinque.

Inchoativa, à Grammaticis appellata (quæ *Valla* meditativa potius, & augmentativa [19] appellat,) in *ſco* deſinunt [20]: ut, Labaſco, caleſco, ingemiſco, edormiſco.

Hæc autem inchoationem ſignificant: ut, Luceſcit, id eſt *Incipit lucere, aut certe gliſcere & intendi*: & apud Virgil. *Expleri mentem nequit ardeſcitque tuendo*: hoc eſt, *magis magiſque ardet*. Ex his pleraque pro thematibus primariis uſurpantur; ut, *Timeſco, hiſco, conticeſco*, id eſt, *Timeo, hio, Taceo* [21].

Frequentativa [22] deſinunt in *to*, *ſo*, *xo*, aut *tor*; ut, viſito, affecto, ſcriptito, pulſo, viſo, quaſſo, nexo, texo, vexo, ſector, ſcitor, ſciſcitor. Significant autem vel aſſiduitatem quandam, vel conatum; ut, Dictito, id eſt, *frequenter dico*; viſo, id eſt, *eo ad videndum*.

Huc pertinent & illa, vellico, fodico, albico, & ſimilia id genus, quæ à Grammaticis etiam Apparativa appellari ſolent [23].

Deſiderativa [24] finiunt in *urio*; ut, Lecturio, parturio, eſurio, cœnaturio. Hæc ad ſignificationem ſuorum Primitivorum, ſtudium, atque appetentiam quandam adjiciunt; ut Lecturio, id eſt, *Legere cupio*: Cœnaturio, id eſt, *Cupio cœnare*.

& genere mutatis. 12 A *gruo*, uti hoc à *gruibus*. Niſi ſint corrupta ex *conruo* & *irruo*. 13 A *ſligo*, unde etiam *affligo* & *confligo*, ſed *proſtigo* eſt primæ. Quin & ſimplici uſus Lucretius; & inde *flictus* apud Virgilium. 14 A *ſtigo*. 15 A *pleo*. 16 Cujuſmodi ſunt *renideo* à nideo; *conniveo* à *niveo*: unde remanſit *nictus* & *nictare*; *allicio*, *illicio* à *lacio*; *obliviſcor* à *liviſcor*; niſi ſit ab *oblino*, cujus præteritum olim fuiſſe *oblivi* indicant *oblivio*, *oblivium*, & adjectivum *oblivius*. Nam veteres eâdem ſignificatione *leo* & *lino* dixêre: ut nihil mirum ſit ſi *oblevi*, à *leo* dicamus, quod olim *oblivi* à *lino*. 17 Sic *induo* à δύω, & *exuo* quod ἐκδύω. 18 Verba quæ aliunde originem habent, derivantur communiter, vel à Nominibus, vel Verbis. A Nominibus derivantur duplicia, Imitativa & Denominativa. De Imitativis vide infra: nam hic conſtituunt 5. ſpeciem Derivativorum. Denominativa dicuntur quæ à Nominibus veniunt, & propriam appellationem non habent; ut, *lignor*, *frumentor*, *aquor*, *ruſticor*, &c. A verbis derivantur quadruplicia, Inchoativa, Frequentativa, Deſiderativa, & Diminutiva. 19 Et rectè; neque enim ſola inchoatio debet attendi, ſed etiam incrementum. Imo interdum poſterior ſolum terminatio habet locum, ut cum ejuſmodi Verbo additur *incipit*, aut *cœpit*, ut *incipit matureſcere*, *cœpit tumeſcere*. 20 Vel *ſcor* ſi Deponentia fuerint, ut *fruiſcor*. 21 Formantur Inchoativa, à ſecundâ perſonâ præſentis, idque in quavis conjugatione, ut *labaſco*, à *labas*; *caliſco*, à *cales*. (A *puteo* tamen dicimus *putiſco*, *e* in *i* abeunte) *tremiſco* à *tremis*;

Diminutiva 23 in *lo*, vel *ſſo*, exeunt; ut, Sorbillo, cantillo, pitiſſo, id eſt, *parum ac modice ſorbeo, canto, bibo.*

Imitativa ſunt, quæ imitationem ſignificant; ut, Patriſſo, Atticiſſo, Platoniſſo. At Latini hâc formâ non adeo delectati ſunt: unde pro Græciſſo, Græcor uſi ſunt; ut, Cornicor, à cornice; Vulpinor, à vulpe; Bacchor à Baccho.

DE PERSONA.

Tres ſunt Verbi Perſonæ: Prima, ut Lego: ſecunda, ut Legis: tertia, ut Legit.

DE NUMERO.

Numeri ſunt duo: Singularis, ut Lego: Pluralis, ut Legimus.

tremui; *obdormiſco* ab *obdormio*. Hæc etiam analogia attenditur in Deponentibus & Impersonalibus; ut, *fruiſcor* quaſi à *fruo*, & *miſereſcit*, quaſi à *miſeret*. Sed per ſyncopen dicitur *hiſco* pro *hiaſco* ab *hio*. Quædam Inchoativa etiam à Nominibus formantur, ut *agreſco* ab *ager*, *dulceſco* à *dulcis*, *puraſco* à *puer*, *herboſco* ab *herba*, *ſylveſco* à *ſylva*, &c. niſi placeat omnia hujuſmodi generis venire à verbis inuſitatis *agreo*, *dulceo*, *repuero*, *herbeo*, *ſylveo*. Vulgo deducunt *calveſco* à *calvus*, *caneſco* à *canus*, *ſeneſco* à *ſenex*: at *calveo* eſt apud Plinium, *caneo* apud Virgilium, *ſeneo* apud Catullum. Hujuſmodi quæ ſunt Præteritis carent. At quæ à Verbis veniunt habent Præterita primitivorum, ut *incaleſco incalui*. Rariſſime tamen in ejuſmodi præteritis eſt ſignificatio inchoandi, unde alii inchoativa omnino carere aiunt Præterito. Cæterum ſunt quædam in *ſco* quæ Inchoativa non ſunt; velut omnia illa quæ proprium habent Præteritum, ut *creſco*, *crevi*, etſi ſit à *creo*; *paſco pavi*, etſi ſit à *pâo*. Par ratio in *ſueſco*, quod ab obſoleto *ſueo* unde *ſuevi*: item in *diſco*. Omnia autem Inchoativa ſunt tertiæ Conjugationis; *labaſcere*, *caleſcere*, *tremiſcere*, &c. 22 Quæ & Iterativa dicuntur, quæ ſignificant frequentem & iteratam actionem. In multis tamen hæc ſignificatio non invenitur; nam *viſo* ſignificat ſimpliciter *eo viſum*; & *dormito*, *capto*, *vendito*, notant *deſidero dormire*, *capere*, *vendere*; niſi malis *dormitare* eſſe *paulum*, *& non altum dormire*. Quomodo proprie ſit diminutivum. Cum igitur multa adeo non ſignificent frequentem actionem, dicere liceat, iſtiuſmodi verborum alia propria eſſe frequentativa, quæ aſſiduum, vel crebrum notant conatum, alia quaſi frequentativa, quæ formationem eorum imitentur, non ſignificationem. 23 Formantur hujuſmodi Verba à Supino, verſo *um* vel *u* in *o* vel in *ito*. In *o*, ut à *tractum*, *tractu*, *tracto*; à *verſu*, *verſo*; à *natu*, *nato*. Sed quædam mutant *a* in *i*, ut à *clamatu*, *clamito*. Verba in *or* eodem modo formantur: ut ab *amplexu*, *amplexor*. In *ito* vero; ut ab *actum*, *actito*; ab *haſum*, *haſito*. Quædam utroque modo formantur; ut à *dictum*, *dicto*, & *dictito*; *jactu*, *jacto*, & *jactito*. Quædam etiam veniunt à ſecundâ perſonâ Indicativi præſentis; ut ab *ago*, *agis*, *agito*; à *fugis*, *fugito*; à *quaris*, *quarito*. Frequentativa ſunt primæ conjugationis, præter *viſo* tertiæ. 24 Quæ & meditativa vocantur. Formantur autem à poſteriori ſupino addendo *rio*; ut ab *eſu* fit *eſurio*. Sunt autem conjugationis quartæ. Ad horum formam quædam à nominibus finguntur; ut *Syllaturio*, Cic. Nec omnia in *rio* ſeu *urio* exeuntia ſunt Deſiderativa nec ſola. Non omnia quia *ligurio* & *ſcaturio* non ſunt hujus loci, ſiquidem non ſignificant deſiderium, nec formantur à ſupino, & producunt *u* ante *urio*, contra quam fit in veris Deſiderativis. Nec ſola in *rio* ſunt Deſiderativa, ſed quædam etiam in *to*, ut *capto*, hoc eſt *capere cupio*. 25 Aliqua tamen nativam diminuendi ſignificationem videntur exuiſſe, ut, *refocillo*.

DE

DE CONJUGATIONE.

Quandoquidem de Conjugandorum verborum ratione in rudimentis Anglicis traditum eſt, quæ pueri tanquam ungues ſuos exactiſſime callere debent: proximum fuerit, ut hæ Gulielmi Lilii de Præteritis & Supinis regulæ (lucidiſſimæ quidem illæ, compendioſiſſimæque, nec ſane minus utiles) pari aviditate imbibantur.

G. LIL. DE SIMPLICIUM VERBORUM I. CONJUGATIONIS

Communi Præterito.

As, avi.

AS in præſenti perfectum format in avi;
Ut no, nas, navi: vocito, vocitas, vocitavi:
Deme lavo, lavi: juvo, juvi: nexoque, nexui 1;
Et ſeco quod ſecui: neco quod necui; mico verbum
Quod micui, plico quod plicui; frico quod fricui dat:
Sic domo quod domui, tono quod tonui, ſono verbum
Quod ſonui, crepo quod crepui, veto quod vetui dat,
Atque cubo cubui: raro hæc formantur in avi.
Do, das, vice dedi; ſto, ſtas, formare ſteti vult.

1 Hypermeter verſus plus juſto unâ ſyllabâ conſtat, ſed collidendâ cum primâ voce ſequentis verſus; id quod omnium commune eſt.

Secundæ Conjugationis commune Præteritum.

Es, ui.

ES in præſenti perfectum format ui *dans,*
Ut nigreo, nigres, nigrui: jubeo excipe juſſi,
Sorbeo ſorbui, habet ſorpſi quoque, mulceo mulſi;
Luceo vult luxi, ſedeo ſedi: videoque
Vult vidi; ſed prandeo prandi, ſtrideo ſtridi,
Suadeo ſuaſi, rideo riſi, habet ardeo & anſi.
Quatuor his infra geminatur ſyllaba prima:
Pendeo namque pependi, mordeo vultque momordi,
Spondeo habere ſpoſpondi, tondeo vultque totondi.

Geo.

L *vel* r *ante* geo *ſi ſtet,* geo *vertitur in* ſi;
Urgeo ursi, mulgeo mulſi, dat quoque mulxi;
Frigeo frixi, lugeo luxi, habet augeo & auxi.
Dat fleo, fles, flevi; leo, les, levi, indeque natum
Deleo delevi, pleo, ples, plevi, neo nevi;
A maneo manſi formatur; torqueo torſi,
Hæreo vult hæſi. Veo *ſit vi ne fervens fervi:*
Niveo & inde ſatum poſcit conniveo nivi
Et nixi: cieo civi, vieoque vivi.

Veo.

Tertia Conjugatio.

TErtia præteritum formabis ut hîc manifestum.

Bo. Bo fit bi, *ut* lambo lambi: *scribo excipe scripsi,*
Et nubo nupsi, *antiquum* cumbo cubui *dat.*

Co, Co fit ci, *ut* vinco vici: *vult* parco peperci
Et parsi, dico dixi, duco quoque duxi.

Do. Do fit di, *ut* mando mandi: *sed* scindo scidi *dat,*
Findo fidi, fundo fudi, tundo tutudique,
Pendo pependi, tendo, tetendi, pedo pepêdi:
Junge cado cecidi, *pro verbero* cædo cecîdi.

Cedo. Cedo *pro discedere, sive locum dare,* cessi:
Vado, rado, lædo, ludo, divido, trudo,
Claudo, plaudo, rodo, ex do *semper facient* si.

Go. Go fit xi, *ut* jungo junxi; *sed* r *ante* go *vult* si,
Ut spargo sparsi: lego legi, *&* ago facit egi;
Dat tango tetigi, pungo punxi, pupugique:
Dat frango fregi; *cum signat* pango pacisci,
Vult pepigi; *pro* jungo pegi, *pro* cano panxi.

Ho. Ho fit xi, trahо *seu* traxi docet, *&* veho vexi.

Lo. Lo fit ui, colo *seu* colui: psallo excipe cum p,
Et sallo sine p; nam salli formas utrumque:
Dat vello velli vulsi quoque, fallo fefelli,
Cello, *pro* frango, ceculi; pello pepulique.

Mo. Mo fit ui, vomo *seu* vomui: *sed* emo facit emi;
Como pexi compsi, promo prompsi: adjice demo
Quod formas dempsi, sumo sumpsi, premo pressi.

No. No fit vi, sino *seu* sivi: temno excipe tempsi;
Dat sterno stravi, sperno sprevi, lino levi,
Interdum lini *&* livi; cerno quoque crevi:
Gigno, pono, cano; genui, posui, cecini dant.

Po. Po fit pli, *ut* scalpo scalpsi: rumpo excipe rupi;
Et strepo *quod formas* strepui, crepo *quod* crepui *dat.*

Quq. Quo fit qui, *ut* linquo liqui: coquo demito coxi.

Ro. Ro fit vi, sero *seu pro* plantо *&* semino, sevi,
Quod serui melius *dat, mutans significatum,*
Vult verro verri *&* versi, uro ussi, gero gessi,
Quæro quæsivi, tero trivi, curro cucurri.

So. So, velut accerso, arcesso, incesso, atque lacesso,
Formabis sivi: sed tolle capesso capessi,
Quodque capessivi facit; atque faccsso facessi;
Sic viso visi: sed pinso pinsui habebis.
Sco fit vi, *ut* pasco pavi: *vult* posco poposci,
Vult didici disco, quexi formare quinisco.

To

To fit ti, *ut verto verti: ſed ſiſto notetur* To.
Pro ſacio ſtare activum, nam jure ſtiti dat.
Dat mitto miſi, petii peto ſive petivi.
Sterto ſtertui habet, meto meſſui: ab ecto *fit* exi.
Ut flecto flexi: pecto dat pexui, habetque
Pexi; etiam necto dat nexui, habet quoque nexi.
Vo *fit* vi, *ut volvo volvi: vivo excipe vixi.* Vo.
Nexo ut nexui habet, ſic texo texui habebit. Xo.
Fit cio ci, *ut facio feci, jacio quoque jeci;* Cio.
Antiquum lacio lexi, ſpecio quoque ſpexi.
Fit dio di, *ut fodio fodi.* Gio, *ceu fugio,* gi. Dio. Gio.
Fit pio pi, *ut capio cepi: cupio excipe pivi,* Pio.
Et rapio rapui, ſapio ſapui atque ſapivi.
Fit rio ri, *ut pario peperi.* Tio ſſi, *geminans t,* Rio. Tio.
Ut quatio quaſſi, quod vix reperitur in uſu.
Denique uo *fit* ui, *ut ſtatuo ſtatui: pluo pluvi* Uo.
Format, ſive plui: ſtruo ſed ſtruxi, fluo fluxi.

Quarta Conjugatio.

Quarta dat is, ivi, *ut monſtrat ſcio ſcis tibi ſcivi:* Is, ivi.
Excipias venio dans veni, cambio campſi,
Rancio rauſi, farcio farſi, ſarcio ſarſi,
Sepio ſepſi, ſentio ſenſi, fulcio fulſi,
Haurio item hauſi, ſancio ſanxi, vincio vinxi; Excipe Venio, cambio, *&c.*
Pro ſalto ſalio ſalui, * *& amicio amicui dat:* * Pes, Proceleuſmaticus.
Parcius utemur cambivi, haurivi, amicivi,
Sepivi, ſanxivi, ſarcivi, atque ſalivi.

De Compoſitorum Verborum Præteritis.

Præteritum dat idem ſimplex ac compoſitivum,
Ut docui edocui monſtrat. Sed ſyllaba ſemper
Quam ſimplex geminat, compoſito non geminatur:
Præterquam tribus his, præcurro, excurro, repungo;
Atque à do, diſco, ſto, poſco, rite creatis.
A plico compoſitum cum ſub, vel nomine, ut iſta, Plico.
Supplico, multiplico, gaudens formare plicavi:
Applico, complico, replico, & explico, ui *vel in* avi.
Quamvis vult oleo ſimplex olui; tamen inde Oleo.
Quodvis compoſitum melius formabit olevi:
Simplicis at formam redolet ſequiturque ſuboleſque.
Compoſita à pungo formabunt omnia punxi: Pungo.
Vult unum pupugi, interdumque repungo repunxi.

Natum

Do. *Natum à do, quando eſt inflexio tertia; ut, addo, Credo, edo, dedo, reddo, perdo, abdo, vel abdo, Condo, indo, trado, prodo, vendo,* didi: *at unum*
Sto. *Abſcondo abſcondi. Natum à ſto, ſtas,* ſtiti *habebis.*

Mutantia primam vocalem in *E*.

VErba hæc ſimplicia præſentis præteritique,
Si componantur, vocalem primam in e mutant,
Pario. *Damno, lædo, ſacro, fallo, arceo, tracto, fatiſcor,*
Partio, carpo, patro, ſcando, ſpargo: parioque
Cujus nata peri duo comperit & reperit dant:
Cætera ſed perii; velut hæc, aperire, operire.
A paſco pavi tantum compoſita notentur
Hæc duo, compeſco, diſpeſco, peſcui, *habere:*
Cætera, ut epaſco, *ſervabunt ſimplicis uſum.*

Mutantia primam vocalem in *I*.

2 Poſthabeo ſimplicis formam ſervat. *HÆC,* 2 *Habeo, laceo, ſalio, ſtatuo, cado, lædo,*
Pango, dans pegi, cano, quæro, cædo, cecîdi,
Tango, ego, teneo, taceo, ſapio, rapioque,
Si componantur, vocalem primam in i *mutant:*
Cano. *Ut, rapio, rapui:* eripio, eripui: *à cano natum*
Præteritum per ui, *ceu concino,* concinui *dat.*
Placeo. *A placeo ſic diſpliceo: ſed ſimplicis uſum*
Pango. *Hæc duo, complaceo cum perplaceo, bene ſervant.*
Compoſita à pango retinent a quatuor iſta,
Depango, oppango, circumpango, atque repango.
Maneo. *A maneo manſi,* minui *dant quatuor iſta,*
Præmineo, emineo, cum promineo, immineoque;
Simplicis at verbi ſervabunt cætera formam.
Scalpo, calco, ſalto. *Compoſita à ſcalpo, calco, ſalto,* a *per* u *mutant:*
Id tibi demonſtrant exſculpo, inculco, reſulto.
Claudo, quatio, lavo. *Compoſita à claudo, quatio, lavo, rejicium* a:
Id docet à claudo, occludo, excludo: à quatioque,
Percutio, excutio: à lavo, proluo, diluo, nata.

Mutantia primam vocalem in *I*, præterquam in Præterito.

Excipitur Coemo. *HÆC ſi componas, Ago, emo, ſedeo, rego, frango,*
Et capio, jacio, lacio, ſpecio, premo, ſemper
Vocalem primam præſentis in i *ſibi mutant,*
Præterii nunquam; ceu frango, refringo, refregi:
A capio incipio, incepi. Sed pauca notentur:
Namque ſonum ſimplex peragit ſequiturque, ſatagoque.

Atque

Atque ab ago dego dat degi, ego cœgi: Ago.
A rego sic pergo pergexi, vult quoque surgo Rego.
Surrexi, mediâ præsentis syllabâ adempta.
Nil variat facio, nisi præposito præeunte, Facio.
Id docet olfacio, cum calfacio, inficioque.
A lego nata, re, se, per, præ, sub, trans; præeunte, Lego.
Præsentis servant vocalem, in i cætera mutant:
De quibus hæc, intelligo, diligo, negligo tantum
Præteritum lexi facium: reliqua omnia legi.

De Simplicium Verborum Supinis.

NUnc ex præterito discas formare Supinum.
Bi *sibi* tum *format, sic namque bibi bibitum fit.* Bi.
Ci *fit* ctum, *ut vici victum, testatur & ici* Ci.
Dans ictum; feci factum, jeci quoque jactum.
Di *fit* sum, *ut vidi visum: quædam geminant* s; Di.
Ut pandi passum, sedi sessum: addè scidi quod
Dat scissum, atque fidi fissum, fodi quoque fossum.
Hîc etiam advertas, quod syllaba prima supinis,
Quam vult Præteritum geminari, non geminatur,
Idque totondi dans tonsum docet, atque cecîdi
Quod cæsum, & cecidi quod dat casum, atque tetendi
Quod tentum & tensum, tutudi tunsum, atque pepêdi
Quod format peditum; adde dedi quod jure datum vult.
Gi *fit* ctum, *ut legi lectum: pegi pepigique* Gi.
Dat pactum, fregi fractum, tetigi quoque tactum,
Egi actum, pupugi punctum, fugi fugitum dat.
Li *fit* sum, *ut salli sltans pro sale condio, salsum:* Li.
Dat pepuli pulsum, oculi culsum, atque fefelli
Falsum; dat velli vulsum, tuli habet quoque latum.
Mi, ni, pi, qui, tum *sium, velut hîc manifestum;* Mi, ni, pi, qui.
Emi emptum, veni venitum, cecini à cano cantum,
A capio cepi dans captum, à carpio carptum,
A rumpo rupi ruptum, liqui quoque lictum.
Ri *fit* sum, *ut verri versum; peperi excipe partum.* Ri.
Si *fit* sum, *ut visi visum: tamen* s *geminato* Si.
Misi formabit missum: fulsi excipe fulsum,
Hausi haustum, farsi farsum, farsi quoque fartum,
Ussi Ustum, gessi gestum; torsi duo, tortum
Et torsum; indulsi indultum indulsumque requirio.
Psi *fit* ptum, *ut scripsi scriptum, campsi excipe campsum.* Psi.
Ti *fit* tum, *à sto namque steti, à sistoque stiti sit* Ti.
Præterito commune statum: verti excipe versum.

Vi. Vi *fit* tum, *ut flavi flatum: pavi excipe pastum;*
Dat lavi lotum, interdum lautum atque lavatum;
Potavi potum, interdum facit & potatum:
Sed favi fautum, cavi cautum, à sero sevi
Formes rite satum; livi linique litum dat;
Solvi à solvo solutum, volvi à volvo volutum;
Vult singultivi singultum, veneo venis
Venivi venum, sepelivi rite sepultum.

Ui. *Quod dat* ui *dat* itum, *ut domui domitum: excipe quodvis*
Verbum in uo, *quia semper* ui *formabit in* utum;
Exui ut exutum, à ruo dempto rui, ruitum dans.
Vult secui sectum, necui nectum, fricuique
* Pes Proceleusmaticus. *Frictum, miscui item mistum,* * *ac amicui dat amictum:*
Torrui habet tostum, docui doctum, tenuique
Tentum, consului consultum, alui altum alitumque;
Sic salui saltum, colui occului quoque cultum:
Pinsui habet pistum, rapui raptum; serulque
A sero vult sertum; sic texui habet quoque textum.
Hæc sed ui *mutant in* sum: *nam censeo censum,*
Cellui habet celsum, meto messui habet quoque messum;
Nexui item nexum, sic pexui habet quoque pexum:
Dat patui pastum, carui cassum caritumque.

Xi. Xi *fit* ctum, *ut vinxi vinctum: quinque abjiciunt* n:
Nam finxi fictum, minxi mictum, inque supino
Dat pinxi pictum, strinxi, rinxi quoque rictum.
Xum, *flexi, plexi, fixi dant; & fluo fluxum.*

De Compositorum Verborum Supinis.

Compositum ut simplex formatur quodque supinum,
Quamvis non eadem sint semper syllaba utrique.
Tundo. *Composita à tunsum, dempta* n, *tusum; à ruitum fit*
Ruo. Salio. *I mediâ dempta, rutum; & à saltum quoque sultum:*
Sero. *A sero, quando satum format, compôsita situm dant.*
Hæc, captum, factum, jactum, raptum, a *per* e *mutant;*
Et cantum, partum, sparsum, carptum, quoque sartum.
Edo. *Verbum* edo, *compositum, non estum, sed facit esum:*
Unum duntaxat comedo formabit utrumque.
A nosco tantum duo cognitum & agnitum habentur;
Cetera dant notum: nullo est jam nositum in usu.

De Præteritis Verborum in *Or*.

Verba in or, *admittunt ex posteriore supino*
Præteritum, verso u *per* us, *&* sum *consociato*

Vel

Vel fui: *ut à lectu, lectus ſum vel fui. At horum*
Nunc eſt deponens, nunc eſt commune notandum:
Nam labor lapſus, patior dat paſſus, & ejus
Nata; ut compatior compaſſus, perpetiorque Patior.
Formans perpeſſus: fateor quod faſſus, & inde
Nata; ut confiteor confeſſus, diffiteorque Fateor.
Formans diffeſſus, gradior dat greſſus, & inde Gradior.
Nata, ut digredior digreſſus. Junge fatiſcor
Feſſus ſum, menſus ſum metior, utor & uſus.
Pro texto orditus, pro incepto dat ordior orſus;
Nitor niſus vel nixus ſum, ulciſcor & ultus:
Iraſcor ſimul iratus, reor atque ratus ſum,
Obliviſcor vult oblitus ſum: fruor optat
Fructus vel fruitus, miſereri junge miſertus.
Vult tuor & tueor non tutus ſed tuitus ſum,
Quamvis & tutum & tuitum ſit utrique ſupinum:
A loquor adde locutus, & à ſequor adde ſecutus;
Experior facit expertus: formare paciſcor
Gaudet pactus ſum, nanciſcor nactus: apiſcor, Apiſcor.
Quod vetus eſt verbum, aptus ſum: unde adipiſcor adeptus.
Junge queror queſtus, proficiſcor junge profectus;
Expergiſcor ſum experrectus; & hæc quoque, commi-
niſcor commentus, naſcor natus, moriorque
Mortuus, atque orior quod præteritum facit ortus.

De Verbis geminum Præteritum habentibus *viz.* Activæ & Paſſivæ vocis.

Præteritum activæ & paſſivæ vocis habent hæc;
Cæno cænavi & cænatus ſum tibi formas,
Juro juravi & juratus, potoque potavi * *verſus hypermeter.*
Et potus, titulo titubavi vel titubatus:
Sic careo carui & caſſus ſum, prandeo prandi
Et pranſus, pateo patui & paſſus, placeoque
Dat placui & placitus, ſuesco ſuevi atque ſuetus:
Veneo pro vendor, venivi venditus & ſum,
Nubi nupſi nuptaque ſum, mereor meritus ſum,
Vel merui: adde libet libuit libitum; & licet adde
Quod licuit licitum, tædet quod tæduit & dat
Pertæſum: adde pudet faciens puduit puditumque;
Atque piget, tibi quod format piguit pigitumque.

De Neutro-paſſivorum Præteritis.

Neutro-paſſivum ſic Præteritum tibi formas.
Gaudeo gaviſus ſum, fido fiſus, & audeo * *verſus hypermeter.*

Auſus

Ausus sum, so sastus, soleo solitus sum,
Mæreo sum, mœstus: sed Phœbe nomen habemus.

De Verbis Præteritum mutuantibus.

Flavesco. Erubesco. Lucesco.

QUædam Præteritum verba accipiunt aliunde:
Inceptivum in sco, stans pro primario, adoptat
Præteritum ejusdem verbi: vnde ergo tepesco
A tepeo tepui, ferveſco à ferveo ferui;
A video cerno vulg vidi; à concutio vult
Præteritum quatio concussi; à percutioque
Percussi ferio; à mingo vult meio minxi;
A sedeo sido vult sedi; à suffero tollo
Versus hypermeter. *Sustuli; & à fuo fum fui, & à tulo rite fero tuli:*
A sto stitto steti, tantum pro stare; sicroque
Insanivi, à verbo ejusdem significati:
Sic poscunt, vescor, medeor, liquor, reminiscor,
Præteritum à pascor, medicor, liquefio, recordor.

De Verbis Præterito carentibus.

Sylvesco. Fruticesco. Sterilesco. Diesco. Desiderativa; ut Micturio, Scripturio, Iturio, Cacaturio.

PRæteritum fugiunt, vergo, ambigo, glisco, fatisco,
Polleo, nideo: Ad hæc, inceptiva, ut puerasco:
Et passiva, quibus caruêre activa supinis,
Ut metuor, timeor: Meditativa omnia, præter
Parturio, esurio, quæ præteritum duo servant.

Verba Supinum raro admittentia.

HÆC raro aut nunquam reperimus verba supinum,
Lambo, mico, micui, rudo, scabo, parco peperci,
Dispesco, posco, disco, compesco, quinisco,
Dego, ango, fugo, lingo, ningo, satagoque,
Psallo, volo, nolo, malo, tremo, strideo, stridoq,
Flaveo, liveo, avet, paveo, conniveo, furvet:
A nuo, compositum, ut renuo; à cado, ut incido; præter
Occido, quod facit occasum, recidoque recasum:
Respuo, linquo, luo, metuo, eluo, frigeo, calvo,
Et sterto, timeo. Sic luceo, & arceo, cujus
Composita ercitum habent: Sic à gruo, ut ingruo, natum;
Et quæcunque in ui formantur neutra secunda;
Exceptis oleo, doleo, placeo, taceoque,
Pareo, item, & careo, noceo, pateo, latetoque,
Et valeo, caleo: gaudent hæc nunquam supino.

De

De Verbis Defectivis.

SED nunc, ut totum percurras ordine Verbum,
Iſtis pauca dabis mutilata & anomala verba;
Quæ quia claudа quidem remanent, nec verſibus apta;
Qui rectis pedibus pleniſque incedere gaudent,
Hiſce ſequens dabitur, quem cernis, ſermo ſolutus.

Aio. Præſens Indicativi, aio, ais, ait. *Plur.* aiunt. Præteritum Imperfectum, Aiebam, aiebas, aiebat. *Plur.* Aiebamus, aiebatis, aiebant. Imperativus Ai. Præſens Optativi, Potentialis, & Subjunctivi Aias, aiat. *Plur.* Aiamus, aiant. Præſens Particip. Aiens.

Auſim. Præſens Optativi & Subjunctivi, Auſim, auſis, auſit. *Plur.* Auſint.

Salve. Indicat. Salvebis. Imperat. Salve, Salveto. *Plur.* Salvete, ſalvetote. Infinit. Salvere.

Ave. Imperat. Ave, aveto. *Plur.* Avete, avetote. Infin. Avere.

Cedo. Imperat. Cedo; *Plur.* Cedite: id eſt, *Dic*, vel *porrige*; *Dicite*, vel *porrigite*.

Faxo. Futurum, Faxo vel faxim, faxis, faxit, pro *faciam* vel *fecero*. *Plural.* Faxint.

Forem. Imperfectum, Optat. Potent. & Subjunct. Forem, fores, foret; pro *eſſem, eſſes, eſſet*. *Plur.* Forent.

Quæſo. Infinitivus, Fore, id eſt, *Futurum eſſe*. Præſens Indicat. Quæſo. *Plur.* Quæſumus.

Infit. Infit, ſola vox eſt, *Dicis*; ſeu *dixit* ſignificans, *Plur.* Infiunt, id eſt, *Dicunt*.

Inquio. Præſens Indicativi, Inquio, vel inquam, inquis, inquit. *Plur.* Inquimus, inquiunt. Præteritum perfectum, Inquiſti, inquit. Futurum, Inquies, inquiet. Imperat. Inque, *apud Terent.* Inquito, *apud Plaut.* Præſens Optativi, Potentialis, & Subjunctivi, Inquiat. Particip. Inquiens.

Vale. Indicat. Valebis. Imperat. Vale, valeto. *Plur.* Valete, valetote. Infinit. valere.

Odi, cœpi, memini, novi. Hæc quatuor ſequentia, Odi, cœpi, memini, novi, omnes voces Præteriti Perfecti, & pluſquam perfecti omnium modorum integras habent; ut & futuri quoque, quoties à Præterito Indicativi formatur: in reliquis magnâ ex parte deficiunt, niſi quod memini in Imperativo *Singul.* Momento, *Plural.* Mementote habet. Odi, novi & cœpi carent Imperativo.

Nota-

Notabunt præterea pueri, Dor, furo, for, der, fer, à for, ſimplicia non reperiri.

Præterea, { Dic, Duc, Fer, Fac, } pro { Dice, Duce, Fere, Face, } Voces eſſe per Apocopen conciſas & decurtatas.

Denique notabunt Eo & queo, habere Imperfectum Ibam, quibam: in futuro, Ibo, quibo.

Cum Regulæ Lilianæ de Præteritis & Supinis Verborum, mutilæ ſatis & imperfectæ, ſparſis ſubinde Annotationibus commode reſarciri non poterant, novas hasce Verborum tabulas exhibere viſum eſt, quibus omnes in Regulis ſuperius traditis defectus ſupplentur, quarumque beneficio tum ſimplicium tum compoſitorum Præterita & Supina faciliori longe methodo unoque quaſi intuitu addiſci poſſunt.

PRIMA CONJUGATIO.

Verba prima Conjugationis habent in Præterito AVI, in Supino ATUM; ut,

AMO, amavi, amatum, amare.
Adamo, vi, atum, are.
CREO 1, creavi, creatum, creare.
Recreo, avi, atum, are.
DAMNO, damnavi, damnatum, are.
Condemno 2, avi, atum, are.
NUNTIO 3, nuntiavi, atum, are.
Pronuntio, avi, tum, are.
COENO, cœnavi, cœnatum 4, are.
MEDITOR 5 meditatus ſum, ari.

Excipiuntur.

DO 6, dedi, datum, dare.
Circumdo, circumdedi, datum, dare.
Sic Peſſundo, ſatisdo, venundo 7.
STO, ſteti, ſtatum, ſtare.

1 Alia primæ in *eo*, ut *beo, ſcreo, meo, calceo, illaqueo, nauſeo, enucleo, delineo*, diligenter obſervari debent, ne cum Verbis ſecundæ in *eo* confundantur. 2 Eodem modo formantur ſequentia compoſita *a* ſimplicis in *e* mutato. *Delecto, illecto, oblecto*, à *lacto*, (niſi potius ſint à *delicio, illicio, oblicio*, uti & ipſe *lacto* à *lacio*.) Sed *ablacto*, quod vix alibi quam in Sacris Bibliis occurrit, ſervat vocalem. *Conſecro* à *ſacro, contrecto, detrecto* à *tracto*; ſed *pertracto* & *retracto* ſervant *a*. *Perpetro, impetro* à *patro*. *Dejecto, ejecto, injecto, rejecto*, à *jacto*. *Recepto, accepto* à *capto*; uti *incepto, occepto*, à *capto*. *Anhelo* ab *halo*: Sed *exhalo* retinet *a*. *Commendo, emendo* à *mando*; ſed *amando, præmando*, vocalem ſervant. *Occento* (quod ſæpius apud Plautum occurrit) à *canto*. *Dejero, pejero* à *juro*; ſed reliqua Compoſita ſervant vocalem. Compoſita à *calco* & *ſalto*, *a* in *u* mutant. 3 Reliqua in *io* ſunt tertiæ vel quartæ. 4 A *cœnatum* fit Participium *cœnatus, qui cœnavit*: De quo vide Obſervationes in Participia. 5 Deponentia primæ permulta ſunt: qualia *ampullor, anciller, apricor, aquor, architector, baccher, bamber, bubulcitor, capriſicor, cauſſor, cauſſificor, contechnor, copior, fabricor, frumentor, fruticor, gracor, hoſpitor, inimicor, juvenor, libidinor, licitor, lucror, manticulor, meteorior, meridior, muginor, navicular, victor, oſcitor, palor, præſtolor, quadruplor, ſcurror, tuburcinor, vador, verecundor, urinor*: ut uſitatoria præteream. 6 Unicum hoc verbum corripit *a* contra naturam primæ conjugationi. 7 Reliqua compoſita à *Do* ſunt tertiæ conjugationis.

Aſto,

Aſto, aſtiti, aſtitum, aſtare.
Diſto, diſtiti, *parum uſitat.* diſtare.
Præſto, iti, itum, *vel* atum 1, are.
Sic conſto, inſto, obſto, reſto, ſubſto.
JUVO, juvi, jutum 2, *parum uſitat.* are.
Adjuvo, adjuvi, tum, are.
LAVO, lavi, lotum, lautum & lavatum 3, are.
Relavo, relavi, relotum, relavare.
POTO, tavi, atum *vel* potum 4, are.
Compoto, avi, atum. *Sic* Perpoto.
Epoto, epotavi, epotum, epotare.
Sono, ſonui 5, ſonitum, ſonare.
Aſſono, ui, itum, are, *&c.*
CUBO, cubui 6, cubitum, cubare.
Accubo, ui, itum, are, *&c.*
DOMO, domui 7, domitum, domare.
Edomo, ui, itum, are. *Sic* Perdomo.
TONO, tonui 8, tonitum, tonare.
Intono, ui, itum, are.
VETO, vetui 9, vetitum, vetare.
CREPO, crepui, crepitum, crepare.
Concrepo, ui, tum, are. *Sic* recrepo.
Increpo, ui, avi, *rarius*, itum, are.
Diſcrepo, ui, *ſæpius* avi, itum & atum, are.
MICO, micui 10, *ſine Supino*, micare.
Emico, emicui, *(olim* avi) are.
Intermico, ui, are. *Sic* promico.
Dimico, *aliquando* ui, *ſed ſæpius* avi, atum, are.
PLICO 11, (plicui, itum, & avi, atum) plicare.
Applicio, avi, atum, ui, itum, are. *Sic* complico, explico, implico.
Duplico, avi, atum, are. *Sic* triplico, multiplico, & cætera cum nomine compoſita.
Item replico & ſupplico.
FRICO, fricui, frictum 12, fricare.
Affrico, ui, ctum, are, *&c.*
SECO, ſecui 13, ſectum, ſecare.
Diſſeco, ui, ctum, are, *&c.*
NECO, necavi, necatum 14, necare.
Eneco, ui, ctum, avi, atum, are.
Interneco, avi, ui, ctum, are.
NEXO 15, *ſine præterito & ſupino.*
LABO, *ſine præterito & ſupino*, are.

1 A Supinis in *atum* formantur Participia in *rus* multum uſitata. *Facile ſe id præſtaturum* Cic. ſæpius quam *præſtiturum. Conſtatura fides.* Luc. *Extatura.* Plin. *Quoſdam obſtaturos.* Quint. 2 *Jutum*, quod Voſſius extra compoſitionem reperiri negat, occurrit, apud Tacitum, *Placuit ſolertia tempore etiam juta.* Et ſi Gronovio fides in aliis ejuſdem Auctoris locis legi debuit, qui ab imperitis corrupti videntur. 3 *Lavatum* quidem eſt à *lavo, as*, primæ, ſed *lavi*, & *lautum*, unde *lotum*, ſunt potius à *lavo, is*, tertiæ; quo inter alios uſi Horatius & Virgilius. Nam à Præterito *lavi* fit regulariter *lavitum*, unde per ſyncopen *lautum*, & *au* in *o* mutato *lotum*, unde *lotium*. 4 *Potum* fit etiam per ſyncopen pro *potatum*, quod in compoſitis uſitat. Dicitur etiam *potus ſum*, ſed diverſo ſenſu, ut inferius dicetur. 5 Olim in uſu erat *ſonavi*, unde *ſonaverint* apud Tert. & *perſonaverit* apud Appul. & *ſonaturum* apud Horatium. 6 *Cubavi* occurrit apud Plinium & Fabium. Et inde *cubatus in ſumo* apud eundem Plinium, & *incubata*, & *accubatio*. Quin & notandum, quod compoſita hujus verba, cum *m* aſſumunt, fiunt Tertiæ, ut *accumbo, accubui, accubitum, accumbere.* 7 A *domavi*, quod olim in uſu erat, legitur *domaverunt* apud Florum. Inde etiam *domator* pro *domitor* apud Tibullum: *edomator* apud Tertullianum, & *domatio* non *domitio*. 8 *Tonavi* olim in uſu erat, unde *tonaturus*, & *intonata* apud Horat. 9 *Vetàvit* occurrit apud Perſium, pro quo tamen in nonnullis editionibus legitur *notavit*. Rectum quoque eſt *vetatio*, non *vetitio*. 10 *Micavit* legitur apud Solinum, & *emicaturus* apud Senecam. 11 *Plico* fecit olim *plicui, plicitum*, & *plicavi, plicatum*: ſed jam vix in uſu eſt, præterquam in temporibus à præſenti formatis. 12 Legitur aliquando in compoſitis *fricatum*, & Ciceronis eſt *refricaturus*. 13 *Secavi* olim in uſu erat, unde *ſecaturus* apud Colum. & *ſecatio* apud Celſum, etſi *ſectio* uſitatius ſit. 14 *Necui nectum* vix extra compoſitionem invenitur. Occurrit quidem apud Ennium, teſte Priſciano, *Hominem necuit protinus*, niſi potius cum Voſſio legendum ſit *nocuit*: nam *noceo* olim accuſativum regebat, ut in Syntaxi dicetur. 15 *Nexui, nexum* ſunt à *necto* vel *nexo* tertiæ.

SECUNDA CONJUGATIO.

Verba ſecundæ Conjugationis habent in Præterit. Ui, *in Supino* ITUM, ut,
HABEO, habui, itum, ere.
Poſthabeo, ui, itum, ere.
Debeo, ui, itum, ere.
Adhibeo, ui, itum, ere. *Sic cat. comp.*
ARCEO, arcui, (arcitum *parum uſit.*) ere.
Coerceo, ui, itum, ere : *ſic* exerceo.
Vereor, veritus ſum, vereri.

Plurima neutra in ui *Secundæ Supinis carent, ut,* rubeo, horreo, &c. 1 *item Activum* Timeo.
Regularia tamen ſunt ſequentia.

TACEO, tacui, itum, ere.
Conticeo, ui *ſine Supino. Sic* obticeo, reticeo.
VALEO, valui, valitum, valere.
Convaleo, ui, itum, ere. *Sic cat. Comp.*
PLACEO, placui, itum, ere.
Compliceo, ui, itum, ere ; *ſic* perplaceo, beneplaceo.
Diſpliceo, diſplicui, itum, ere.
CAREO, carui, caritum 2, carere.
JACEO, ui, itum, (*unde* jaciturus) ere.
PAREO, parui, paritum, parere.
Appareo, ui, itum, ere: *ſic* compareo.
NOCEO, nocui, nocitum, nocere.
DOLEO, dolui, dolitum, dolere.
Condoleo, ui, itum, ere : *ſic* indoleo.
LATEO, latui, latitum, latere.
Deliteo, ui, *ſine Supino*, ere.
CALEO, calui, calitum, calere.
Incaleo, ui, itum, ere.
PRÆBEO, ui, itum, ere.
MEREO, merui, meritum, ere.
Dicitur etiam meritus ſum.
Sic Emereo, *vel* emereor, promereo, *vel* promereor.
LICEO, licui, licitum, licere.
Habet hæc vox ſignificationem paſſivum, & è contra.
LICEOR, licitus ſum, eri, *habet ſignificationem activam.*
Polliceor, pollicitus ſum, polliceri 3.

Excipiuntur à Communi Regulâ Præteritorum & Supinorum deſinentia in
E E O.

JUBEO, juſſi, juſſum, jubere.
Fidejubeo, ſi, ſum, ere.
SORBEO, ſorbui, ſorptum 4, ſorbere.
Abſorbeo, ui 5, ptum, ere.
Exſorbeo, ui, ere : *ſic* reſorbeo.

C E O.

DOCEO, docui, doctum, docere.
Dedoceo, ui, ctum, ere : *ſic cat. Comp.*
MISCEO, ui, ſtum, *& olim* xtum 6, ere.
Admiſceo, ui, ſtum, ere: *ſic cat. Comp.*
MULCEO, mulſi, mulſum, (*& mulctum. Priſc.*
Permulceo, ſi, ſum, *&* xi, ctum, ere.
LUCEO, luxi, *ſine ſupino*, lucere.
Polluceo, xi, ctum 7, ere.
Eluceo, xi, ere : *ſic cat. Comp.*

D E O.

ARDEO 8, arſi, arſum, ardere.

1 Nempe *clareo, floreo, palleo, pateo, polleo, rauceo, ſileo, ſplendeo, ſtudeo, albeo, candeo, maceo, muceo, ſordeo, tumeo,* &c. 2 Addunt aliqui *caſſum*, quod nomen eſt, ut *laſſus, feſſus.* Itaque non ut *cariturus*, ſic *caſſurus* dicitur. 3 Neutris hiſce addi poterant & alia pauca, quorum tamen Supina aut rara ſunt aut inuſitata. Quod & de nonnullis ſuperius allatis dicendum, niſi quod Participia eorum & verbalia etiamnum remanent. Ut *Valiturus* apud Ovidium. *Prabiturus* apud Colum. *Prabitus* apud Livium. *Prabitor* apud Ciceronem. *Coalitus* Tac. *Jaciturus* Stat. *Caliturus* Ovid. *Latiturus* & *latito* Cic. & ſimilia. 4 *Sorpſi* & *ſorptum* (ſi olim in uſu erant) ſunt à *ſorbo* tertiæ, nempe ut à *ſcribo* eſt, *ſcripſi*, *ſcriptum.* 5 *Abſorpſit* quidem occurrit apud Lucan. ſed ab optimis Grammaticis damnatur. 6 *Mixtum* dixêre pro *miſtum*, ut *Ulyxes*, pro *Ulyſſes.* Sane *miſtum* potius dici debere ex libris veteribus & Priſciano etiam videmus. 7 Inde *polluctum, i*, Plin. 8 Sumitur & active & paſſive.

Exardeo,

Exardeo, ſi, ſum, ere. *Sic* inardeo.
RIDEO, riſi, riſum, ridere.
Arrideo, ſi, ſum, ere; *ſic cat. comp.*
SUADEO, ſuaſi, ſuaſum, ſuadere.
Perſuadeo, ſi, ſum, ere; *ſic* diſſuadeo.
VIDEO, vidi, viſum, videre.
Invideo, di, ſum, ere; *ſic cat. comp.*
SEDEO, ſedi, ſeſſum, ſedere.
Superſedeo, di, ſum, ere.
Deſideo, ere; *ſic* diſſideo.
Aſſideo, edi, eſſum, ere; *ſic cat. comp.*
MORDEO, momordi 1, ſum, ere.
Admordeo, di, ſum; *ſic cat. comp.*
SPONDEO, ſpopondi 2, ſponſum, ere.
Deſpondeo, deſpondi 3, ſum, ere; *ſic* reſpondeo.
TONDEO, totondi, tonſum, tondere.
Detondeo, detondi 4, tonſum, ere.
PENDEO, pependi, penſum, pendere.
Appendeo, appendi, ſum, ere.
STRIDEO, ſtridi, *ſine Supino*, ere.
PRANDEO, prandi, pranſum, ere.
AUDEO, auſus ſum, } more paſ-
GAUDEO, gaviſus ſum, } ſivorum.
RENIDEO, 5 &
MEDEOR, *carent Præteritis* 6.

G È O.

MULGEO, ſi, & xi, ſum, & ctum 7.
EMULGEO emulſi, emulſum, ere.
INDULGEO, indulſi, indultum, ere.
AUGEO, auxi, auctum, augere.
Adaugeo, adauxi, ctum, ere.
LUGEO, luxi, luctum 8, lugere.
Elugeo, xi, ere: *ſic* prolugeo.
TERGEO 9, terſi, terſum, tergere.
Detergeo, ſi, ſum, ere.
FULGEO, fulſi 10, *ſine ſup.* fulgere.
Affulgeo, ſi, ere; *ſic* effulgeo, *&c.*
ALGEO 11, ſi, *ſine ſupino*, ere.
TURGEO, turſi, *ſine ſupino*, ere.
URGEO, urſi *ſine ſupino*, ere.
FRIGEO, frixi, *ſine ſupino*, ere.
Perfrigeo, perfrixi, ere: *ſic* refrigeo.

L E O.

DELEO 12. delevi, tum, ere.
FLEO, flevi, fletum, flere.
Defleo, evi, etum, ere; *ſic* effleo.
PLEO 13. *non eſt in uſu præterquam in compoſitis.*
Impleo, implevi, etum, ere; *ſic* releo, compleo, *&c.*
Oleo 14, olui, olitum 15, ere.

1 Reduplicatio hæc fieri videtur in imitationem augmenti Græcorum. Unde olim dixerunt, *memordi*, *pepugi*, *ſpeſpondi*, ut etiamnum *fefelli*, à *fallo*, *peperi* à *pario*, *tetigi*, à *tango*, & apud Plaut. *tetuli* à *tollo*. 2 Analogice eſſet *ſpoſpondi*. Sed ob duriorem ſonum alterum *ſ*, quod remanet in *reſpondi* omittitur. 3 Occurrit *deſpoſpondiſſe* & *deſpoponderat*, apud Plaut. uti & *præmordi*. 4 Varro uſus eſt *detotonderat*. 5 Quidam ei Præteritum tribuunt, *rondi*, ſed abſque idoneo auctore. Simplex ejus eſt *nideo*, ſed non eſt in uſu. 6 Sed mutuatur *medeor* præteritum à *medicor*; unde *medicatus*. Nempe ut pro præteritis à *ferio* & *furo* dicimus *percuſſi* & *inſanivi*. 7 Supinum *mulctum* magis uſitatum eſt. 8 *Luxi*, poteſt etiam venire à *luceo*. Sed Supinum *luctum* nullibi reperitur teſte Priſciano, quamvis ab eo ſit verbale *luctus*. 9 Pro quo & *tergo* in tertiâ dicitur. 10 A ſupino tamen eſt *fulmen*. 11 *Algeo* olim habuiſſe videtur *alſum*, unde *alſius* apud Cic. *Nihil alſius, nihil amœnius*. Et *alſioſus* apud Plinium. 12 *Deleo* venit ab antiquo *leo*, quod reperitur apud Horatium; ut dicetur poſtea. 13 *Pleo* fit à πλεϝ, unde πίμπλημι & πλήθω. 14 Simplex *oleo* varia habuit ſignificata, nam nunc Antiquis notabat *odorem ſpiro*; nempe ab ὄζω, nunc ſignabat *creſco* ab *alo*, pro quo *olo*; unde *ſoboles & proles*, aliquando etiam *perdo*, ab ὄλλυμι; unde etiamnum *aboleo*. Compoſita à priori ſignificatione fere habent *olui*, ut apud Plautum *aboluiſti allium*. A ſecundâ fere eſt *olevi*; ut *adoleverit* apud Maronem. Varronis tamen eſt *Poſtquam adoluerit hac juventus*. Et inde ſupinum *adolitum*, ex quo per ſyncopen fit *adultum*. Eſt vero *adoleſco* idem quod *accreſco*. Nam ut *à creo*, *creſco*, ita ab *oleo* fit *oleſco*, unde *adoleſco* & inde *adoleſcens*. 15 Si modo *olitum* uſpiam invenitur. Sed antique & *oletum* fecit, unde *exoletus*, *obſoletus*.

Adoleo 1, *vel* eſco, evi, ultum.
Exoleo, *vel* eſco, evi, etum 2.
Obſoleo, *vel* eſco, evi, etum.
Aboleo, *vel* eſco, evi 3, itum 4.
Oboleo, obolui 5, obolitum.
Inoleo, *ſive* inoleſco, redoleo, ſuboleo, peroleo 6, vix in perfecto apud claſſicos Scriptores invenias: unde aliis per *evi*, aliis per *ui* 7 rectius efferri videntur.
SOLEO, ſolitus ſum 8, *more paſſivorum.*

N E O.

TENEO, tenui, tentum, tenere.
Abſtineo, ui, entum, ere; *ſic* contineo, *&c. præter* attineo, pertineo, *quæ ſupinis carent.*
NEO, nevi, netum, nere.
MANEO, manſi, manſum, ere.
Permaneo, permanſi, ſum, ere.
* MINEO, nui, ere, *Luc.*
Emineo 9, ui, ere; *ſic* immineo, *&c.*

Q U E O.

TORQUEO, torſi, tortum, ere.
Contorqueo, ſi, tum, ere; *ſic* detorqueo, *&c.*
LIQUEO, ui, *parum uſitat.*
Deliqueo, ui; *ſic* colliqueo.

R E O.

HÆREO, hæſi, hæſum, ere.
Adhæreo, ſi, ſum, ere; *ſic* inhæreo, *&c.*
TORREO, torrui, toſtum, ere.
MOEREO, mœſtus 10 ſum, ere.
REOR, ratus ſum, reri.
MISEREOR, miſertus 11 ſum, eri.
* Glabreo, *in præterito & ſupino non occurrit.*

S E O.

CENSEO, cenſui 12, cenſum, ere.
Recenſeo, ui, ſum, ere: *ſic* ſuccenſeo.
Sed recenſitus 13 *penultimâ longâ remanſit ab antiquo* recenſire *pro* recenſere.
Denſeo, *caret præterito & ſupino.*

T E O.

PATEO, patui, *abſque ſupino* 14, ere.
FATEOR, faſſus ſum, eri.
Confiteor, confeſſus ſum; *ſic* profiteor. *At* Diffiteor *caret præterito.*

V E O.

MOVEO, movi, motum, ere.
Commoveo, vi, tum, ere: *ſic* emoveo.
FOVEO, fovi, fotum 15, ere.
VOVEO, vovi, votum, vovere.
Devoveo, vi, tum, ere.
CAVEO, cavi, cautum, cavere.
FAVEO, favi, fautum, favere.

1 De hoc jam in ſimplici *oleo* vidimus. Hoc vero, & cætera compoſita in *ſco* tertiæ ſunt, ſed hic referuntur, quia ſecundæ ſunt *adoleo*, & cætera in *eo*, à quibus illa in *ſco* ſua capiunt præterita & ſupina. 2 Unde, uti dictum, *exoletus puer*, qui deſiit *oleſcere*, id eſt *creſcere*. 3 Livius & Tacitus. 4 Plin. Fab. Tac. Gell. Addunt vulgo & *aboletum*, ſed ſine auctore. 5 Plautus ſæpius & Suet. 6 Tutius tamen *inolevi* dixeris cum Gellio. Item *perolevi* cum Lucilio; ſed *inolitum*, *redolitum*, *ſubolitum*, *perolitum*, vix leguntur. 7 Per *ui* & *itum*, tutius videntur proferri. 8 *Solui* eſt apud Salluſtium. Quin & obſervat Chariſius verbum hoc carere futuro, quia non poteſt aliquis futuris adſueſcere. 9 *Emineo* & alia quæ Deſpauterius formari vult à *maneo*, fiunt ab antiquo * *mineo*, quod occurrit apud Lucretium, *Inclinata minent in eandem prodita partem.* Ex derivatur à *mina*, quod locum excelſum denotat, unde *mina* murorum propugnacula. 10 Niſi *mœſtus* potius nomen ſit, ut videtur. 11 Per ſyncopen ex *miſeritus*: quo uſus Terentius. Porro dicitur *miſereor* & *miſeror*, ſed illud ſecundæ eſt, hoc primæ. Etiam conſtructione differunt, ut in Syntaxi dicetur. 12 Ovidio etiam *cenſus ſum*. 13 Videntur tamen & *recenſus* dixiſſe à ſupino *cenſum*; unde ſubſtantivum *recenſus* & *recenſio*. Nempe verbale *recenſio* eſt à *recenſere*. At *recenſitus* eſt ab antiquo *cenſio* pro *cenſeo*. 14 Nam *paſſum* quod ei tribuunt, eſt à *pando*. Sane Cicero ait, *Paſſis velis pervehi*: ut Maro, *Velorum pandimus alas*. Ac ab eâdem origine Ennius, *Paſſis palmis*, Virgilius *Crinibus paſſis*. 15 Supina hæc in *tum* videntur fieri per ſyncopen. Ut *fotum* pro *fovitum*, *fautum* pro *favitum*, & *cautum* pro *cavitum*: unde *cavitio* apud Feſtum. Et ut dicimus *cavi* ita etiam dicitur *catus* apud Hor. & Cic. & *cate* apud Plaut.

PAVEO, pavi, *ſine ſupino*, pavere.
Expaveo, expavi, expavere.
FERVEO, ferbui 1, fervere.
Deferveo, deferbui, ere.
CONNIVEO, ivi, & connixi 2, *ſine ſup.*
LANGUEO, langui, *ſine ſupino*, ere.
Relangueo, ui, *Claud.*
AVEO, *caret præterito & ſupino*, ere.

Sic & Flaveo, ceveo, & liveo.

E O purum.

VIEO, vievi, vietum, viere.
CIEO, civi 3, citum 4, ciere.
TUEOR, tuitus ſum 5, tueri.
Antiquum clueo *caret præterito & ſupino.*

TERTIA CONJUGATIO.

Verba tertiæ Conjugationis varie faciunt Præterita & Supina.

B O.

BIBO, bibi, bibitum, bibere.
Combibo, bi, tum; *ſic* ebibo, imbibo.
GLUBO, glubi 6, glubitum, ere.
Deglubo, bi, tum, ere.
SCRIBO, ſcripſi, ſcriptum, ere.
Adſcribo, pſi, tum; *ſic* deſcribo, *&c.*
NUBO, nupſi 7, nuptum, ere.
Obnubo, pſi, ptum; *ſic* innubo, *&c.*
SCABO, ſcabi, *abſque ſupin.* ſcabere.
LAMBO, bi, *abſque ſupino*, ere.
Compoſita à CUBO, *quæ ſunt hujus Conjugationis* m *ante* bo *adſciſcunt, quod tamen perdunt in præterito & ſupino.*
Accumbo 8, cubui, itum: *ſic* diſcumbo.
LABOR, lapſus, ſum, labi.
Delabor, pſus, ſum, *ſic* dilabor, *&c.*

C O.

DICO, dixi, dictum, dicere.
Addico, xi, ctum; *ſic* edico, *&c.*
DUCO, duxi, ductum, ere.
Abduco, xi, tum; *ſic* Adduco.
ICO, ici 9, ictum, icere.
VINCO 10, vici, victum, vincere.
PARCO, peperci, parcitum 11, & parſi, parſum, parcere.
Comparco, comparci, comparſum.
CRESCO 12, crevi, cretum 13, ere.
Accreſco, evi, etum, eſcere.
Excreſco, evi, etum; *ſic* concreſco, *&c.*
QUIESCO, evi, etum, eſcere.

1 *Ferveo*, debuit facere *fervui*, ut *moneo, monui*; ſed dicitur *ferbui* mutatâ v conſonâ in *b*. Dicitur etiam *fervi*, quod eſt à *ferus* tertiæ, ut, *ſperabam jam deferviſſe adoleſcentiam*, Ter. Quo etiam uſus Lucilius, *Fervit aqua & fervet*: *fervit nunc ferues ad annum*. Quamvis à Quinctiliano parum probatur. 2 *Connixi* Priſciano teſte, dixit Turpilius Comicus vetus. *Connidi* uſitatius eſt. 3 *Civi* non eſt à *cieo*: ſed capit hoc à *civ* quarto, quomodo dicimus *accire*. 4 Penultima in *citum* à *cieo* eſt correpta; at à *cio* quartæ producitur: ut in Proſodiâ dicetur. 5 Unde *tuitio*. At à *tuor* quod tertiæ eſt, venit *tutus*, & *tutari*. 6 Voſſio eſt *glupſi, glupſum*: quia Flauti eſt *glupta Manus*. 7 Et à *nubor nupta ſum*. 8 *Accumbo*, & reliqua ideo habent *m*, quia olim dicebatur *cumbo* pro *cubo*, ut etiammum *jungo* pro *jugo*. 9 Cic. *fadus iciſſe*. 10 *Vinco* perdit *n*, quia venit ab antiquo *vico* quod *ex nuo*. A *vico* eſt *vicapota*, Dea quæ dat vincere & potiri. Ab eodem *pervicax*, qui ad victoriam perſeverat. 11 *Parcitum* venit à præterito *parcui* quod reperitur apud Nævium: & in quibuſdam etiam Plinii editionibus; *Italia parcitum eſt vetere interdicto Patrum, ut dicimus*. Ubi alii legunt, *Parvi vetere interdicto Patrum dicimus*. Inde tamen venit *parcitas*, quod reperitur apud Senecam. Et à *parſum parſurus* apud Livium. 12 Sequuntur verba in *ſco* quorum aliqua ſunt frequentativa, de quibus antea dictum eſt. Sed ea hic mixtim reliquimus; quia vel origo eſt parum certa, ut in *creſco*, quod alii à *creo*, alii aliunde deducunt: vel primitiva ſunt inuſitata, ut *quieo*, unde *quieſco*, & *fuo*, unde *fueſco*. *Conſuco* autem & Priſcianus agnoſcit. 13 Unde *cretus* pro *creatus*, & *concretus* pro *conſitus*. Extra eam ſignificationem vix quicquam ab hoc ſupino legitur. Virgilii quidem eſt *excretos à matribus agnos*; ſed id rarum eſt.

Acquieſco, evi, etum, eſcere.
SUESCO, ſuevi, ſuetum, eſcere.
ASSUESCO, evi, etum, : *ſic* Deſueſco.
SCISCO, ſcivi, ſcitum, ſciſcere.
Adſciſco, ivi, itum ; *ſic* conſciſco, deſciſco.
NOSCO, novi 1, notum, noſcere.
Ignoſco 2, vi, tum 3 ; *ſed,*
Agnoſco, agnovi, agnitum ; *&,*
Cognoſco, cognovi, cognitum, ere.
PASCO, pavi, paſtum, paſcere.
Depaſco, avi, ſtum, ere.
Compeſco, ui, *olim* itum : *ſic* Diſpeſco.
Poſco, popoſci, poſcitum 4, *par. uſit.*
Depoſco, depopoſci, ere : *ſic* repoſco.
Expoſco, expopoſci, itum, ere.
DISCO, didici, *olim* itum 5, ere.
Addiſco, addidici : *ſic* ediſco, *&c.*
GLISCO, *caret præterito & ſupino.*
Inchoativa habent eadem præterita, ac primitiva ; ut
CALESCO, calui, calitum, *à* caleo.
TREMISCO, tremui, *à* tremo.
OBDORMISCO, ivi, *ab* obdormio 6.

Aut præteritis carent, ut hiſco, fatiſco 7, labaſco 8, *&c.*
His adde deducta à nominibus ; ut, repueraſco, diteſco, adveſperaſcit, dieſcit, *& ſimilia* 9.
* Conquiniſco 10, *juxta Grammaticos veteres facit* conquexi.
APISCOR 11, aptus ſum, apiſci, *Tacit.*
Adipiſcor, adeptus ſum, adipiſci.
Indipiſcor, indeptus ſum, indipiſci.
COMMINISCOR 12, entus ſum, iſci.
EXPERGISCOR, experrectus ſum, *&* expergitus 13, expergiſci.
IRASCOR, iratus 14 ſum, iraſci.
NASCOR 15, natus ſum, naſci.
NANCISCOR, nactus ſum, nanciſci.
OBLIVISCOR, oblitus ſum, obliviſci.
PACISCOR, pactus ſum, paciſci.
PROFICISCOR, profectus ſum, iſci.
ULCISCOR, ultus ſum, ulciſci.
REMINISCOR 16, *&*
VESCOR, *carent præteritis.*

D C.

CLAUDO, clauſi, clauſum, ere.

1 *Novi* præteritum aliquando idem quod præſens ſignificat. 2 In hujuſmodi compoſitis *g* eſt à *gnoſco*, quod à γινώσκω. Ac in *ignoſco*, & *cognoſco* perit *n*. Simplici *gnoſco* pro *noſco* uſus Varro : *Adeſte, adeſte, qua feramque gnoſcite.* 3 Sic *præneſco, prænovi, prænotum.* Unde *prænotio* apud Ciceronem. 4 *Poſco* habet *poſcitum* juxta Priſcianum & alios Grammaticos, ſed parum uſitatum eſt. Reperitur tamen *expoſcitum caput* apud Senecam. 5 Appuleius à *diſcitum, diſciturus* uſurpat ; unde olim ſupinum habuiſſe conſtat. 6 Sic *aceſco, adoleſco, concupiſco, congelaſco, conticeſco, contremiſco, deliteſco, exoleſco, expalleſco, extimeſco, horreſco, increbeſco, indoleſco, ingemiſco, innoteſco, integraſco, macreſco, marceſco, matureſco, obdormiſco, obmuteſco, obſtupeſco, obſurdaſco, ſciſco*, cum compoſitis ; *reſipiſco, reviviſco, tabeſco.* 7 Nempe ſequitur hoc naturam ſimplicis *hiſco.* Altera compoſiti pars eſt *fatim*, à quo & *affatim*, & *fatigo.* 8 Sic *Integraſco, miteſco, ignoſco, hebeſco, lapideſco, liqueſco, pinguiſco*, atque alia. 9 Ut *egreſco, graveſco, herbeſco, tanereſco*, &c. 10 *Conquiniſcere* eſt proprie *ſe in crura dimittere ad modum eorum qui alvum exoneraturi ſunt.* Et venit à *conquinire* pro *cunire*, quod eſt *ſtercus facere*, inquit Feſtus, unde etiam *inquinare.* 11 *Apiſcor* reperitur adhuc apud Tacit. Lucret. & Nonium, & format *aptus* ; ſed compoſita *adipiſcor, indipiſcor* magis uſitata ſunt. 12 A ſimplici *miniſcor* vel *meniſcor* quod fecit *mentus*, unde verbale *mentio.* Quin & *meniſcor* ejuſdem eſt originis ac *memini* & μνάω pro *meneo* : nempe à μίνω, ex quo *mens, ut* à γίνω *gens*, à μόρω *mors.* 13 *Expergitus* dixêre Lucilius & Appuleius, & ſic diſtinguitur à Diomede, ut *expergitus* ſit ſponte evigilans, *experrectus* vero ſit aliunde excitatus. 14 Sed *iratus* videtur potius eſſe nomen, uti *fretus* & ſimilia. 15 Unde *naſcendus. Naſciturus* eſt apud Porcium Latronem : quaſi à *naſcitum.* 16 *Reminiſcor* capit præteritum à *recordor* ; ut *veſcor* ab *edo* vel *paſcor.* Eſtque *reminiſcor* ejuſdem originis ac *comminiſcor* : ſed ultimum habet locum, quia præterito deſtituitur ut *veſcor.* Itidem *defetiſcor* præterito caret ; nam *defeſſus* eſt nomen, ut *feſſus, laſſus.* Eſtque *defetiſcor* à *fatiſcor*, hoc à *fatiſco*, quod ſit, uti dictum, ex *fatim hiſco.*

Compo-

Compoſita ejus veniunt potius à CLUDO. *quod & ipſum in uſu eſt apud quoſdam Auctores.*

Excludo, excluſi, ſum : *ſic* includo, *&c.*

PLAUDO, plauſi, ſum, ere.

Applaudo, complaudo, *vel* odo, ſi, ſum.

Explaudo *vel* odo, ſi, ſum, re.

RADO, raſi, raſum, radere.

Abrado, ſi, ſum, ere : *ſic* corrado, *&c.*

VADO, vaſi 1, vaſum, vadere.

Evado, ſi ſum, ere : *ſic* invado, *&c.*

LÆDO, læſi, læſum, ere.

Allido, alliſi, ſum : *ſic* collido, *&c.* 2

LUDO, luſi, luſum, ere.

Abludo, ſi, ſum : *ſic* eludo, *&c.*

RODO, roſi, roſum, rodere.

Arrodo, ſi, ſum : *ſic* corrodo.

TRUDO, truſi, truſum, ere.

Detrudo, ſi, ſum : *ſic* extrudo, *&c.*

DIVIDO, diviſi, diviſum, ere.

CEDO, ceſſi, ceſſum, ere.

Abſcedo, ſſi, ſum, ere : *ſic* concedo, *&c.*

Edo, edi, eſum, edere.

Ambedo, edi, eſum : *ſic* exedo.

Comedo, edi, eſum *&* eſtum 3.

CUDO, cudi, cuſum, ere.

Excudo, di, ſum : *ſic* incudo, *&c.*

Rudo, rudi 4, *ſine ſupino*, ere.

SIDO, ſidi 5, *ſine ſupino*, ere.

Compoſita habent præteritum & ſupinum à ſedeo.

Aſſido, ſedi, eſſum : *ſic* conſido, *&c.*

MANDO, mandi, manſum, ere.

SCANDO, ſcandi, ſcanſum, ere.

Aſcendo, di, ſum : *ſic* conſcendo, *&c.*

PREHENDO, vel prendo, di, ſum.

Apprehendo, di, ſum : *ſic* comprehendo.

CANDO, *non eſt in uſu extra compoſit.*

Accendo, di, ſum : *ſic* incendo, *&c.*

FENDO, *non legitur extra compoſit.*

Defendo, di, ſum : *ſic* offendo.

FUNDO, fudi, fuſum, ere.

Confundo, udi, ſum : *ſic* effundo, *&c.*

FINDO, fidi, fiſſum 6, ere.

Diffundo, diffidi, diffiſſum, ere.

SCINDO, ſcidi, ſciſſum, ere.

Abſcindo, ſcidi, ſſum : *ſic* conſcindo, *&c.*

PANDO, di, paſſum 7 *&* panſum, ere.

Diſpando, di, anſum *&* aſſum : *ſic* expando, *&c.*

CADO, cecidi, caſum, cadere.

Occido, occidi, occaſum : *ſic* incido, recido, 8 *cætera compoſita carent ſup.*

CÆDO, cecidi, cæſum, cædere.

Occido, occidi, occiſum : *ſic* abſcido.

PEDO, pepēdi, peditum 9, ere.

Oppēdo, oppēdi, oppedere.

PENDO, pependi 10, penſum, pendere.

Appendo, appendi, ſum : *ſic* impendo, *&c.*

TENDO, tetendi, (*& olim* tendi) tenſum *&* tentum, tendere.

Attendo, attendi, ſum, tum 11 : *ſic* contendo, *&c.*

1 Præteritum & ſupinum vix extra compoſitionem inveniuntur. *Vaſit* tamen eſt apud Tertul. & apud Martialem juxta Editionem Aldi, *Et breve vaſit opus*; ubi alii legunt *raſit*. 2 At *Illaſum* eſt nomen, quia *illado* non dicitur. 3 *Comeſtum* probari poteſt ex Salluſtio, *comeſto patrimonio*, ſed *comeſum* melius eſt. 4 Appuleius dixit *rudivi*, ab antiquo *rudio*, unde *ruditus* ut *grunnitus*. 5 *Sidi* eſt apud Columellam. *Patiemurque picem conſidere, & cum ſiderit*, &c. 6 Sic *frendo, frendi, freſſum*; unde *faba freſſa*. 7 De *paſſum* diximus in *pateo*. A *panſum* apud Plinium eſt *Expanſa retia*. 8 Inde *recaſurum* apud Cic. *Id ego puto, ut multa ejuſmodi, ad nihilum recuſarum*. 9 Inde *peditus* apud Catullum & Chariſium, ut *crepitus*, à *crepitum*. 10 Plurima ex his reperiuntur etiam ſine reduplicatione, *Vectigal quod regi pendiſſent*. Liv. *Noſtro tendiſti retia lecto*. Proper. pro quo nonnulli male legunt *nexiſti*. Et Senecæ eſt, *Et qua plena rates carbaſa tenderant*. 11 In plerisque compoſitis ſupinum *tentum* uſitatius eſt, ut *contentus* quatenus opponitur remiſſo, *diſtentus*, *obtentus*, *prætentus*, *protentus*. Contra *oſtenſum* uſitatius eſt quam *oſtentum*, quo Veteres uſi ; unde remanſit *oſtentare*, atque etiam nomen *oſtentum*. Porro *offendo* componitur ab *ob* & *tendo*, ut *aſporto* ab *ab* & *porto* ; vel mutato *b* in *f* ; vel potius quomodo Veteres dixēre *obs* pro *ob* ut *abs* pro *ab* : Unde adhuc *obſcænus* à *cœnum*, *obſcurus* à *cura*, &c.

TUNDO 1, *olim* tutudi, tunſum.
Ab antiquo hoc præterito compoſita habent tudi, *& in ſupino* tuſum.
Contundo, uſum, undere.
Sic obtundo, retundo.
Verbum DO, das, eſt primæ; ſed pleraque ex compoſitis ejus tertia, & faciunt DIDI in præterito & DITUM in ſupino.
Addo, addidi, additum, addere. *Sic* Condo, condidi, itum, *&c.* *Sed* Abſcondo, abſcondi 2, ditum, ere.
FIDO, fiſus ſum; *more paſſivorum.*
Confido, confiſus ſum 3: *ſic* diffido.

G O.

MERGO, merſi, merſum, ere.
Demergo, ſi, ſum: *ſic* emergo, *&c.*
SPARGO, ſparſi, ſparſum, ere.
Aſpergo, ſi, ſum: *ſic* conſpergo, *&c.*
VERGO 4, *caret præterit. & ſup.* ere.
Devergo, devergere.
FIGO 5, xi, xum, *& quandoque* fictum.
Affigo, xi, xum: *ſic* configo, *&c.*
FRIGO, xi, xum, *&* frictum.
REGO, rexi, rectum, ere.
Arrigo, rexi, ctum: *ſic* dirigo, *&c.*
SURGO 6, ſurrexi, ſurrectum, ere.
Aſſurgo, aſſurrexi, ctum: *ſic* conſurgo.
PERGO, perrexi, rectum, ere.
SUGO, ſuxi, ſuctum 7, ſugere.
FLIGO 8, *non eſt in uſu.*
Affligo, xi, tum: *ſic* confligo, *&c.*
TEGO, texi, tectum, tegere.
Detego, xi, ctum: *ſic* contego, *&c.*
STRINGO, nxi, ictum, ere.
Adſtringo, xi, tum: *ſic* conſtringo, *&c.*
FINGO, finxi, fictum, fingere.
Affingo, xi, ctum: *ſic* confingo, *&c.*
MINGO, *obſoletum eſt, pro quo dicitur.*
MEIO, minxi 9, mictum, ere.
Ago, egi, actum, agere.
Perago, peregi, peractum, ere.
Cogo, coëgi, coactum, cogere.
Dego, degi, *abſque ſupino*, degere. *Sic*
Prodigo 10, egi, ere, *&* ſatago, egi, ere.
Abigo, egi, actum: *ſic* adigo, *&c.*
AMBIGO 11, *caret præterito & ſup.* ere.
FRANGO, fregi 12, fractum, frangere.
Confringo, egi, actum: *ſic* affringo,
LEGO, legi, lectum, legere.
Allego, egi, ctum: *ſic* prælego, relego.
Colligo, egi, ectum: *ſic* deligo, eligo, ſeligo: *At*
Diligo, dilexi, dilectum, ere.
Negligo, neglexi, neglectum, ere.
Intelligo, intellexi, ectum, ere 13.

1 Veteres dixerunt *tudo* pro tundo; unde *tudito* frequentativum apud Enn. & Lucr. & nomen *tudes*. Ab hoc, antiquum præteritum *tutudi*, quod Char. & Priſc. dant *tundi*. Diomedes dat etiam *tunſi*, ſed neutrum occurrit in aliquo idoneo auctore. Dari ſupinum *tunſum* argumento eſt participium *tunſus*. *Tunſis gemit area frugibus.* Virg. 2 Olim etiam dixerunt *abſcondidi* juxta Priſcianum. Supinum *abſconditum* occurrit apud Ciceronem, uti & *abſconditus* & *abſcondite*. Quin & olim in uſu *abſconſum*, unde *abſconſio* apud Plinium, *abſconſor* apud Jul. Firm. Et *abſconſe* pro κρύφα apud Veterem Gloſſ. 3 *Confidi* reperitur apud Livium. 4 *Vergo* habet *verſi*, *verſum* juxta R. Steph. *verxi* juxta Diomedem; ſed ſine auctoritate probati Auctoris. 5 *Figo* habet etiam *fictum*, juxta Diomedem; *ſagittis confictus* Scaur. & Giffanius in Indice ſuo idem probat auctoritate Cic. & Varr. Obſervat etiam Scipio Gentilis Calliſtratum ita locutum eſſe, *Si quando navis vel inficta vel fracta.* 6 *Surgo* non dubium quin ſit à *rego*. Nam etſi more neutrorum ſumatur; tamen proprie notat *ſurrigo me*. Itaque *ſurgo* & *ſurrigo* idem habent præteritum & ſupinum; unde *ſurrecta cornua* apud Columellam & *ſurrecto mucrone* apud Livium. *Pergo* an à *rego* ſit dubitatur. Volunt eſſe à *Perago*. Sed ab eo eſſet *peregi*. 7 Unde *ſuctus* apud Plinium. 8 Ad inuſitato *fligo* eſt *flictus* apud Maronem & alios. 9 Diomedes adfert & *mixi* vel *meii*. 10 A *prodigo* quidem eſt *prodegeris* apud Plaut. Sed *ſategi* vix invenitur, licet & hoc agnoſcat Saturnius. 11 *Ambigo* venit ab *am* & *ago* injecto *b*, ut in *amburo* & *comburo*, ab *am* & *uro*. Quin & *am* ſit à Græco ἀμφὶ, quo ipſo uſus Cato. *Am terminum* pro *circa terminum*. 12 A *frago*, unde *fragilis*. At *frago* à Doriço ſive Æolico, ϝάγνυω pro ῥήγνυω ſive ϝαγνύω. 13 Hæc imitantur Græcum futurum λέξω, ſive præteritum paſſivum λέλεγμαι. Olim etiam duo poſteriora habebant *egi*. *Intellegi*. Ulp. *Neglegi*. Priſc. & Diomed.

TANGO,

TANGO, tetigi 1, tactum, tangere.
Attingo, attigi, attactum: *ſic* contingo, pertingo.
PAGO *antiquum*, pepigi 2, pactum.
PANGO, panxi, (*olim* pegi 3) pactum.
Circumpango, panxi, pactum: *ſic* depango, repango.
Compingo, compegi, compactum: *ſic* impingo, ſuppingo.
PLANGO, xi, planctum, ere.
ANGO, anxi 4: *&*
CLANGO, clanxi, *ſine ſupinis.*
CINGO, xi, cinctum, ere.
Accingo, xi, nctum, ere: *ſic* præcingo.
TINGO, tinxi, tinctum, ere.
Intingo, xi, nctum, ere.
LINGO, xi, nctum, ere.
Pollingo 5, xi, nctum, ere.
UNGUO, *vel* ungo, unxi, (*olim* ungui) unctum, ere.
Exungo, xi, nctum, ere.
Inungo, xi, nctum, ere.
JUNGO, xi, nctum, ere.
Adjungo, xi, nctum: *ſic* disjungo, *&c.*
MUNGO, xi, nctum, *parum uſitat.*
Emungo, xi, nctum, ere.
STINGUO, *exolevit.*
Diſtinguo, xi, nctum, ere: *ſic* extinguo, præſtinguo, reſtinguo.
NINGO, xi, *ſine ſupino*, ere.
PUNGO, xi, *parum uſit. extra compoſitionem*, pupugi, punctum, ere.
Repungo, repupugi, *&* repunxi, repunctum.
Compungo, nxi, nctum; *ſic* diſpungo.
FUNGOR, functus ſum, fungi.
Defungor, defunctus ſum, defungi.
RINGOR 6, *eſtet præterito*, ringi.

H O.

VEHO, xi, ctum, ere.
Adveho, advexi, ctum: *ſic* conveho.
TRAHO, xi, ctum, ere.
Abſtraho, xi, ctum: *ſic* contraho, *&c.*

L O.

COLO, colui, cultum 7, colere.
Incolo, ui, ultum: *ſic* accolo, *&c.*
CONSULO, ui, conſultum, ere.
OCCULO, ui, occultum, ere.
MOLO, molui, molitum, molere.
Emolo, emolui, emolitum, ere.
ALO, alui, alitum, *&* altum 8, *minus uſit.*
VOLO, volui 9, velle.
Nolo, nolui, nolle.
Malo, malui, malle.
CELLO 10, *fecit olim* cellui, celſum. *Sed exolevit. Inde tamen compoſita ſequentia.*
Antecello, antecellui, *ſine ſupino*, ere.
Excello, excellui, excelſum, ere.
Præcello, præcellui, præcelſum, ere.
Percello, perculi, perculſum, ere.
Recello, *ſine prater, & ſup.* Liv. App.
FALLO, fefelli, fallum, fallere.
Refello, refelli, *ſine ſup.* ere.
PELLO, pepuli, pulſum, pellere.
Appello, appuli, appulſum: *ſic* expello, *&c.*

1 Ab antiquo *tago*; unde *tagax*. 2 *Pepigi*, venit ab antiquo *pago*, ut *cecidi* à *cado*, nempe à Dorico, πάγω pro πήγω. 3 *Pegi* fit à *pango*, ut *fregi* à *frango*. *Tonſillam pegi lavo in littore.* Pacuv. apud Priſc. Uſus quoque Cicero, ut teſtatur Turnebus, *Require placere terminos quos Socrates pegerit.* Ubi *pegerit* nihil aliud eſt quam *panxerit*. At *pepigerit* aliud fuerit: *pepigi* enim non à *pango* eſt, ſed à *pago*, pro quo poſteriores dixêre *paciſcor*. 4 Ab *ango* Priſcianus format Supinum *anctum*. Diomedes vero *anxum*. Pro Priſciano ſunt gloſſæ veteres, ubi legas *anctus*, ἀγχόμενος. Sed neutrum apud Claſſicos facile reperies. Imo nec illud liquet an *angor* in Præterito faciat *anxus*, quod ſcribit Diomedes. Nam videtur hoc eſſe nomen. Interim non dubium quin ab *anxum* fit *anxius* & *anxietas*. 5 *Pollingo* vix reperitur apud Veteres. Sed *pollinxi* & *pollinctor* eſt apud Plautum & alios. 6 Antique & *ringo* dixêre, unde verbale *riſtus*. 7 Per ſyncopen hoc ex *colitum*; ut ſequentia *conſultum*, *occultum*, *altum*, ex *conſulitum*, *occulitum*, *alitum*. 8 Ab illo *alimoventum*; ab hoc *altor*, *altrix*, *altilis*. 9 Ab inuſitato ſupino *volitum* eſt *volitus*, & inde per ſyncopen *voltus* ſeu *vultus*; ut à *colitum*, *cultum*, *cultus*. 10 *Cello* venit à Græco κίνω moveo. Ex compoſitis ejus *antecello* caret ſupinis, *Excello* & *præcello* ſupinum habere videntur, quia ab iis fiunt *excelſus* & *præcelſus*; quæ tamen Adjectiva potius ſunt, quam ſupina aut participia.

participia. Dicitur etiam *excelleo, effice ut excelleas.* Cic. Unde cenſet Priſcianus eſſe *excellui*, ut à *caleo* eſt *calui*; at ab *excello* eſſe *exculi*, ut à *percello perculi*, niſi dicas fieri per ſyncopen pro *percellui*. Aiunt & dici *perculſi*, unde ſit *perculſum*; ſed loci pro eo adducti corrupte legi videntur, ſiquidem in melioribus omnibus ſit *percuſſit*. Porro *perculi* & *perculſum* fiunt e in *u* mutato, ut *pepuli, pulſum*, à *pello*. Dicitur etiam *procello, proculi*. Plin. Jun. quod idem eſt ac *percello*, ſed minus uſitatum. Inde tamen *procella*.

VELLO, velli, *magis uſitat.* vulſi 1, vulſum, vellere.
Avello, avelli, avulſum: *ſic* divello, evello; *ſed* revello *facit etiam* revulſi.
SALLO 2, ſalli 3, ſalſum, ſallere.
TOLLO 4, ſuſtuli, ſublatum, *à* ſuſtollo: *ſic* extollo, extuli, elatum. Attollo *tamen caret præterito 5 & ſup.*

M O.

COMO, comſi 6, comtum, comere.
PROMO, promſi, promptum, ere.
Depromo, ſi, tum: *ſic* expromo.
SUMO, ſumſi, ſumtum, ere.
Aſſumo, pſi, tum: *ſic* conſumo, *&c.*
DEMO, demſi, demtum, ere.
EMO, emi, emtum, emere.
Adimo, ademi, ademtum: *ſic* dirimo, *&c.*
FREMO, fremui, fremitum, ere.
Infremo, ui, itum, ere.
GEMO, gemui, gemitum, ere.
Ingemo, ingemui, ingemitum, ere.
TREMO, tremui, *ſine ſup.* ere.
PREMO, preſſi, preſſum, ere.
Comprimo, eſſi, ſſum: *ſic* deprimo, *&c.*

N O.

SPERNO, ſprevi, ſpretum, ere.
Deſperno, evi, etum, ere.
STERNO, ſtravi, ſtratum, ere.
Proſterno, avi, atum: *ſic* conſterno 7, *&c.*
SINO, ſivi 8, ſitum ſinere.
Deſino, deſivi, *& per ſync.* deſii, itum,
LINO 9, lini, livi *vel* levi, litum.
Allino, allini, allivi, allevi, allitum, allinere: *ſic* relino, *&c.*
CERNO 10, crevi, cretum, cernere.
Decerno, evi, etum: *ſic* ſecerno, diſcerno.

1 *Vulſi* negat dici Servius; ſed uſi eo Laberius, Lucanus, Gellius. Etiam in pleriſque codicibus Ovidii eſt, *Aurea Phryxea terga revulſit ovis.* Sed Cicero ſemper dixit *revelli.* 2 Dicitur etiam *ſalio, ſalivi, ſalitum*, quartæ. Item *ſallio* ejuſdem. 3 Præteritum hoc regulare eſt, ſed vix reperitur apud Veteres. *Sale ſalſurus* dixit Mummius apud Priſcianum. 4 *Tollo* habuit olim *tuli* vel *tetuli*, quod reperitur apud Plautum, Terentium, Catullum, & alios. Videtur tamen fieri potius à *tolo* pro *tolero*. nam *tollo* facere debuit *tetulli*, ut à *fallo fefelli*. Olim etiam videntur dixiſſe *tolli*, unde *tolliſſe* apud Ulpianum referente Scaligero. 5 Nam *attuli* & *allatum*, quæ inde formantur, *affero* ſibi vindicavit: cum non attollendi ſive elevandi, ſed apportandi habeant ſignificationem. 6 Priſcianus ſcribit *compſi, comptum*, &c. Sed Terentius Scaurus lib. de Orthographia omittit *p*. Uti & Victorinus facit. Legitur quidem crebro in vet. lib. & lapidibus, ſed vitioſe. Nec enim vel *p*, vel *b*, eſt in præſenti; contra quam fit in *ſcribo, ſcriptum, ſerpo, ſerptum*, & ſimilibus. 7 Compoſitum *conſterno*, nunc primæ eſt, nunc tertiæ: primæ cum animi perturbationem notat: tertiæ quando corpori tribuitur. 8 *Sino* interdum & *ſini* facit; conſonâ præſentis ſervatâ. 9 *Lino* facit in ſupino *litum. Et paribus lita corpora guttis.* Virg. De præterito ejus non convenit. Apud Columellam *livi* legitur. Apud Quintilianum *lini*: *Mariti tui cruore parietem liniſti.* Apud Varronem *linii. Cum oblinierit vaſa.* Tamen nullum vulgo ex his præteritis probant præter *levi*. Unde *relevi* apud Terentium. Sed alii malunt eſſe à *releo*, quod ejuſdem erit originis ac *deleo*. At *linivi* vel *linii*, *linitum*, ſunt à *linio*, quod eſt quartæ. 10 *Cerno* tum tantum *crevi* & *cretum*, facit, cum ſermo eſt de adeundâ hereditate. Verum in videndi ſignificatione vix præteritum ac ſupinum ejus reperies.

TEMNO,

TEMNO, temſi 1, temtum, temnere.
Contemno, contemſi, tum, ere.
GIGNO, genui 2, genitum, gignere.
Progigno, enui, itum, ere.
PONO, poſui 3, poſitum, ponere.
Compono, ſui, itum: *ſic* appono, *&c.*
CANO, cecini, cantum, canere.
Occino 4, oecinui, occentum: *ſic* concino, *&c.*

P O

CARPO, carpſi, carptum, carpere.
Decerpo, pſi, ptum, ere: *ſic* diſcerpo, excerpo.
SERPO, ſerpſi, ſerptum, ere.
Inſerpo, inſerpſi, inſerptum, ere.
REPO, repſi, reptum, repere.
Obrepo, obrepſi, obreptum, ere: *ſic* irrepo, ſubrepo.
CLEPO, clepſi, *(olim* clepi) clepere.
SCALPO, ſcalpſi, ſcalptum, ere.
Excalpo, excalpſi, tum, ere.
SCULPO, ſculpſi, ſculptum, ere.
Exculpo, pſi, ptum: *ſic* inſculpo.
RUMPO, rupi, ruptum, rumpere.
Abrumpo, upi, ptum: *ſic* corrumpo, *&c.*
STREPO, ſtrepui, ſtrepitum, ere.
Obſtrepo, obſtrepui, obſtrepitum, ere: *ſic* conſtrepo, perſtrepo.

Q U O.

COQUO, coxi, coctum, coquere.
Concoquo, xi, ctum, ere: *ſic* decoquo, excoquo.
LINQUO, liqui, linquere.
Relinquo, reliqui, relictum, ere: *ſic* delinquo, derelinquo.
LOQUOR, locutus ſum, loqui.
Alloquor, allocutus ſum: *ſic* colloquor, *&c.*
SEQUOR, ſecutus ſum, ſequi.
Aſſequor, utus ſum: *ſic* conſequor, *&c.*
Liquor, *caret præter* 5.

R O.

TERO, trivi 6, tritum, terere.
Attero, attrivi, itum: *ſic* contero, *&c.*
QUÆRO, quæſivi, quæſitum, ere.
Acquiro, acquiſivi, acquiſitum, ere: *ſic* conquiro.
SERO 7, ſevi, ſatum, ſerere.
Aſſero, aſſevi, aſſitum: *ſic* conſero, inſero, *& reliqua qua ſeminandi ſignificationem habent. Qua vero aliam, nempe ordinandi, obtinent, faciunt* ui *&* ertum: *ut,*
Aſſero, aſſerui, aſſertum: *ſic* conſero, deſero, inſero, *&c.*
GERO, geſſi, geſtum, gerere.
Aggero, ſſi, ſtum: *ſic* congero, *&c.*
VERRO 8, verri, verſum, ere.
URO, uſſi, uſtum, urere.
Aduro, aduſſi, aduſtum: *ſic* comburo, *&c.*

1 Præteritum *temſi*, & *temtum* haud facile extra compoſitionem invenias. Apud Senecam tamen eſt verbale *temtor*. 2 A *geno*, quo Cato Varro, Cenſorinus & alii utuntur. 3 *Pono* fecit olim *poſivi*. Plaut. *depoſivi*. Catull. 4 Veteres dixêre *occano* vocali ſimplicis ſervatâ. *Occanere cornua*. Tac. Similiter *recano* dicebant pro *recino*. Porro *cano* olim etiam *canui* fecit. Item compoſitum ejus *occano*, *occanui*. *Cornicines occanuerunt*. Sall. apud Priſc. Similiter *conſiſti* pro *conſtiti* dixerunt, & *premi* pro *preſſi*, *atterui* pro *attrivi*, &c. 5 A *liquefacio* mutuatur *liquefactus ſum*. 6 *Tero* fecit olim *terui*. Quo uſus Plautus. *Priuſquam teruerunt*. Nam ita legitur in optimis Manuſcriptis. Similiter dixit Tibullus. *Aut operi inſuetas atteruiſſe manus*. Apud Tacitum quoque in optimo illo Vaticano, teſte Lipſio, ſcriptum eſt, *Mox atteritis opibus*: Sed jam non eſt in uſu. 7 Quemadmodum à *tero* fuit *terui*, ſic à *ſero* non *ſevi* tantum, ſed & *ſerui* dixêre. Uſus hoc Ennius Priſciano teſte. Atque hoc remanſit in compoſitis quando tranſlate ſumuntur: ut, *inſerui*, *aſſerui*, *conſerui*, *deſerui*, *diſſerui*, *exſerui*, &c. Nam proprie *deſerere* eſt, à ſtatione decedere: *inſerere*, ſemina inſpergere; *diſſerere*, ſemina in diverſas areolas ſpargere: & ſic in cæteris. Fortaſſe tamen verius dixeris, olim duplex fuiſſe *ſero*, unam ab εἴρω, hoc eſt, *ordino*: alterum à σπείρω ſeu σπέρω, id eſt, *ſero* π extrito: ac priori ſignificatione feciſſe *ſerui*, *ſertum*: poſteriori autem *ſevi*, *ſatum*. 8 *Verro* (inquit Priſcianus) ſecundum ſervium *verſi* facit, ſecundum Chariſium *verri*, quod & uſus comprobat. Supinum

pinum ejus *verſum* eſt apud Ciceronem & Catonem. Fortaſſe etiam *verritum* pro *verſum* dixêre: nam verbale *converritor* eſt apud Appuleium.

CURRO, cucurri 1, curſum, ere.
Decurro, decucurri, & decurri, decurſum: *ſic* excurro, præcurro, procurro, recurro.
Alia nunquam aut raro geminant, ut,
Occurro, occurri, occurſum: *ſic* discurro, incurro, recurro, ſuccurro, tranſcurro, circumcurro, concurro.
FERO, tuli, latum, ferre.
Affero, *vel* adfero, attuli, allatum, *ſic* auſero, *&c. Sed* ſuffero 2 *pro* patior, *caret præterito & ſupino.*
FURO 3, *caret præterito 4 & ſupino.*
QUEROR, queſtus ſum, queri.
Conqueror, conqueſtus ſum conqueri.

S O.

ARCESSO 5, arceſſivi *vel* arceſſii, arceſſitum 6.
Laceſſo, laceſſivi, laceſſii 7, *vel* laceſſi, laceſſitum: *ſic* faceſſo, capeſſo.
Sed Inceſſo, inceſſi, *ſine ſupino, ere.*
VISO 8, viſi, viſere.
Inviſo, inviſi: *ſic* reviſo.
PINSO, pinſi *&* pinſui, pinſitum 9, pinſum & piſtum.
DEPSO, depſui *(olim* depſi, *Varr.)* ere.
Condepſo, ui, ere: *ſic* perdepſo. *Catul.*

T O.

FLECTO, flexi, flexum, flectere.
Deflecto, xi, xum: *ſic* inflecto, *&c.*
NECTO, nexi *&* nexui, nectum.
Connecto, connexi, connexui, xum, *ſic* annecto, innecto.
PECTO 10, pexi, *minus uſit.* pexui, xum.
Depexo, xui, xum.
PLECTO, plexi 11, *minus uſit.* plexui, plexum.
Implecto, implexi, ui, xum.
METO, meſſui, meſſum, metere.
Demeto, demeſſui, demeſſum, ere.
PETO, petivi, petitum, petere.
Appeto, tivi, itum: *ſic* repeto *&c.*
MITTO, miſi, miſſum, mittere.
Admitto, ſi, ſum: *ſic* committo, *&c.*
VERTO, verti, verſum, vertere.
Adverto, ti, ſum: *ſic* converto, *&c.*
STERTO, ſtertui, *ſine ſup.* ere.
Deſterto, deſtertui, deſtertere.
SISTO, ſtiti 12, ſtatum 13.

1 *Curri* in præterito uſurpat Tertullianus. *Podibus Hectoſi, curriſti, mammis.* Quod & aliis interdum accidit, quæ præteritum geminant. 2 Nam *ſuſtuli* & *ſublatum* retinent *tollendi* ſignificationem; ac proinde ea *ſuffero* ſibi vendicare nequit, ſed ad veram originem pertinent, quæ eſt *tollo* vel potius *ſuſtollo*. 3 Imo nec in primâ hodie perſonâ invenitur. Olim eâ uſum Varronem auctor eſt Priſcianus. 4 *Furui* tamen inde fecit Serviur. Imo & Sedulius dixit *furuerunt juſſa tyranni.* Neque dubitârunt eo modo loqui recentiores quidam, qui tamen non ſunt imitandi. 5 Pro eo inveterato jam errore, *accerſo* dici ſolet. Eſt autem *arceſſo* ab *arcio*, ut ſequentia à *lacio, facio, capio, incedo, video.* Nam veteres ſubinde *ar* uſurpabant pro *ad*, ut compluribus exemplis oſtendit Priſcianus. 6 In *arceſſitum* & reliquis penultima eſt longa. Nempe hæc olim quartæ erant conjugationis: unde Salluſtius, Liviuſque etiam *arceſſiri* & Colum. *laceſſiri.* 7 *Laceſſi* & *laceſſ.* per ſyncopen dicuntur pro *laceſſivi.* Item *faceſſi, & capeſſi* ſyncopen paſſa, ſed imprimis ea uſitata in *inceſſi.* 8 *Viſo* caret ſupino, *viſum* autem ſemper eſt à *video.* 9 *Pinſitum* integrum eſt: duo alia ſupina per ſyncopen facta. 10 *Pecto* videtur olim habuiſſe *pectitum.* Nam apud Colum. eſt *pectita lana.* Hinc forſan Aſper *pectivi* agnoſcit teſte Priſciano, ſed vix reperitur apud idoneum Scriptorem. 11 *Plexui* nonnullis videtur eſſe à *plecto*, quando ſignificat *implico, necto*; *plexi* vero quando ſignificat *punio.* Sed hoc diſcrimen non obſervatur. Potius eo differunt, quod *plexui* ſit uſitatius, *plexi* in uſu eſſe deſierit. 12 *Siſto* activum *ſtiti* facit, ſed *ſiſto* neutrum, ut volunt, à *ſto* capit *ſteti.* Exempli gr. Activum præteritum eſt, *Anteo illum iſtic ſtiti, hunc hic eum ſiſto.* At neutrum præteritum eſt, *Anteo illic ſtetit, nunc hic ſiſtit.* 13 Inde *ſtari dies* & *ſtata ſacrificia.* Nam *ſtatus* hic valet τελεσμένος, ut vetus Onomaſticon exponit. A ſupino *ſtatum* venit etiam *ſtator* qui ſiſtit, unde *Jupiter Stator* apud Romanos.

Reſiſto,

Reſiſto, reſtiti 1; *ſic* aſſiſto, *&c.*
AMPLECTOR, amplexus ſum 2, amplecti.
COMPLECTOR, complexus ſum, complexi.
DIVERTOR & diverto, diverti, 3 *tantum*: *ſic* prævertor *&* præverto, præverti.
Revertor, reverti 4, *ab antiq.* reverto.
NITOR, niſus & nixus ſum, niti.
Adnitor, adniſus *vel* adnixus ſum: *ſic* Enitor, innitor 5.
UTOR, uſus ſum, uti.
ABUTOR, abuſus ſum, abuti.

V O.

SOLVO, ſolvi, ſolutum, ſolvere.
Abſolvi, vi, utrum: *ſic* perſolvo, *&c.*
VOLVO, volvi, volutum, volvere.
Advolvo, vi, utum: *ſic* convolvo, *&c.*
VIVO, vixi, victum, vivere.
Convivo, convixi, ctum: *ſic* revivo.
Calvor 6, *antiquum abſque præterito.*

X O.

TEXO, texui, textum, ere.
Attexo, ui, xtum; *ſic* contexto, *&c.*
NEXO, *is*, nexui, nexum; *vel* nexo, as, *frequentativum à* necto.

O purum 7.

FACIO, feci, factum, facere.
Arefacio, areſeci, areſactum: *ſic* benefacio, *& reliqua compoſita cum nomine vel adverbio. Cætera* a *in* i *mutant*; 8 *ut*,
Afficio, affeci, affectum: *ſic* conficio, *&c. Sed* officio *caret ſupino.*
JACIO, jeci, jactum, jacere.
Abjicio, eci, ectum: *ſic* adjicio, *&c.*
SPECIO 9, *non eſt in uſu præterquam in compoſitis.*
Adſpicio, adſpexi, adſpectum: *ſic* inſpicio, *&c.*
LACIO *exolevit.*
Allicio, allexi, allectum: *ſic* illicio, pellicio. *At* Elicio, elicui 10, citum.
FODIO, fodi, foſſum, ere.
Confodio, di, ſum: *ſic* effodio, *&c.*
FUGIO, fugi, fugitum, ere.
Defugio, gi, itum 1 *ſic* diffugio, *&c.*
CAPIO, cepi, captum, ere.
Satiſcapio, ſatiſcepi, ſatiſceptum.
Accipio, accepi, acceptum: *ſic* incipio, *&c.*
RAPIO, rapui, raptum, ere.
Abripio, ui, eptum: *ſic* corripio, *&c.*
CUPIO, cupivi 11, cupitum, ere.
SAPIO 12, ſapivi *vel* ſapii, *& uſitatius* ſapui, *ſine ſup.* ſapere.
Deſipio, pivi, pui: *ſic* reſipio, *&c.*

1 Supinum in compoſitis vix invenias, facilius Participium inde deductum: ut, *exiturus* apud Ulpianum. 2 *Amplector* eſt à *plecto*, eaque cauſa eſt, cur à ſupino *plexum* faciat *amplexus*. Ac par ratio in *complector*. 3 Videtur & olim ſupinum fuiſſe in uſu, unde *diverſorium*. 4 *Reverti* dicere amant Tullius & veterum alii: pro quo juniores fere aiunt *reverſus ſum*. 5 Sed *x* potius amant *connitor*, *obnitor*, *pernitor*, *renitor*, *ſubnitor*, unde *connixus*, *obnixus*, à quo *obnixe*, *pernixus*, unde *pernix*, &c. *Enixa* dici volunt de eâ, quæ peperit; *eniſus* de quovis qui alloboravit. Sæpius quidem id diſcrimen obtinet, perpetuum tamen non eſt. 6 Unde *calvitur* apud Plautum: & infinitivus *calvi* apud Sall. Cæterum & Priſcianus agnoſcit & *calvo*, *calvi*, ut *ſolvo*, *ſolvi*. A *calvo* vel *calvor*, hoc eſt, *decipio*, dicta videtur *calumnia*, quaſi à ſupino *calutum*. 7 Verba in *io* exeuntia quibuſdam in locis perdunt *i*. Nam à *capio* eſt *capis* quod regulariter eſt *capiis*. Sic *cape* pro *capie*. Item *capito*, *caperem*, *capere*. 8 Quædam etiam abjiciunt vocalem ante *o*: ut, *latifico*, *magnifico*, *notifico*, *ſignifico*. 9 A quo & quædam ſunt primæ ſed deponentia; ut, *conſpicor*, *ſuſpicor* 10 Veteres ſimiliter etiam *alicui*, *pellicus*, *illicui*, dixère; pro quibus uſitatius *allexi*, &c. 11 More verborum quartæ. Sane & Lucretius *cupiret* dixit pro *cuperet*. 12 Veriſimile eſt *ſapio* olim fuiſſe quartæ, indeque eſſe quod olim fecit *ſapivi*. Quod etiam confirmat Diomedes cum *reſipio* ait eſſe quartæ, ejuſque infinitivum eſſe *reſipire*. A *reſipiviſſe* eſt *reſipiſſe*, unde *reſipiſſe* apud Terentium, ut eſt *ſapiſti* apud Martialem, pro *ſapiviſti* vel *ſapiiſti*.

FARIO,

PARIO, peperi, partum, *pro* paritum. *Unde* pariturus *apud Ciceronem. Compoſita ejus ſunt quarta.*

QUATIO 1, *olim* quaſſi, quaſſum, ere.
Concutio, concuſſi, concuſſum : *ſic* diſcutio, *&c.*

INDUO 2, induo, indutum, ere.

STATUO, ſtatui, ſtatutum, ere.
Conſtituo, ui, tum : *ſic* inſtituo, *&c.*

ACUO, acui, acutum, ere.
Exacuo, exacui, utum, ere.

MINUO, minui, minutum, ere.
Dominuo, diminui, tum, ere.

SUO, ſui, ſutum, ſuere.
Aſſui, ui, utum : *ſic* conſuo, *&c.*

IMBUO, imbui, utum, ere.

ARGUO, argui, argutum, ere.
Redarguo, ui, tum. ere.

TRIBUO, tribui, butum, ere.
Attribuo, ui, tum : *ſic* contribuo, *&* diſtribuo.

ABLUO, ui, utum : *ſic* diluo *& cætera compoſita à* lavo, *aut antiquo* luo.

FLUO, fluxi, fluxum 3, fluere.
Affluo, xi, xum : *ſic* confluo *&c.*

PLUO, plui 4, pluere.

RUO, rui, ruitum 5, ruere.
Corruo, corrui, corrutum : *ſic* diruo, *&c.*

STRUO, ſtruxi, ſtructum, ere.
Aſtruo, xi, &um : *ſic* conſtruo, *&c.*

METUO, tui, (*olim* metutum *Lucr.*) metuere.
Premetuo, ui, ere.

LUO, lui 6, luere.

CONGRUO 7, congrui, ere.
Ingruo, ingrui, ere.

RESPUO, reſpui, reſpuere.
Exſpuo, ui, ere : *ſic* inſpuo.

NUO, *non eſt in uſu.*
Abnuo, nui, ere : *ſic* annuo, *&c.*

FRUOR, fruitus *vel* fructus ſum, frui.
Perfruor, perfruitus ſum, perfrui.

MORIOR, mortuus ſum 8, mori.
Emorior, emortuus ſum : *ſic* immorior, commorior.

ORIOR, ortus ſum 9, oriri.
Adorior, adortus ſum : *ſic* exorior, *&c.*

PATIOR, paſſus ſum, pati.
Perpetior, perpeſſus ſum, perpeti.

GRADIOR. greſſus ſum, gradi.
Aggredior, aggreſſus ſum : *ſic* congredior, *&c.*

1 *Quaſſi* non eſt in uſu extra compoſitionem. *Quaſſum* eſt apud Servium. Unde frequentativum *quaſſo*. 2 Ab *ἐνδύω*. Sic *exuo, exui, exutum*, ab *ἐκδύω*. 3 Antique & *fluctum*, unde verbale *fluctus*. 4 *Pluvi* antiquum eſt. *Ut multum pluveras.* Plaut. Imo Priſciani ætate etiam legere erat apud Livium. *Lapidibus pluviſſe, ſanguine pluvit.* Hodie in Livio eſt *pluiſſe* & *pluit*. 5 A *ruo* eſt etiam *rutum*. *Unde ruta caſa. Ruiturus* tamen eſt apud Lucanum. 6 *Luo* olim fecit *luvi*, unde *diluvium, colluvies, interluvies*. Sic à *fluo* olim fuit *fluvi*, unde *fluvius* : à *pluo pluvi*, unde *pluvia*. Porro videtur feciſſe in ſupino *luitum*, unde *luiturus*. Claud. 7 Simile eſt *batuo* & *cluo*, quæ itidem ſupino carent. 8 Participium eſt *moriturus*, quaſi à ſupino *moritum*. 9 *Ortus* eſt per ſyncopen ex inuſitato *oritus* : quomodo & *oriturus* dixit Horatius. *Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.*

QUARTA CONJUGATIO.

Verba quartæ Conjugationis habent in Præterito IVI, in Supino ITUM, us,

AUDIO, audivi, ditum, ire.
Exaudio, ivi, *itum* : *ſic* inaudio.

Excipiuntur.

VINCIO, vinxi, vinctum. ire.
Devincio, xi, tum ; *ſic* revincio.

SANCIO, ſanxi, ſanctum, & ſancitum, (*olim* ſancivi *vel* ſancii) ſancire.

FARCIO, farſi, fartum, † ire.
Infarcio, infarſi, infartum, ire.
Conſercio, conſerſi, conſertum : *ſic* Differſio, reſercio.

SARCIO, ſarſi, ſartum, ire.
Reſarcio, reſarſi, reſartum, ire.

Fulcio, fulſi, fultum, ire.
Suffulcio, ſuffulſi, ſuffultum, ire.

† Integre ſit *farcitum*, unde remanſit *farcimen*, ac Participium *farcitus* eſt apud Ciceronem. Ex *farcitum* fecêre *farſum* & *fartum*.

RAU-

RAUCIO, rauſi 1, rauſum, ire.
Irraucio, irrauſi, irrauſum, ire.
SEPIO, ſepſi 2, ſeptum, ire.
Conſepio, pſi, tum: *ſic* circumſepio, diſſepio.
SALIO 3, ſalii 4 *&* ſalui, ſaltum, ire.
Exſilio, exſilii *&* exſilui, exſultum: *ſic* deſilio, *&c.*
SINGULTIO, ivi, tum 5, ire.
SEPELIO, ſepelivi, ſepultum, ire.
FERIO, *abſque præterito* 6, *&* *ſupino.*
HAURIO, hauſi 7, hauſtum, ire.
Exhaurio, exhauſi: ſtum, ire.
AMICIO, amicui 8, *&* amixi, amictum.
PARIO *eſt tertiæ. Sed compoſita ejus ſunt quartæ, &* a *in* e *mutant, ut,*
Aperio, aperui, apertum, ire.
Operio, operui, opertum, ire.
Comperio, comperi, compertum, ire.
Reperio, reperi, repertum, ire.
SENTIO, ſenſi, ſenſum, ire.
Aſſentio, ſi, ſum: *ſic* conſentio, *&c.*
VENEO 9, venii, *ſine ſup.* venire.
VENIO, veni, ventum, ire.
Advenio, adveni, adventum: *ſic* convenio, *&c.*
GESTIO, geſtivi, *ſine ſup.* ire.
INEPTIO, ineptivi, ire.
CÆCUTIO, cæcutivi, ire.
COENATURIO, cœnaturire.
Sic dormiturio, *&* *alia meditativa dicta, præter* parturio, nupturio, eſturio, *quæ præteritum habent, ſed carent ſupino.*
Experior, expertus ſum, iri.
COMPERIOR, *ſine præter.* 10, iri.
Aſſentior, aſſenſus ſum, iri.
OPPERIOR, oppertus ſum 11, iri.
METIOR, menſus ſum 12, metiri.
Dimetior, dimenſus ſum: *ſic* emetiór.
ORDIOR, orſus ſum, ordiri.
Exordior, exorſus ſum, exordiri.

1 Apud Tullium vulgo legitur *irraucuerit*, quod fit à *raucio*. Sed Priſcianus legit *irrauſerit*: quomodo *&* *irrauſit* dixit Lucilius. 2 Livius *ſepivi*. 3 Pro *ſalto*. Nam pro *ſale conſpergo* regulam ſequitur. 4 Ex inuſitato *ſalivi* dixere *ſalui* *&* *ſalii*. Ita apud Maronem libri alii *ſaluêre*, alii *ſaliêre* habebant jam olim, ut ex Diomede *&* Priſciano videmus. 5 Utrum ſupinus ejus ſit *ſingultitum* an *ſingultum* non ſatis convenit: poſterius expreſſimus propter verbale *ſingultum*. Omnino ſatius ſit abſtinere ſupino. 6 Chariſius tamen *ferii* agnoſcit. 7 Varro etiam *haurii* dixit. Et *hauſum* pro *hauſtum* dici, argumento eſt *hauſurus* apud Maronem. 8 Interdum *&* *amicivi*. Sed *amixi* cæteris eſt uſitatius. 9 *Veneo* venit à *venum* *&* *eo*. Quod argumento eſt illud ſupino carere: quia ſupina fiunt à verbis, non verba à ſupinis. Quin *&* *venum ire* dicitur pro *ad venum*; ut *mercatum ire* pro *ad mercatum* apud Plautum. 10 Sed mutuatur præteritum à *comperio*, de quo dictum. 11 Plautus *opperitus* dixit. 12 Addunt interdum facere *metitus* ſum, atque hinc *dimetitus* eſſe apud Ciceronem. Sed in optimis libris nunc eſt *demetatus*.

OBSERVATIONES DE QUATUOR *Conjugationibus Verborum.*

I. Verba quædam, quorum vox plane eadem eſt, pro diverſâ ſignificatione, vel primæ ſunt Conjugationis, vel tertiæ; ut, *Aggero, aggeras, aggerare*: *&* *aggero, aggeris, aggerere*. Sic *appello, compello, colligo, deligo, effero, fundo, mando, nitto, obſero, volo, pando, conſternor.*

Quædam præterea quantitate differunt; ut, *dico, as, are*) *&* *dico, is, dicere*. Sic compoſita, *abdico, &* *abdico*; *indico, &* *indico*; *pradico, &* *pradico*. Similiter *lego, as, are*: *&* *lego, is, ere*. Idem compoſita, *ellĕgo &* *allego*; *relĕgo &* *relego*. Sic *educo, as, are, &* *educo, is, ere*. His adde *colo, pedo.*

Quædam

Quædam verba, ejuſdem licet ſignificationis, Conjugationem variant, ut,

* *Cieo, es.*	&	*Cio, is, ire.*
* *Denſo, as.*		*Denſeo, es.*
Excelleo, es.		* *Excello, is.*
* *Ferveo, es, ere.*		*Ferveo, is.*
* *Fodio, is, ere.*		*Fodio, is ire.*
* *Fulgeo, es, ere.*		*Fulgo, is, ere.*
* *Lavo, as.*		*Lavo, is.*
* *Lino, is, ere.*		*Linio, is, ire.*
Nexo, as.		*Nexo, is.*
* *Oleo, oles.*		*Olo, olis,* antiquum.
* *Sallo, is, ere.*		*Sallio, is, ire.*
* *Strideo es, ere.*		*Stride, is ere.*
Tergeo, es.		*Tergo, is.*
* *Morior, eris.*		*Morior, iris,* antiquum.
Orior, eris.		*Orior, iris.*
Potior, eris.		* *Potior, iris.*
* *Sono, as.*		*Sono, is,* antiquum.
* *Tueor, eris.*		*Tuor, eris.*

Sic compoſita, *Intueor, intuor, contueor, contuor, obtueor, obtuor,* &c.

* Notandum ea quæ ſtellas ſibi præfixas habent, uſitatiora eſſe aliis ſibi ex alterâ parte reſpondentibus.

Notetur etiam, *Orior* & *potior* in Infinitivo ſemper eſſe quartæ. In Indicativo vero *orior*, nunc ſemper eſſe tertiæ; *potior* autem in utraque conjugatione apud Poetas inveniri, ita ut *potitur* in tertiâ iis ſit uſitatius.

II. Interdum verba diverſa idem habent præteritum. Ut compoſita à *ſto*, & *ſiſto*.

Conſto, conſtiti.	*Conſiſto, conſtiti.*
Exſto, exſtiti.	*Exiſto, exſtiti.*
Inſto, inſtiti.	*Inſiſto, inſtiti.*
Aceo, acui.	*Acuo, acui.*
Creſco, crevi.	*Cerno, crevi.*
Frigeo, frixi.	*Frigo, frixi.*
Luceo, luxi.	*Lugeo, luxi.*
Mulceo, mulſi.	*Mulgeo, mulſi.*
Paveo, pavi.	*Paſco, pavi.*
Pendeo, pependi.	*Pendo, pependi.*
Fulgeo, fulſi.	*Fulcio, fulſi.*

Similiter interdum verba ſupino conveniunt, ut,

Creſco, cretum.	*Cerno, cretum.*
Maneo, manſum.	*Mando, is, manſum.*
Pando, paſſum.	*Potior, paſſum.*
Succenſeo, ſuccenſum.	*Succendo, ſuccenſum.*
Teneo, tentum.	*Tendo, Tentum.*
Vinco, victum.	*Vivo, victum.*

De

De Verbis Impersonalibus.

ET de Personalibus quidem hactenus dictum esto; deinceps vero de Impersonalibus dicendum, quæ Nominativum certæ personæ non recipiunt, sed mutatur Nominativus personæ in obliquis: ut quod Anglice personaliter dicimus, **I must read Virgil**; Latine impersonaliter effertur, *Oportet me legere Virgilium.*

Impersonalia igitur appellantur, non quod personâ careant, (habent enim, ut videmus, vocem tertiæ personæ tam activam, quam passivam, quamplurima) sed quia nullius personæ aut numeri certam significationem, nisi ex adjuncto Nominis vel Pronominis casu obliquo, sortiantur. Nam *Oportet me*, primæ personæ esse videtur, numerique singularis: *Oportet nos*, primæ personæ pluralis: *oportet te*, secundæ personæ singularis: *oportet vos*, secundæ pluralis: atque itidem de reliquis.

Sunt igitur Impersonalia duplicia: Activæ vocis, & Passivæ vocis.

Impersonalia Activæ vocis sunt hæc & his similia,

Est,	*Accidit,*		
Interest,	*Contingit,*	*Vacat,*	*Juvat,*
Refert,	*Evenit,*	*Præstat,*	*Constat,*
Placet,	*Expedit,*	*Restat,*	*Conducit,*
Libet,	*Liquet,*	*Decet,*	*Miseret,*
Pœnitet,	*Licet,*	*Oportet,*	*Piget,*
Tædet,	*Solet,*	*Potest,*	*Pudet.*

Denique nullum fere Verbum est tam personale, ut non idem impersonalis formam possit induere; nec è diverso. Horum tamen quædam personaliter usurpantur; ut, *Virtus placet probis. Pecunia omnia potest. Ars juvat egentes.*

Quædam vero semper manent Impersonalia; ut, *Pudet, pœnitet, oportet.* Tametsi legere est apud Terentium; *Quæ adsolent, quæque oportent signa ad salutem esse, huic omnia adesse video.*

Conjugantur autem in tertiâ personâ singulari per omnes modos. A *liquet* non exstat præteritum.

Tædet, pertæsum est format.
Miseret, & misertum est, misertum est.

Inveniuntur etiam in usu,

Placitum est,	Præterit. à	*Placet.*
Libitum est,		*Libet.*
Puditum est,		*Pudet.*
Licitum est,		*Licet.*
Pigitum est,		*Piget.*

Impersonalia passivæ vocis fiunt ab omnibus verbis activis & neutris; ut, *Curritur*, *turbatur*.

Observationes de Impersonalibus.

Verba *Impersonalia* dicta inter Defectiva numerantur à Phocâ, Donato, & Interprete ejus Servio. Et revera Impersonalia vocantur, non quod nullam certam personam significent; quomodo verba Infinita dicta, sunt Impersonalia; sed quod personis primariis, hoc est primâ secundâque, destituantur.

Nec verum est, quod dicunt, Impersonalia esse, quæ Nominativum certæ personæ non recipiunt; siquidem Impersonalia tum activæ tum passivæ vocis crebro ante se Nominativum habent. Ut, *Istoc facinus nostro generi non decet.* Plaut. *Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.* Idem. *Quem neque pudet quicquam, nec metuit quenquam.* Ter. *Quare, obsecro, nequid plus minusve faxit, quod nos post pigeat, Geta.* Idem. *Non idem mihi licet quod iis, qui nobili genere nati sunt.* Cic. *Quod licet ingratum est.* Ovid. *Nunc tertia vivitur ætas.* Idem. *Canaque sulphureis nympha natatur aquis.* Mart. *Tota mihi dormitur hyems.* Idem.

Adde quod, cum Nominativus nullus est, haud diffitendum est, casum obliquum recti munia præstare. E. g. *Miseret me tui*, idem est huic, *Ego misereor tui.* Similiter *Pœnitet me conditionis*, idem est Plautino isti, *Conditio me pœnitet.* Et *Pudet me horum*, Idem est quod Terentii, *Hæc pudent.* Imo nec incommode dicas intelligi Nominativum cognatæ significationis. Ut, *Pœnitentia pœnitet me*; *tædium tædet*; *pudor pudet*, &c. Vel Nominativum in Impersonalibus ipsis includi. Sic *licet mihi hoc facere*, *licet tibi tacere*, *oportet illud agere*, idem sonant ac *libido est mihi hoc facere*, *licitum est tibi tacere*, *opus est illud agere.* Ubi *licitum* pro Substantivo sumitur, ut *opus*. Aut denique Infinitivus, qui verba hujusmodi sequitur, Nominativi vicem supplebit. Sic *licet tibi tacere*, idem erit ac, τὸ *tacere*, *licet tibi*; sive *est res licita tibi.* *Libet mihi hoc facere*, idem quod, τὸ *facere hanc rem libet mihi.* *Oportet illud agere*, Idem ac *actio gerenda fieri debet*; *necessaria est.* Nec refert, si quædam, dum res ipsa clamat, duriuscule sic resolvantur.

Par vero ratio Impersonalium passivæ vocis, iis absque Nominativo usurpatis. Sic *fiatur*, *vivitur*, idem sunt ac *fiamus*, *vivimus*. Et illud Maronis, *usque adeo turbatur agris* (quam lectionem & Servius probat, & olim agnovit Quintilianus) non aliud est ab illo, *Usque adeo turbamur agris*, quod Jo. Pierius se reperisse scribit in antiquissimis Codicibus Vaticanis. Nec raro intelligendus Nominativus cognatæ significationis. Quomodo in *vivitur*, *vita*: in *curritur*, *cursus*: in *itur*, *iter* vel *via*: in *sedetur*, *sessio*. Sic *pugnatur* cum dico, intelligitur *pugna*. Cicero, *Ex omnibus pugnis, acerrima mihi videtur illa, quæ cum Rege pugnata est.* Eodemque pene modo dixit Sallustius, *Qua negotia multo magis, quam prælium male pugnatum à suis, regem tenebant.* Non tamen id in omnibus locum habet. Nam in isto Ciceronis, *Non est ab isto perseveratum*, *perseueratio perseveratum* Latinum non est. Sic cum Tacitus ait, *Procursum est ab hoste*: nominativus *cursus* subintelligi nequit. Et tamen in his quoque Nominativus potestate inest; cum prioris loci sententia sit *Hîc non perseveravit*, posterioris; *Hostes procurrerunt.* Quin & resolvi possint hujusmodi locutiones per *fio* & nomen verbale: *quomodo procursum est* significat *cursus fit*, *Migratum est*, *migratio fit*: *regnatum est*, *regnum fit.*

Atque ex his liquido constat Impersonalia neutiquam dici, quod non habeant ante se Nominativum certæ personæ; sed potius, ut dictum, quod personis careant. Notandum vero, defectum non tam à parte verbi,

bi, quam à rebus ei conjunctis provenire, quæ ſemper ſunt tertiæ perſonæ. Quod exinde etiam liquet, quia nonnulla Impersonalia adhuc in primâ & ſecundâ perſonâ inveniantur, *Si non dedecui tua juſſa.* Stat. *Ita nunc pudeo, atque ita paveo.* Plaut. *Miſerete mei anuis* Enn. *Arcadii miſereſcite regu.* Virg. *Adoleſcens loquere niſi piges.* Plaut. *Pœniteo* quoque pro *pœnitet me*, dixiſſe priſci videntur. Nam apud Juſtinum legimus, *Primi pœnitere cœperunt*, quod non à *pœnitet* eſt, ſed quaſi *pœniteo.* Alioqui diceret, *Primos pœnitere cœpit.* Sic Appuleius, *Quum cœperis ſero pœnitere*, pro *Cum cœperis ſero te pœnitere.*

Quin & ſpiſſus eſt iſte multorum error, cum exiſtimant Impersonalia penitus deſtitui tertiâ plurali; quâ toties uſi Veteres, præſertim in *decet*, & Impersonalibus patheticis, *Parvum parva decent.* Hor. *Quæ adſolent quæque oportent ſigna.* Ter. *Non te hæc pudent?* Idem. *Quam ſe aliena deceant.* Cic. *Hæc facta ab illo oportebant.* Ter. *Semper metuit quem ſæva pudebunt.* Luc. Nec obſcurior res in Impersonalibus paſſivæ vocis. *Quo in genere multa peccantur.* Cic. *Noctes vigilantur amaræ.* Ovid. *In cæteris gentibus quæ regnantur.* Tac. *Sacris piſcibus hæ natantur undæ.* Mart.

DE GERUNDIIS.

GErundia porro voces participiales vocari poſſunt, quod ſimilia participiis ſunt: ſicut proverbialia dicimus, quæ ſunt ſimilia proverbiis.

Proinde quia parum videbamus convenire inter Grammaticos, utrum ad verba, an ad participia propius pertineant, hic in confinio utriuſque partis relinquimus; ut, utri velint, ſeſe regno addicant.

Porro à nomine caſum, à verbo agendi, vel patiendi, vel neutrius, ſignificationem accipiunt.

Et quia temporum nec diſcrimen diſcretis vocibus recipiunt, neque numeros aut perſonas admittunt, ideo nec juſta verba eſſe poſſunt, nec participia.

Gerundii terminationes ſunt tres, { *Di*, Genitivi caſus. / *Do*, Dativi & Ablativi. / *Dum*, Nominativi & Accuſativi.

Gerundia autem active majori ex Parte ſignificare, nulli dubium eſt, licet interdum etiam paſſive ſignificent. Cujus rei exempla erunt iſta: *Athenas quoque miſſus erudiendi causâ*: id eſt, *ut erudiretur. Uriſque videndo fœmina*: id eſt, *dum videtur. Satis ad cognoſcendum illuſtria*: id eſt, *ut cognoſcantur. Ars ad diſcendum facilis*: id eſt, *ut diſcatur.*

Obſervationes de Gerundiis.

Gerundia Sanctio, Scioppio, & Voſſio, ſunt nomina verbalia Adjectiva verbi ſtructuram ſervantia. Nomina eſſe liquet quia caſibus variantur. Dicitur enim in Nom. *Diendum eſt*; in Genitivo *dicendi cauſa*; in Dativo *dicendo apta*; in Accuſativo *ad dicendum*; in Ablativo *dicendo conſequi.* Cauſam autem ſtructuræ ita explicant. Cum Gerundia ſint Adjectiva, nulla autem Adjectiva per ſe in oratione ſubſiſtant, neceſſario conſentient cum Subſtantivo intellecto: quod non aliud eſt quam Infinitivus

ejuſdem Originis, quem reſpicere & quodammodo includere videntur, quemadmodum & multa verba Accuſativum regunt ſuæ originis etſi non exprimatur. Sic cum dico *Pugnandum eſt*, ſubintelligi debet *pugnare*; nam *pugnandum eſt pugnare*, idem prorſus eſt ac *pugnanda eſt pugna*. Utique ſi dico *pugnandum eſt pugnam*, *pugnare* itidem ſubintelligitur; ſed tum conſtructio erit duplex, ſic *pugnare pugnam* eſt pro *pugnatio pugnam*, ut *factio hanc rem*. Eodem modo alios loquendi modos exponunt: ut, *Tempus videndi Lunæ*, *tempus legendi Librorum*, &c. Nam dicunt *videndi* ſupponere *videre*, acſi eſſet *tempus viſionis*, & *videre* ut Subſtantivum regere Genitivum *Lunæ*, ſic *tempus videndi videre Lunæ*, idem erit ac, *Tempus videndæ viſionis Lunæ*.

Verum ſententia hæc non omnes prorſus difficultates exhaurit. Nam quod dicunt ſubintelligi Infinitivum, à quo tanquam nomine verbali Genitivus vel Accuſativus regatur, nullo fundamento innititur, quodque non ſine abſurditate exprimi poſſit, ut, *Legendum eſt legere*: *tempus videndi videre*, & ſimilia.

Deinde cum dicunt Infinitivum, tanquam nomen Verbale, caſum ſequentem regere, annon melius dici poſſit ipſum Gerundium Subſtantivum eſſe, & caſum ab eo potius pendere quam ab Infinitivo intellecto.

I. Dicimus itaque Gerundia eſſe Nomina Verbalia Subſtantiva ab Adjectivo ſeu Participio ejuſdem terminationis deſumta, quæ agendi ſignificationi neceſſitatis ſeu officii ſpeciem quandam ſuperaddunt. Sic *pugnandum eſt* idem fere erit ac *pugnare oportet*. Quanquam interdum, neceſſitatis ſignificatione omiſſâ, actio tantum ſignificetur, ut *cantando rumpitur anguis*.

Nec mirum videri debet, quod Gerundia Subſtantiva eſſe dicimus, cum in omnibus linguis nihil magis familiare ſit, quam ut Neutra Adjectiva Subſtantivorum naturam induant.

His ita poſitis, facile erit in ſtructuræ ſupradictæ cauſam penetrare. Nam cum dico, *pugnandum eſt*, *legendum eſt*, idem eſt ac ſi dicerem, *pugna eſt*, *lectio eſt*, neceſſitatis ſpecie ſuperadditâ, quam in Gerundiis includi diximus.

Cum autem dico, *legendum eſt libros*, eadem conſtructio eſt, ac *lectio libros*, ut Plautus dixit *factio hanc rem*, & Cæſar *reditio domum*. Porro cum dico *tempus eſt videndi Lunæ*, idem erit ac *tempus viſionis Lunæ*. Cum Genitivus à Subſtantivo rectus frequenter & alium regat, ut, *Famne ſentis bellua, qua ſit hominum querela frontis tuæ?* Cic. *Conſul eſt deſignatus maximâ orbitate reipublicæ virorum talium?* Idem.

Hinc etiam videmus cur de feminâ pariter & mare dicimus, *cupidus ſum videndi tui*, & non *videnda*, nempe cum Pronomina *mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*, Adjectiva non admittant, idem eſt ac *Cupidus ſum viſionis tuiipſius*, quæ ſimilis conſtructio eſt ac *tempus videndi Lunæ*. Ita Terentius de feminâ dixit, *Ego ejus videndi cupidus retta ſequor*. Et Ovidius, *Et ſpem placandi dantque adimuntque tui*.

Hinc etiam patet magis eſſe Latinum *amandi ſunt boni*, quam *amandum eſt bonos*, quia Nomina verbalia non adeo verborum ſuorum ſtructuram purioribus temporibus conſervârunt.

II. Porro & hinc lucem fœnerat quæſtio iſta, an Gerundia active vel paſſive accipiantur. Nam cum Infinitivi, vel alterius nominis verbalis loco ſint, ſi Infinitivus vel nomen verbale, per quod exponuntur, activa ſunt, ea etiam erunt activa, ſi paſſiva, Gerundia etiam paſſive ſumentur. Sic cum Virgilius dixit, *Quis talia fando temperet à lacrymis?* cum *fando* ibidem pro *fari* ſit, *in fando* vel *in fari talia*, erit etiam activum.

At cum Cicero dicit, *Locus ad agendum ampliſſimus*, cum *agendum* hic ponatur pro *actio*, hoc eſt, ut *actio habeatur*, videatur paſſivum. Quanquam inter actionem & paſſionem levis adeo differentia intercedat, ut pro diverſo reſpectu in utroque ſenſu ſumi poſſint.

Hinc denique difficiles quoſdam loquendi modos commode exponas.

Ut,

Ut, Uritque videndo femina, Virg. hoc eſt, *in videre*, vel *in viſu ipſius*, pro *dum videtur*. *Annulus in digito ſubter tenuatur habendo*, Lucret. pro *dum habetur*. *Cum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur*, Sall. hoc eſt, *ad imperari*, vel *ut ei imperaretur*, ut exponit Servius, Manucius, Alciatus, & Sanctius. Quin & Cicero, eodem loquendi modo uſus eſt, *Nunc ades ad imperandum vel parendum potius, ſic enim antiqui loquebantur*, id eſt, *ad imperari*, vel *ut tibi imperetur, & ut tu pareas*. Ex quo patet uſum Gerundiorum, olim alium fuiſſe quam nunc eſt, & naturam eorum aliam eſſe quam vulgo exiſtimant.

DE SUPINIS.

SUpina quoque merito participialia verba dicuntur, omniaque cum Gerundii vocibus communia habent. Exeunt autem, prius in *um*, poſterius in *u*; ut, *Viſum, viſu*. Significant autem, prius quidem fere active (ſicut in Rudimentis dictum eſt) poſterius vero paſſive.

Obſervationes de Supinis.

Supina etiam, non minus quam Gerundia, nomina verbalia ſunt, quæ verborum ſuorum ſtructuram retinent. Sequuntur autem quartam declinationem, & caſibus ſequentibus variantur, Nominativo, *Amatum eſt, ventum eſt*. Dativo; *Horrendum auditu, mirabile viſu*, pro *auditui, viſui*. Accuſativo; *Amatum eſſe, ventum fuiſſe, eo ſpectatum*. Ablativo; *Dictu opus eſt*, Ter. *Parvum dictu*. Plin.

Subſtantiva cum ſint, genus ſuum nunquam mutant. Ut, *Vitam ire perditum*, Liv. & non *perditam*. *Latrocinia ire ſublatum*, Liv. & non *ſublata*. *Nutricem accerſitum iit*, Ter. *Qui poſtquam audierat, non datum iri filio uxorem ſuo*, Ter. *Vaticinatus eſt madefactum iri Graciam ſanguine*.

Supina in UM, motum aliquem ſemper ſignificant; qui aliquando occultus eſt; ut, *dare nuptum filiam*. ubi mutatio familiæ denotatur. Ubi vero nullus ſignificatur motus, ibi erit Accuſativus Participii, non Supini; ut, *Inventum & adductum curabo*, Ter.

II. Porro Supina in UM, plurimum quidem active exponuntur, Licet interdum etiam paſſive ſignificent; ut, *Mulier quæ ante diem quartum uſurpatum iſſet*, Gell. hoc eſt, *ad uſurpatum*, vel *ad uſurpari*, pro *uſurpata fuiſſet*.

Ita in U paſſionem plurimum ſignificant; quamvis & aliquando per activum exponi debent, ut *Forenſes uvæ celeres proventu*. Plin.

Circumlocutio per *ire* nullum tempus notat, ſed cum omnibus indifferenter jungi poteſt, ut, *Gaudes cœnatum ire, Gaudebis cœnatum ire, gaviſa fuit cœnatum ire*. Ea vero quæ fit per Infinitivum *iri*, futurum plurimum notat. Ut, *Brutum, ut ſcribis, uſum iri à me puto*, Cic. *Et ſine operâ tuâ illam deductum iri domum*, Ter. Circumlocutio autem per Infinitivum *ire* locum non habet, niſi & eadem in Indicativo uſurpari poſſit. Sic rectum non eſt, *puto te eum locum intellectum ire*, quia non dicitur *eo intellectum*. Hoc tamen non impedit quo minus dicamus, *puto eum locum intellectum iri*, ut dixit Cæſar, *Ipſi nihil nocitum ire reſpondit*; unde videre eſt locutionem paſſivam activâ multo uſitatiorem eſſe.

III. Proxima eſt ut de Supinorum ſtructurâ diſquiramus. Atqui ſuperius diximus ea ut Nomina verbalia caſum verborum ſuorum regere. Ut, *Me ultro accuſatum advenit*, Ter. *Graiis ſervitum matribus ibo*, Virg. quod ut antea dictum, commune erat omnibus Nominibus à Verbis derivatis.

Hinc *Quid tibi curatio eſt hanc rem?* Plaut. *Quid tibi hanc aditio eſt?* Id. *Reditio domum.* Cæſ. *Traditio alteri.* Cic.

Verum & ipſa à Prepoſitione ſubintellectâ dependent. Nam ut dico, *Eo Romam*, pro *ad Romam*; ita *ducitur immolatum*, pro *ad immolatum*, vel *ad immolationem*; *Eo perditum*, pro *ad perditum*, vel *ad perditionem*. Quod ſi caſus verbi adjiciatur: ut, *Vitam tuam perditum ire properat*, Liv. *vitam* regitur à *perditum*, eâdem conſtructione quâ, *tactio*, *curatio*, &c. olim cum Accuſativo verborum conſtruebantur.

Interim diſſimulandum non eſt, reperiri etiam apud auctores loquutiones quaſdam, quæ participio huic noſtro refragari videantur. Ut, *Contumelia quæ mihi factum itur*, Cat. *Reus damnatum ire videbatur*, Quint. *Mihi prada videbatur perditum iri*, Plaut. &c. quos omnes locos Scioppius corrupte legi putat, contra librorum omnium fidem. Eorum autem rationem hoc modo expedimus. *Reus damnatum iri videbatur*, id eſt, *Reus videbatur iri ad damnatum*, pro *ad damnationem*. Nam *iri* eodem modo conſtrui poteſt ac *duci*, cum facile probari poſſit *eo* poſſe eſſe activum, & habere paſſivum ſuum, ut *itur*, *iri*, &c.

Quod magis contra Scioppium facit, qui probat ipſe recte dici *eor* in primâ perſonâ. Ita cum dico, *Contumelia quæ mihi factum itur*, *contumelia* eſt Nominativus *itur*, & reſolvi poteſt hoc modo, *contumelia quæ itur ad factum* (ut *ad factionem*) *ſe* vel *ſui*; quippe *factio ſe* vel *ſui* non minus incongrue dici poſſit, quam *curatio hanc rem* vel *hujus rei*.

Hinc etiam hujuſmodi phraſeos ratio petenda eſt, *Cohortes quæ ex Piceno venerunt ad me miſſum facias*, hoc eſt, *facias miſſum*, vel *miſſionem cohortes*, *ut tactio hanc rem*.

IV. Supina etiam in U à Præpoſitione reguntur: ut, *auditu jucunda* pro *in auditu*, *pulcher viſu*, pro *in viſu*, vel *in videndo*. Non raro etiam à Præpoſitione *à* dependent, ut *primus cubitu ſurgat*, Cat. pro *à cubitu*.

Interdum loco Supini in U Accuſativus ſolus ponitur, vel Gerundium cum Præpoſitione: ut, *Feſſis leviora tolli Pergama Græiis*. Hor. pro *ſublatu*. *Cibus ad coquendum facillimus*, Cic. hoc eſt, *coctu*.

Nec verum eſt, quod Valla putabat, Supinum hoc non poſſe exponi per Verbale. Nam ut Fabius dixit, *Lyricorum Horatius fere ſolus legi dignus*, pro *lectu*: ita Gellius, *Dignus ſane Seneca videatur lectione*: Et Cicero, *in rebus cognitione dignis*. *Orationculam inopem nec ſcriptione dignam*.

Uſurpatur etiam Gerundium in DO, contra quam Valla putat, pro Supino hoc, vel verbali in IO; ut, *Iidem traducti à diſputando ad dicendum inopes reperiantur*, Cic. pro *à diſputatione*. Et ratio eſt, quia cum Gerundia, Supina, & quandoque Infinitivus, Nomina verbalia ſint, nihil magis familiare ſit quam Nomen unum pro altero ejuſdem originis uſurpare.

DE PARTICIPIO.

PArticipium eſt pars orationis inflexa caſu; quæ à Nomine, genera, caſus, & declinationem; à Verbo, tempora & ſignificationes; ab utroque, numerum & figuram accipit.

ACCIDENTIA PARTICIPIO.

Accidunt Participio ſeptem, { Caſus, Genus, Declinatio, Tempus, } { Significatio. Numerus. Figura.

De

De genere autem, & caſu, & declinatione, idem hic ſtatuendum, quod ſupra in Nomine eſt traditum.

TEMPUS.

Tempora Participiorum ſunt quatuor.

Præſens in *ans* vel *ens*: ut, *Amans, legens.*

Cæterum *iens*, Participium ab *Eo*, ſimplex raro legitur in Nominativo: ſed *euntis, eunti, euntem, eunte*, in obliquis: compoſita vero Nominativum quidem in *iens* finitum habent, Genitivum autem in *euntis*: ut, *Abiens, abeuntis*: *Rediens, redeuntis*: præter unum, *Ambiens, Ambientis.*

Hanc formam ſequuntur & horum Gerundia; ut, *Abeundi, abeundo, abeundum*: præter *Ambiendi, ambiendo, ambiendum.*

Præteritum vero in { *Tus, Sus, Xus,* } ut, { *Doctus. Viſus. Nexus.* }

Futurum autem duplex: Alterum quidem in *rus*, activæ ut plurimum ſignificationis, aut neutralis; ut, *Lecturus, curſurus*: Alterum vero in *dus*, paſſive ſignificationis ſemper: ut, *Legendus.*

SIGNIFICATIO.

Active ſignificant ea Participia quæ ab activis cadunt: ut, *Docens, docturus*; *Verberans, Verberaturus.*

A neutris cadentia neutraliter ſignificant: ut, *Currens, curſurus*; *Dolens, dolituras.*

A quibuſdam neutris reperiuntur etiam Participia in *dus*; ut, *Dubitandus, vigilandus, curendus, dolendus.*

Paſſive ſignificant, quæ à paſſivis deſcendunt: ut, *Lectus, legendus*; *auditus, audiendus.*

Fiunt & Participia paſſiva ab hujuſmodi neutris quorum tertiæ perſonæ paſſive uſurpantur: *Aratur terra.* Hinc, *arata & aranda terra.*

Participia formata à Deponentibus, imitantur ſignificationem ſuorum verborum: ut, *Loquens, loquutus, loquuturus, à loquor.*

Deponentibus quæ olim communia fuerunt, manet Participium futuri in *dus*: ut,

Sequendus, Loquendus, { *Utendus, Patiendus,* } { *Obliviſcendus,* & alia id genus. }

Habent & deponentia præteriti temporis Participia quæ nunc active nunc paſſive ſignificant: ut,

Virgil. *Nunc oblita mihi tot carmina.*

Terent. *Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda.*

Virgil. ——*mentitaque tela agnoſcunt.*

Communium denique verborum Participia ipſorum ſignificationem induunt: ut, *Criminans*, *criminatus*, *criminaturus*; *criminandus*.

Ab Impersonalibus nulla extant Participia, præter *Pœnitens*, *decens*, *libens*, *pertæſus*, *pœnitendus*, *pudendus*.

Hæc Participia præter analogiam, à verbis ſuis deducuntur, *Pariturus*, *neſciturus*, *ſonaturus*, *arguiturus*, *luiturus*, *eruiturus*, *noſciturus*, *moriturus*, *oriturus*, *oſurus*, *futurus*.

Similia Participiis ſunt iſta, *Tunicatus*, *togatus*, *perſonatus*, *larvatus*, & innumera ejus ſortis vocabula, quæ à nominibus, non à verbis deducuntur.

NUMERUS.

Eſt & numerus in Participiis ut in nomine: Singularis, ut *Legens*: Pluralis, ut *Legentes*.

DE FIGURA.

Figura eſt duplex; Simplex, ut, *Spirans*: Compoſita, ut, *Reſpirans*.

Participia aliquando degenerant in nomina Participialia; vel cum alium caſum quam ſuum verbum regunt: ut,

Abundans lactis, *Alieni*, *appetens*, } { *Patiens inediæ*, *Fugitans litium*.

Vel cum componuntur cum dictionibus, cum quibus ipſorum verba componi non poſſunt: ut, *Infans*, *indoctus*, *innocens*, *ineptus*.

Vel cum comparantur: ut, { *Amans*, *Amantior*, *Amantiſſimus*. } { *Doctus*, *Doctior*, *Doctiſſimus*.

Vel cum tempus ſignificare deſinunt: ut,

Expectem qui me nunquam viſurus abiſti? hoc eſt, *Qui eo animo diſceſſiſti, ut me amplius non videres.*

Nullam mentionem fecit cometarum, nil prætermiſſurus, ſi quid explorati haberet? id eſt, *ita affectus, ut non prætermitteret.*

Amandus eſt doctiſſimus quiſque: id eſt, *dignus*, vel *debet amari*. *Vita laudata*, id eſt, *laudabilis*.

Ejicienda eſt hæc mollities animi: id eſt, *debet ejici*.

Participia præſentis temporis non raro fiunt Subſtantiva nomina. Modo in maſculino genere: ut, *Oriens*, *occidens*, *profluens*, *confluens*: Modo in feminino: ut, *conſonans*, *continens*: Modo in neutro: ut, *contingens*, *accidens*, *antecedens*, *conſequens*: Modo in communi genere pro verbalibus in *tor* vel *trix*? ut, *appetens*, *diligens*, *ſitiens*, *indulgens*.

Animans, modo femininum, modo neutrum reperitur.

Obſer-

Obſervationes de Participiis.

Supra dictum eſt Participia Deponentium tam Præterita quam futura in *rus* actionem ſignare; ut, *ſecutus*, *ſecuturus*. Quod tamen perpetuum non eſt. Nam præterita in *us* non raro paſſionem ſignificant: nempe quia communia olim fuerunt. Hujuſmodi inter alia ſunt, quæ literarum ſerie ſubjiciuntur.

Silvula Participiorum in us, *quæ à Deponentibus formata paſſive aliquando ſignificant.*

Adeptus. Senectutem ut adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adeptam. *Cic.* Ne cadat & multas palmas inhoneſtet adeptas. *Ovid.*

Adortus. Ab his Gallos adortos. *Aurel. apud Priſc.*

Aggreſſus. Facillimis quibuſque aggreſſis. *Juſt.*

Antegreſſus. Cauſas antegreſſas, & cauſis antegreſſis, *occurrunt apud Cic.*

Arbitratus. Arbitrata quæſtio. *Gell.*

Aſſenſus. Sapiens multa ſequitur probabilia non comprehenſa, non percepta, non aſſenſa, ſed ſimilia veri. *Cic.* De religione Bibulo aſſenſum eſt. *Idem.*

Auxiliatus. A me auxiliatus ſi eſt. *Lucil. apud Priſcian.*

Blanditus. Blanditus labor. *Varr. ſecun. Priſcian.*

Comitatus. Uno comitatus Achate. *Virg.* Quod ex urbe parum comitatus exierit.

Commentatus. Diu & multis lucubratiunculis commentatâ oratione. *Qu. Cic.*

Complexus. Quo uno maledicto ſcelera omnia complexa videantur. *Cic.*

Conatus. Ne literæ interceptæ conata palam facerent. *Liv.*

Confeſſus. Confeſſa res & manifeſta. *Cic.*

Conſolatus. Sic conſolatis militibus, *&c. Juſt.*

Cunctatus. Fides cunctata eſt. *Stat.*

Depaſtus. Depaſtam arborem relinquunt. *Plin.* Depaſta altaria liquit. *Virg.*

Deprecatus. Deprecati belli promiſſio. *Juſt.*

Deſpicatus. Quæ nos noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam. *Ter.*

Deteſtatus. Bella matribus deteſtata. *Horatius.*

Dignatus. Tali honore dignati ſunt. *Cic.* Conjugio dignare ſuperbo. *Virg.*

Dilargitus. Dilargitis proſcriptorum bonis. *Sall.*

Eblanditus. Eblanditæ preces. *Plin.* Eblandita ſuffragia. *Cic.*

Effatus. Interpretari vatum effata incognita. *Cic.*

Execratus. Eamus omnes execrata civitas. *Hor.*

Executus. Executo regis imperio. *Juſt.*

Exorſus. Sua cuique exorſa laborem, fortunamque ferent. *Virg.*

Expertus. Multa inventa expertaque in hoc ſunt bona. *Att.* Fortunam ſæpius clade Romam expertam. *Tacit.*

Fabricatus. Manibus fabricata Cyclopum. *Ovid.*

Imitatus. Vide imitor.

Interpretatus. Interpretatum nomen Græcum tenemus.

Intutus. Intutam urbem. *Liv.*

Lamentatus. Fata per urbem lamentata diu. *Sil. Ital.*

Menſus. Spatia menſa, quia conficiunt curſus Lunæ, menſes vocantur. *Cic.* Sic *dimenſus.* Mirari ſe diligentiam ejus à quo eſſent iſta dimenſa. *Id.*

Mentitus. Mentita & falſa plenaque erroris. *Cic. Sic* ementitis auſpiciis. *Id.*

Mercatus. Trullam unam mercatam à matre-familias. *Plin.*

Meritus. Quæ cannis corona merita? *Plin.*

Metatus. Metato in agello. *Hor. Cic.* immetata jugera. *Id.*

Moratus. Sæpe ſimultates ira moratæ facit. *Ovid.*

Oblitus. Nunc oblita mihi tot carmina. *Virg.*

Opinatus. Improviſa nec opinata nobis. *Cic. Sic* inopinatus, *quod ſemper eo more accipitur.*

Pactus. Ex quo deſtituit Deos mercede

cede pactâ Laomedon. *Horat.* *Sic reperitur* pacta conventa, *ſine conjunctione apud Ciceronem.* *Et* pacti & conventi formula. *Idem.*

Partitus. Partitis copiis. *Caſ.*

Pollicitus. Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. *Ovidius.*

Profeſſus. Solaque deformem culpa profeſſa facit. *Ovid.*

Stipulatus. Stipulata pecunia. *Cic.*

Teſtatus. Res ita notas, ita teſtatas. *Cic.*

Eſt vero ubi ſimplex quidem active ſemper accipiatur; compoſita autem ſemper paſſive. Fit hoc in *ultus*, & *inultus*. Quod videas etiam uſu venire in neutris. Nam *auſus* activum eſt, *inauſus* paſſivum.

II. Impersonalia etiam ſua habent Participia.

In *ns*; ut *pœnitens*; quod crebrum eſt. *Pudens*, apud Horatium & Terentium.

In *rum*; ut, *Nihilo magis ei liciturum eſſe Plebeio quam*, &c. Cic. *Cum puderet vos, tanquam puditurum eſſet extinctos.* Fabius quoque indicat, Salluſtium ſcripſiſſe *pœniturum* pro *pœnitentiam acturum*. Analogia tamen requirit *pœnititurum*, quomodo Fabium ſcripſiſſe veriſimile eſt.

In *um*; quorum alia veniunt ab activæ vocis Impersonalibus, ut *miſertum*, *pertæſum*, *libitum*, *licitum*, & ſimilia. Alia à Paſſivis, ut à *pugnatur*, *pugnatum eſt*; à *curritur*, *curſum eſt*; Quæ magis frequentia ſunt. Quædam & à Deponentibus, ut *veritum eſt*. Cic.

In *dus*; ut, *Haud pœnitendus labor. Induci ad pudendum & pigendum.* Cic. Sic *dormiendus à dormitur*, *regnandus à regnatur*, *jurandus à juratur*, *vigilandus à vigilatur*, & ſimilia.

Porro longe plurima ſunt Participia vocis paſſivæ, quæ vulgo creduntur à verbis integris deſcendere, cum revera oriuntur ab Impersonalibus: à verbis nempe quæ perſonis quibuſdam deſtituuntur. Ejuſmodi ſunt, *ceſſatus*, *erratus*, *conſpiratus*, quæ non poſſunt venire à *ceſſor*, *error*, *conſpiror*; quia non ſunt in uſu: ſed à *ceſſatur*, *erratur*, *conſpiratur*: indeque Præteritorum circumlocutio, *ceſſatum eſt*, *erratum eſt*, *conſpiratum fuerat*.

Quædam etiam formantur ab Impersonalibus inuſitatis. Nam *obſolefcitur* non eſt in uſu: inde tamen Participium *obſoletus*. Nec ab *occido*, media correpta, dicitur *occiditur*: attamen hinc *occaſus*.

Horum Silvulam jubjiciemus; poſtquam id notaverimus, ea ſæpius amiſſâ temporis ſignificatione fieri Nomina, & quandoque etiam fere ſenſu activo uſurpari.

Silvula Nominum ſive Participiorum in us, *quorum verba vel rara ſunt, vel inuſitata.*

Adultus. Apud paſtores adultus. *Juſt.* Adulta virgo. *Cic.*

Anteceſſus. In anteceſſum dabo. *Sen.*

Ceſſatus. Ceſſatis in arvis. *Ovid.*

Circuitus. Circuitis hoſtium caſtris. *Cic.*

Cœnatus. Cœnato mihi & dormienti reddita illa eſt epiſtola. *Cic.*

Cœptus. Cœptum igitur per eos, deſitum eſt per hunc. *Cic.* Cœpta eſt oratio fieri. *Id.* Ante potitam pecuniam quæ eſſet cœpta deberi. *Id.*

Commentatus. Commentatâ oratione *Qu. Cic.*

Concretus. Cujus ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit. *Gellius.*

Conſpiratus. Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt. *Suet.*

Decretus, ut, *concretus.* Nocte denique decretum & auctum. *Liv. vel potius Lævius apud Priſcianum.* *Quomodo nec idem refugiſſet.*, Lunâ decretâ, *vel* oſtreis decretis.

Deceſſus. Cuſtodibus deceſſis, multi interficiuntur. *Cæcilius*, *vel potius Cælius apud Priſcianum.*

Decurſus. Decurſo ſpatio à calce ad carceres revocari. *Cic.* Decurſo lumine vitæ. *Lucr.* Jam leone decurſo. *Solin.*

Defla-

Deflagratus. Fana flammâ deflagrata. *Ennius apud Cic.*

Defitus. Defitum eſt. *Cic.* Papiſius eſt vocari defitus. *Id.*

Emeritus. Emeritus miles. *Luc.* Emeritam puppim. *Mart.*

Emerſus. E cœno emerſus.

Erratus. Pererratis finibus. *Virg.*

Evaſus. Exercitum cæſum, evaſumque ſe eſſe. *Liv.*

Excretus. Excretos prohibent à matribus hœdos. *Virg.*

Exoletus. Exoleta annalium vetuſtate exempla. *Liv.*

Feſtinatus. Mors feſtinata. *Tac.* Feſtinatis honoribus. *Plin.*

Inſervitus. Nihil eſt à me inſervitum temporis causâ. *Cic.*

Interitus. Interitis multis. *Quadrigar. apud Priſc.*

Inveteratus. Inveterata querela. *Cic.* Inveterata amicitia. *Id.*

Juratus. Qui mihi juratus eſt argentum dare. *Plaut.* Non ſum jurata. *Turp. apud Diomed.* Malo ei jurato ſuo, quam imperato aliorum tabellas committere. *Cic. Hic tamen non mirum eſt, quia dicitur etiam* juror; *unde* juratur, *Luc. &* jurabere. *Stat.*

Laboratus. Arte laboratæ veſtes. *Virg.*

Nuptus. Nova nupta. *Ter.* Novus nuptus. *Plaut.*

Obitus. Morte obitâ. *Cic. Virg. Tac.*

Obſoletus. Obſoletum amicum. *Curt.*

Sic autem vocatur, quo quis ab longo tempore uti ſolet. Ut hoc quoque oſtendat potius eſſe à ſoleo, quam ab oleo.

Occaſus. ὁ δύσις. Ante Solem occaſum. *Plaut. unde Gell. inquit,* non inſuavi venuſtate eſt, ſi quis aurem habeat non ſordidam, nec proculcatam.

Placitus. Ubi ſunt cognitæ placitæ ſunt. *Ter.*

Pranſus, potus. Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. *Cic.*

Prabitus. Ubi quoque Romæ ingens præbitus terror. *Liv.*

Properatus. Carmina properata. *Ovid. Sic dixit etiam Plinius.* Delubra occulta celeritate properantur. *Reperitur etiam Participium* properandus. *Virg. Val. Flac.*

Redundatus. Redundatas flumine cogit aquas. *Ovid.*

Regnatus. Regnata per arva. *Virg. Sed Tacitus etiam dixit,* In cæteris gentibus quæ regnantur.

Requietus. Requietum volunt arvum. *Colum.* Animi meliores requieti ſurgent. *Sen.*

Senectus. ὁ γηρᾶς. Senecto corpore. *Sall.*

Succeſſus. Cum omnia meâ causâ mihi velles ſucceſſa, tum etiam tuâ. *Cic.*

Titubatus. Veſtigia titubata ſolo. *Virg.*

Triumphatus. Triumphatis Medis. *Hor.* Triumphatâ Corintho. *Virg.*

Vigilatus. Vigilatæ noctes. *Ovid. Reperitur etiam* Vigilandæ noctes *apud Quint. Sic etiam ab* evigilo, Evigilata conſilia. *Cic.*

DE ADVERBIO.

ADverbium * eſt pars orationis non flexa, quæ adjecta verbo ſenſum ejus perficit atque explanat.

Explanat etiam interdum & nomen: ut, *Homo egregie impudens. Ne parum ſis leno. Nimium Philoſophus.* Aliquoties & Adverbium: ut, *parum honeſte ſe gerit.*

ACCIDENTIA ADVERBIO.

Adverbio accidunt, Significatio, Comparatio, Species, Figura.

* Ut ſe habet Adjectivum ratione Subſtantivi, atque inde Adjectivum dicitur; ita & ſe habet Adverbium ratione Verbi, ac propterea Adverbium vocatur; nempe quia plurimum adjicitur Verbo, ad declarandum ejus modum; præcipue vero actionis & paſſionis circumſtantiam.

Signi-

Significationis varietas ex Verborum circumſtantiis colligenda eſt.

In loco ſignificant, *Hîc, illîc, iſtîc, intûs, foris, uſquam, nuſquam, ubi, ubique, ubicunque, ubilibet, utrobique, ubivis, ubiubi, ibi, alibi, alicubi, necubi, ſicubi, inibi, ibidem, inferius, ſuperius.*

Ad locum reſpiciunt, *Huc, illuc, iſtuc, intro, alio, quo, aliquo, nequo, quoquo, ſiquo, eo, eodem, quolibet, quovis, quocunque* [1], *foras, horſum, aliorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum, utroque, neutro, quoqueverſum.*

A loco denotant, *Hinc, illinc, iſtinc, intus, foris, inde, unde, aliunde, alicunde, ſicunde, indidem, undelibet, undevis, undecunque, ſuperne, inferne, cælitus, ſunditus.*

Denique per locum innuunt, *Hac* [2], *illac, iſtac, quacunque, ea, eadem, alia, aliqua, ſiqua, nequa, quaqua* [3].

Adverbia temporis ſunt, *Dum, quum, quando, aliquando, quamdiu, dudum, quamdudum, jamdudum, quampridem, jampridem, uſque, quouſque, toties, quoties, aliquoties, heri, hodie, cras, pridie, poſtridie, perendie, mane, veſperi, nudiuſtertius* [4], *nudiuſquartus, nudiuſquintus*, &c. *Diu, noctu, interdiu, nunc, jam, nuper, alias, olim, item, pridem, tantiſper, pauliſper, parumper, ſæpe, raro, ſubinde, identidem, plerumque, quotidie, quotannis, nunquam, unquam, adhuc, etiam* pro *adhuc, hactenus, in-dies, in-horas, ut-primum, quam-primum, ſimulac, ſimulatque.*

Uſque temporis & loci adverbium eſt: ut, *Uſque ſub obſcurum noctis. Ab Æthopiâ eſt uſque hæc.* Eſt & *ubi* pro *ſemper aut continue* ponitur, ut, *uſque-metu micuêre ſinus.*

Adverbia numeri: ut, *Semel, bis, ter, quater, quinquies, ſexties, ſepties, vigeſies,* vel *vicies; trigeſies,* vel *tricies; quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, centies, millies, infinities.*

Ordinis ſunt, *Inde, deinde, hinc, dehinc, deinceps, noviſſime, inprimis, poſtremo, primum, jamprimum, denique, demum, tandem, adſummum.*

Adverbia interrogandi ſunt, *Cur, quamobrem, quare, quomodo, ecquid, quin* pro *cur non, num, quid ita, quo, unde, quantum?*

Vocandi ſunt, *Heûs, ô, eho,* & ſiqua ſunt ſimilia.

1 Horum pleraque verius ſunt Nomina quam Adverbia: ut, *quo, aliquo, quocunque,* puta *loco*: imo & *huc* pro *ad hoc*, & quædam alia. 2 In hiſce omnibus reſpicitur ad nomen *via*. 3 Adverbia loci, ſæpius ponuntur pro relativo. *Quare iſtum, ubi hic eſt natus, plus amabo poſthac locum. Ubi* pro *in quo.* Cic. *Mercator hoc addebat, è prædonibus, unde emerat, ſe audiſſe abreptam à Sunio. Unde* pro *à quibus.* Ter. Quædam etiam Adverbia loci tempus aliquando ſignificant. *Ubi vidit homo me eſſe in tantum honorem, ibi cæpit me obſecrare*, &c. Ter. 4 hujuſmodi nihil Adverbii habere videntur, niſi quod *nunc* in *nudius* inſit. Nam dicitur quaſi *nunc dies.*

Negandi:

Negandi: ut, *Haud*, *non* [1], *minime*, *nequaquam*, *ne* pro *non*, & ſimilia [2].

Affirmandi: *ut*, *Etiam*, *ſic*, *quidni*, *ſane*, *prorſus*, *nempe*, *nimirum*, *certe*, *profecto*, *adeo*, *plane*, *ſcilicet* [3].

Jurandi: ut, *hercle*, *mehercle*, *medius-fidius*, *Dius-fidius*, *Pol*, *ædepol*, *caſtor*, *ecaſtor*.

Hortandi: ut, *Age* [4], *ſodes*, *ſultis*, *amabo*, *agedum*, *ehodum*, *eia* [5], *Agite*.

Prohibendi: ut, *Ne* [6], *non*.

Optandi: ut, *Utinam*, *ſi*, *ô ſi*, *ô*.

Excludendi: ut, *Modo*, *dummodo*, *tantummodo*, *ſolummodo*, *tantum*, *ſolum*, *duntaxat*, *demum*.

Congregandi: ut, *Simul*, *una* [7], *pariter*, *populatim*, *univerſim*, *conjunctim*, &c.

Segregandi: ut, *Seorſim*, *gregatim*, *egregie*, *nominatim*, *viritim*, *oppidatim*, *vicatim*, *privatim*, *ſpeciatim*, *biſariam*, *triſariam*, *omniſariam*, *pluriſariam*, *oſtiatim*.

Diverſitatis: ut, *Aliter*, *ſecus*.

Eligendi: ut, *Potius*, *potiſſimum*, *imo*, *ſatius*.

Intendendi: ut, *Valde*, *nimis*, *nimium*, *immodice*, *impendio*, *impenſe*, *prorſus*, *penitus*, *funditus*, *radicitus*, *omnino*.

Remittendi: ut, *Vix*, *ægre*, *paulatim*, *ſenſim*, *pedetentim*.

Concedentis: ut, *Licet*, *eſto*, *demus*, *ſit-ita*, *ſit-ſane*.

Negatæ ſolitudinis: ut, *Non ſolum*, *non tantum*, *non modo*, *nedum*.

Qualitatis: ut, *Docte*, *pulchre*, *fortiter*, *graviter*.

Quantitatis: ut, *Parum*, *minime*, *maxime*, *ſummum*, & ſimilia.

Comparandi: ut, *Tam*, *quam*, *magis*, *minus*, *maxime*, *minime*, *æque*.

Rei non peractæ: ut, *Ferme*, *fere*, *prope*, *propemodum*, *tantum*, *tantum non*, *modo non*.

Demonſtrandi: ut, *En*, *ecce*, *ſic*: ut cum dicimus, *Sic ſcribito* [8].

Explanandi: ut, *Id eſt*, *hoc eſt*, *quaſi dicas*, *puta*, *utputa*, *utpote*.

Dubitandi: ut, *Forſan*, *forſitan*, *fortaſſis*, *fortaſſe*.

Eventus: ut, *Forte*, *caſu*, *forte fortunâ*.

Similitudinis: ut, *Sic*, *ſicuti*, *ita*, *item*, *itidem*, *tanquam*, *quaſi*, *ceu*, *uti*, *velut*, *veluti*.

1 Pro *non* aliquando *nihil* adverbialiter uſurpatur: *Nihil circuitione uſus eſt*. Ter. 2 Sic *nec* apud veteres. Atque idem compoſita oſtendunt ut *negligens*, *negotium* 3 Sic *na*; ut *na ego homo infelix ſum*. 4 *Age*, *ſodes*, &c. verius verba ſunt Imperativi modi. 5 *Eia*, pro diversâ ſignificatione nunc adverbium eſt hortandi, nunc interjectio blandientis. 6 *Ne* ante *quidem* negat; ut, *ne obolum quidem dederit*. 7 *Una* proprie eſt nomen, quia integre eſt *unâ operâ*. 8 Sic *hem* apud Comicos, ut, *hem Davum tibi*. Ter. Nempe pro uſu diverſo nunc demonſtrandi Adverbium eſt; nunc interjectio indignantis.

COM-

COMPARATIO.

Adverbia à nominibus adjectivis nata, & comparantur, & regunt casus comparativi & superlativi; ut, *Docte, doctius illo, doctissime omnium*: similiter, *Bene, melius, optime*: *Male, pejus, pessime*: etiam *sæpius, sæpissime*: *Nuper, nuperrime*, & similia.

SPECIES.

Species est duplex, Principalis quæ ex se originem habet: ut, *Heri, cras.*

Derivativa est eorum, quæ nata sunt aliunde: ut, *Furtim* à *furor*; *Strictim* à *stringo*; *Humaniter* ab *humanus.*

Aliquando neutra Adjectiva induunt formam adverbiorum ad Græcorum imitationem: ut, *Recens*, pro *recenter*: *Torvum*, pro *torve.*

FIGURA.

Figura est duplex: simplex, ut, *Prudenter*; Composita; ut, *Imprudenter.*

DE CONJUNCTIONE.

Conjunctio est pars orationis, quæ sententiarum clausulas apte connectit.

ACCIDENTIA CONJUNCTIONI.

Conjunctioni accidunt, Figura, Potestas, & Ordo.

FIGURA.

Figura est duplex: Simplex, ut *nam*; Composita, ut, *namque.*

POTESTAS.

Potestas, id est, significatio, est varia: Aliæ enim è conjunctionibus copulativæ sunt: ut, *Et, ac, que, atque, quoque, etiam, itidem, cum, & tum.* *

Tum item geminatum: ut, *Vir tum probus, tum eruditus*: Huc spectant & his contrariæ: ut, *Nec, neque, neu, neve.*

Hæ quatuor sequentes, *Et, que, nec, neque*, cum geminantur, suspensivæ etiam vocantur, quod aliud semper expectari faciant: ut, *Et fugit, & pugnat. Nec sapit ista, nec sentit.*

* Hæ *Copulativæ* dicuntur stricte. Nam omnis quidem Conjunctio copulat: uti ipsum arguit Nomen: sed hæ simpliciter id præstant citra disjunctionem sententiæ, aut causalitatem, vel ratiocinationem.

Aliæ

Aliæ disjunctivæ [1]: ut, *Aut*, *vel* [2], *ſeu*, *ſive* [3].

At iſtæ, cum geminantur, ſuſpenſivæ etiam vocantur: ut *Vel ſcribit, vel dictat.*

Aliæ diſcretivæ: ut, *Sed*, *ſed-enim*, *at*, *aſt*, *atqui*, *quidem*, *autem*, *quoque*, *ſcilicet*, *cæterum*, *vero*, *enimvero*, *quodſi*, *verum*, *porro*, *quin.*

Aliæ rationales, ſive illativæ [4]: ut, *Ergo*, *ideo*, *igitur*, *itaque*, *idcirco*, *quare*, *quamobrem*, *quocirca*, *proinde*, *propterea*, *ob eam rem*, *eâ-re*: Cicer. *Eâ re ſtatim ad te Ariſtocratem miſi.*

Aliæ cauſales, id eſt, quæ rationem præcedentis orationis inſerunt: ut, *nam*, *namque*, *enim*, *etenim*, *quod*, *quia*, *quippe*, *utpote*, *ſiquidem*, *quando*, *quandoquidem*, *propter-quod*, *quoniam*, *quatenus*, & pro *quia*, Virgil. *Audieras & fama fuit*: pro *nam* vel *quia fuit*: *quo* pro *quia*; ut Cicer. *Non quo quicquam deſit, ſed quia valde cupio.*

Ovid, *Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit*: *& intra*
Fortunam debet quiſque manere ſuam: pro *nam* vel *quia.*

Aliæ perfectivæ ſeu abſolutivæ: ut, *Uti*, *quo*, pro *ut*,
Ne, & *ut* pro *nenon*: Terent. *Sed patris vim ut queas ferre.*
Ne, pro *ut non*: Cic. *Opera datur, judicia ne fiant.*

Aliæ continuativæ: ut, *Si*, *ſin*, *ni*, *niſi.*

Aliæ dubitativæ: ut, *Ne*, *an*, *anne*, *num*, *numquid*, *utrum*, *necne.*

Aliæ adverſativæ [5]: ut, *Etſi*, *quanquam*, *quamvis*, *licet*, *tametſi*; & aliæ id genus.

Aliæ redditivæ earundem: ut, *Tamen*, *attamen*, *ſed*, *tamen*, *verumtamen.*

Aliæ diminutivæ: ut, *Saltem*, *at*, *certe*, *vel*: ut Cic. *Ne vel latum digitum diſceſſeris.*

Aliæ electivæ: ut, *Quam*, *ac*, *atque*, *ut*, quando pro *quam* accipiuntur.

Expletivæ: ut, *Quidem*, *equidem*, *nimirum*, *autem*, *ſcilicet*, *quoque*, *nam*, *profecto*, *vero*, *enimvero*, *ſed-enim*, *enim* pro *certe.*

Virgil. *Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras*
Juſſit adire domos? Ter. *At enim non ſinam.*

1 Mirifica videtur appellatio, ut conjunctio ſit disjungens. Sed conjunguntur voces materialiter; disjunguntur formaliter. Nam ita conjunguntur ſententiæ, ut iis res disjungi ſignificetur: E. g. cum ita differo, *Vel dies eſt, vel nox eſt*, non utraque ſed alterutra ſignificatur vera. Atque hoc eſt, quod Boethius aiebat, conjunctionem ea, quæ conjungit inter ſe, disjungere in tertio. 2 *Vel* quandoque eſt Copulativum. Ut, *Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.* Ubi *vel* valet *etiam*. Niſi tum intendendi vel remittendi eſſe adverbium malis; ut in Adverbiis annotatum. 3 Interdum tamen *ſive* potius copulat. Ut cum ſynonymum adjungitur. Quale illud, *Diana ſive Luna.* Ubi poſſis dicere *Explanativam*. Quo pacto *&*, nec non enclitica *que* quandoque accipiuntur. Ut illo Maronis, *Judicium Paridis, ſpretaque injuria formæ.* Nam ſententia eſt, *ſive* vel *hoc eſt ſpreta.* 4. Aliis *Ratiocinativæ*, quæ ex ratione propoſitâ concluſionem inferunt. 5 Hæ Voſſio ſunt conceſſivæ, & ſequentes adverſativæ. Nam ſi dico *Etſi ſit indoctus, vir tamen eſt pius*, ſententia eſt, concedo tibi eſſe hominem indoctum; attamen in eo adverſabor, ſi pium neges.

Sunt

Sunt dictiones, quæ nunc adverbia, nunc conjunctiones, nunc præpoſitiones eſſe inveniuntur: ut, *Cum* quoties caſui jungitur, præpoſitio eſt [1].

In genere conjunctiones adeo tenui diſcrimine ab adverbiis diſcernuntur, ut quam ſæpiſſime confundantur: ut, *Quomodo*, *proinde*, & ſimilia [2].

ORDO.

Ordo Conjunctionum eſt triplex: nempe,

Præpoſitivus; earum ſcilicet, quæ in ſententiarum exordio ponuntur.

Subjunctivus; earum ſcilicet, quæ ſecundum in clauſulâ vel tertium, vel ad ſummum quartum locum occupant.

Communis.

Ex Conjunctionibus hæ imprimis præponi ſolent; *Nam, quare, ac, aſt, atque, &, aut, vel, nec, neque, ſi, quin, quatenus, ſin, ſeu, ſive, ni, niſi.*

Subjunctivæ vero ſunt, *Quidem, quoque, autem, vero, enim.*

Et tres Encliticæ: ut, *Que, ne, ve*: ſic dictæ, quod accentum in præcedentem ſyllabam inclinent: ut,

Horat. *Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis;*
Indoctuſque pilæ, diſcive, trochive, quieſcit.

Sunt & aliæ quoque voces aliquot encliticæ: ut, *Dum, ſis, nam*, &c.

Communes denique dicuntur, quæ indifferenter & præponi, & poſtponi poſſunt; quales ſunt reliquæ fere omnes, præter prædictas: ut, *Equidem, ergo, igitur, ſaltem, tamen, quanquam*, &c.

DE PRÆPOSITIONE.

PRæpoſitio [3] eſt pars orationis indeclinabilis, quæ aliis orationis partibus, vel in compoſitione, vel in appoſitione præponitur [4].

1 *Neque* quatenus negat, adverbium eſt; quia vero & disjunctas connectit ſententias, conjunctio dicitur. Sic *deinde* cum verbo jungitur ad circumſtantiam temporis indicandam, adverbium eſt. Conjunctio autem cum tantum ad orationis juncturam pertinet. *Ac* & *atque* conjunctiones ſunt, cum dico, *Brutus ac* vel *atque Caſſius*. Adverbia ſunt in iſto, *aliter facit ac tu*. Nam idem valet ac adverbium comparandi, *quam*. *Igitur* quoque interdum non eſt conjunctio ratiocinativa; ſed adverbium temporis, poniturque pro *deinde* ſive *poſtea*. 2 Hujuſmodi dicebantur Adverbia conjunctiva, vel conjunctiones adverbiales teſte Max. Victorino.* 3 *Præverbium* dicitur Varroni, ſed *Præpoſitionem* etiam Cicero in Topicis appellat. 4 Definitio hæc in eo peccat, quod non convenit cuivis præpoſitioni. Tum etiam quod competat conjunctionibus præpoſitivis, ut *nam, ſi*. Melior iſta deſcriptio ut definiatur vox, quâ nomen adjungitur verbo ad cauſam, locum, tempus, conjunctionem, aut privationem ſignificandam. Præcipue quidem ſignificant motum, aut quietem.

Quietem

Quietem quidem in loco; motum autem à re, ad rem, vel circa rem. Unde aliquibus definitur Præpoſitio, pars invariabilis, quæ vel appoſitione vel compoſitione præponitur aliis vocibus ad motum aut quietem ſignificandam. Breviſſime autem & verius definiatur, particula, ſive vox invariabilis, naturâ ſuâ caſum regens. Solum huic definitioni obſtare videtur inveteratus error, quo creditur Adverbia etiam & interjectiones regere caſum. Ut, *ſimul filio*, *procul mari*, *va tibi*: Sed in his eſt Elliplis, quia integre ſit, *ſimul cum filio*, *procul à mari*, *va* vel *malum ſit tibi*, ut in Syntaxi fuſius oſtendetur.

Appoſitione; ut, *Chriſtus ſedet ad dextram Patris.*
Compoſitione; ut, *Adactum juramentum adhibendum admonuit.*
Quædam Præpoſitiones poſtponi ſuis caſibus inveniuntur: ut

Cum,	ut,	*Quibuſcum.*
Tenus,		*Pube tenus.*
Verſus[1],		*Angliam verſus.*
Uſque,		*Ad occidentem uſque.*

ACCIDENTIA PRÆPOSITIONI.

Præpoſitioni accidit caſuum regimen, ſive conſtructio.

Cæterum in iiſdem caſibus mira eſt ſignificationis varietas, quæ non tam regulis, quam aſſiduo legendi atque ſcribendi uſu diſcenda eſt. Exempli causâ:

Secundum, Aliud ſignificat cum dico, *Secundum aurem vulnus accepit*; i. e. *juxta aurem*: Aliud vero hic, *Secundum Deum parentes amandi ſunt*; i. e. *proxime poſt Deum*: Aliud in hac oratione, *Secundum quietem ſatis mihi felix viſus ſum*, id eſt, *in quiete*, vel *inter quietem.*

Præpoſitiones Accuſativum regentes.

Ex Præpoſitionibus iſtæ Accuſativo caſui adjunguntur; ut;

Ad. *Ad Calendas Græcas.*
Apud. Virg. *At bene apud memores veteris ſtat gratia facti.*
Ante. Ovid. ——*dicique beatus*
Ante obitum nemo, ſupremaque funera, debet.
Adverſus 2. *Ne Hercules quidem adverſus duos.*
Cis. *Cis Thameſim ſita eſt Etona.*
Citra. } Hor. *Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
Ultra. } *Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.*

1 *Verſus* & *uſque* inter adverbia potius referenda ſunt. Nam cum dico *Tiberim verſus* vel *Tiberim uſque*, integre fuerit *uſque ad Tiberim*, *ad Tiberim verſus*. Ut caſus non regatur à *verſus*: ſed à Præpoſitione *ad* intellectâ; quæ in *adverſus* exprimitur. Quin & legimus, *Ad meridiem verſus*, Liv. *In forum verſus*, Cic. *In Avernos verſus*. Cæſ. *Uſque ad hoc tempus*, Cic. *Ab evo uſque ad mala*, Ter. *Ad ſerum uſque diem*, Tac. in quibus omnibus Præpoſitio exprimitur. 2 Vel *adverſum.*

Intra. Ovid. *Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra*
Fortunam debet quisque manere ſuam.
Extra. Plin. Ma. *Extra omnem ingenii aleam poſitus Cicero.*
Circum, locale eſt: ut, *Circum montem.*
Circa. Circa forum. Circa viginti annos.
Circiter [1], tempus & numerum ſignificat: ut,
Circiter horam decimam.
Cæſar; *Circiter duo millia deſiderati ſunt.*
Contra. Ne contra ſtimulum calces.
Erga. Princeps erga populum clemens.
Inter. Horat. *Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.*
Infra. Terent. *Quem ego infra omnes infimum eſſe puto.*
Supra. Sall. *Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt.*
Juxta. Ter. *Cum lucubrando juxta ancillæ lanam faceres.*
Ob. Fœda mors ob oculos verſabatur.
Per. Hor. *Impiger extremos curris mercator ad Indos,*
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.
Prope [2]. *Prope urbem. Prope mortem.*
Præter. Ter. *Ita fugias, ne præter caſum.*
Propter. Aliquid mali propter vicinum malum.
Poſt. Horat. *O cives, cives, quærenda pecunia primum eſt,*
Virtus poſt nummos.
Penes. Ovid. *Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi.*
Trans. Hor. *Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt* [3].

Præpoſitiones Ablativum regentes.

A. Terent. *A me nulla tibi orta eſt injuria.*
Ab. Hæc vocalibus præponitur. Mimus; *Ab alio expectes, alteri quod feceris.*
Abs. Terent. *Abs quovis homine beneficium accipere, cum opus eſt, gaudeas.*
Abſque [4]. Terent. *Abſque eo eſſet. Abſque pecuniâ miſere vivitur.*
Cum. Mimus. *Damnum appellandum eſt cum malâ famâ lucrum.*
Clam. Clam patre. Et Plaut. *Clam patrem.*
Coram. Coram Senatu res acta eſt.
De. Sophiſtæ rixantur de lanâ caprinâ.
E. Qui falſum teſtimonium dixiſſe convictus erat, è ſaxo Tarpeio dejiciebatur.
Ex. Ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt.
Pro. Mimus. *Comes facundus in viâ pro vehiculo eſt.*

1 *Circiter* vix præpoſitio videtur, quia *circiter meridiem* integre fit, *circiter ad meridiem.* 2 *Prope* potius adverbium eſt. Nam *prope urbem* per ellipſin ponitur pro *prope ad urbem.* Ac pari ratione cum dicitur *propius* vel *proxime urbem.* 3 Omittitur hic *pone*, quod accuſativum regit, ut *Pone caput.* Liv. Item *ſecus* quo uſi Plinius & Fabius; licet eo elegantiæ ſtudioſus rectius abſtineat. 4 *Abſque* magis eſt comicum, pro quo Oratores potius *ſine.*

Præ

Præ. Terent: *Huic aliquid præ manu dederis.*
Sine. Idem. *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*
Tenus. Virg. ——*capuloque tenus ferrum impulit iræ* [1].

Præpoſitiones utrique caſui ſervientes.

Hæ quatuor utrumque caſum exigunt; ſed diversâ fere ſignificatione;

In [2]. Terent. *In tempore veni, quod omnium rerum eſt primum*: ſine motu.
Ovidius. *Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit*: motum quodammodo innuit.
Sub. Virg. *Sub lucem exportant calathis*: id eſt, *paulo ante lucem.*
Idem; ——*vaſto vidiſſe ſub antro.*
Super. Virg. *Super ripas Tyberis. Fronde ſuper viridi.*
Subter. *Subter terram.* Virg. *Subter densâ teſtudine caſus.*

Sunt & Præpoſitiones, quæ nunquam extra compoſitionem inveniuntur; nimirum,

Am [3], *Di* [4], *Dis* [5], ut, *Ambio*: *Diduco*: *Diſtraho*: *Re* [6], *Se* [7], *Con* [8], ut, *Recipio*: *Sepono*: *Condono* [9].

Con vero, quoties cum dictione à vocali incipiente componitur, amittit *n*: ut, *Coagmento, coëmo, coinquino, cooperio.*

1 Nonnulli adjungunt *palam* & *procul*. De priori adſentiendum. Nam Liv. eſt *palam populo*. At *procul* adverbium eſt. Nam *procul domo*, integre fuerit, *procul à domo*. Nec raro additur præpoſitio. 2 Pro *in* antiqui dixêre *endo*, & *indu*, ut *endo* vel *indu mari*. Sic in compoſitione *endoperator* vel *induperator* pro *Imperator*. Remanſit in *induſtrius* ab *inſtruendo*; *inducia*, quaſi *indu ocio* & aliis nonnullis. 3 *Am* priſci etiam uſi extra compoſitionem: ut Cato in originibus, *Am terminum*, id eſt, circa terminum. Eſt autem ab ἀμφὶ, quod idem ſignificat: ac in compoſitione ante ſe aſſumit *b*: ut *ambages, ambedo, ambio, amburo*. Niſi *b* ſit ex antiquo *ambe* vel *ambi*: quod apud Varronem legas. Sic ab ἀμφὶ ſit *ambi*: ex hoc fuerit *am* per apocopen: porro ab *ambo* ſint *ambages, ambio*; ab *am* autem *amplector*, & *amiceræ*, ex *am* & *icere* vel *jacere*. Unde *amiculum* à circumjectu ita dictum ait Feſtus. Sæpe autem *m* abit in *n*: ut, *anceps, anfractus, anhelo, anquiro*. 4 *Di* corruptum eſt ex *dis*, ut *divido*. 5 *Dis* volunt eſſe à δὶς id eſt *bis*: atque ita notare diviſionem ut *diſtraho*: vel diſtinctionem, ut *dijudicio*: quod valet *diſtincte judico*. Sed potius videtur eſſe à δὶα, quod eandem in compoſitione vim habet: ut, διαφέρω idem ac *differo*. Sic διαφωνεῖν, *diſſonare*: διασκεδάζειν, *diſpergere*. Interdum & *dis* negat, ut *diffido*, quod notat, non fido: vel auget; ut diſcupio, hoc eſt, valde cupio. 6 *Re* ſæpius iterationem, interdum & privationem ſignat: ut, *relego, revelo*. 7 In compoſitione interdum *e* in *o* mutatur: ut, *ſocors, ſobrius*. 8 *Con* corruptum eſt ex *cum*: ac pari ratione adjici potuit *au* pro *ab*: ut, *aufero, aufugio*. Quinetiam *ar* pro *ad*. ut in antiquis *arvenio, arvocatus, arcio*: unde remanſit *arceſſo*. 9 Recte addendum eſt, *ve* ut *veſanus*. Quæ in compoſitione minuit, ut *vegrandis*, male grandis.

DE INTERJECTIONE.

INterjectio eſt pars orationis, quæ ſub inconditâ voce ſubito prorumpentem animi affectum demonſtrat.

Tot autem ſunt Interjectionum ſignificationes, quot animi perturbati ſunt motus.

Exſultantis: ut, *Evax*, *vah.* Plaut. *Evax*, *jurgio tandem uxorem abegi.*

Dolentis: ut, *Heu*, *hoi*, *hei*, *ô*, *ah.* Terentius. *I intro, hoi! hei!* Virgilius. *O dolor atque decus magnum?*

Timentis: ut, *Hei*, *atat.* Terent. *Hei! vereor ne quid Andria apportet mali.*

Admirantis: ut, *Papæ.* Ter. *Papæ nova figura oris.*

Vitantis: ut, *Apage*, *apageſis.* Terent. *Apageſis*, *egon' formidoloſus?*

Laudantis: ut, *Euge.* Mar. *Cito, nequiter, euge, beate.*

Vocantis: ut, *Eho*, *oh*, *io.* Terent. *Oh, quî vocaris?*

Deridentis: ut, *Hui.* Ter. *Hui! tu mihi illum laudas?*

Ex improviſo aliquid deprehendentis: ut, *Atat.* Ter. *Atat! data hercle mihi ſunt verba.*

Exclamantis: ut, *Oh*, *proh. Proh nefas!* Seneca, *O paupertas felix!*

Imprecantis: ut, *Malum*, *væ malum.* Terent. *Quid hoc (malum) infelicitatis eſt!*

Ridentis: ut, *Ha*, *ha*, *he.* Terent. *Ha, ha, he, defeſſa jam miſera ſum te ridendo.*

Silentium injungentis: ut, *Au.* Terent. *Au, ne comparandus hic quidem ad illum eſt.*

Illud hic obſervandum eſt, nomina quoque & verba quandoque interjectionis loco poni: ut apud Virgilium, *Navibus (infandum) amiſſis.* Cic. *Sed amabo te, cura.* Imo quævis orationis pars, affectum animi inconditum ſignificans, Interjectionis vice fungitur.

Atque hæc quidem de octo orationis partium Etymologiâ, quamlibet traſsâ (quod aiunt) Minervâ tradita ſunt, pueris, tantiſper dum ordinariis in ludo operis ac penſis ſub ferulâ defungantur, abunde ſufficere arbitramur. Quod ſi cui tamen allubeſcit quicquam his altius exactiuſque perveſtigare, hunc ad Grammaticorum volvenda perſcrutandaque opera relegandum cenſemus; quorum cum magnus ſit numerus, & quidem egregie doctorum, nullum tamen novimus, qui vel propter eruditionis ac doctrinæ præſtantiam, vel propter præcipiendi claritatem elegantiamque, Linacro noſtro comparari poſſe videatur, nedum præponi.

DE

DE CONSTRUCTIONE OCTO PARTIUM ORATIONIS.

ATque de octo quidem orationis partibus earumque formis, quatenus ad Etymologiam attinet, hactenus dictum esto, deinceps de eisdem quatenus ad Syntaxin, quæ constructio dicitur, agemus.

Est igitur Syntaxis, debita partium Orationis inter se compositio connexioque, juxta rectam Grammatices rationem.

Ea vero est, quâ veterum probatissimi, tum in scribendo, tum in loquendo, sunt usi.

Cæterum, priusquam de partium orationis structurâ singulatim pertractemus, quædam in genere de tribus Grammaticæ concordantiis sunt paucis edisserenda.

CONCORDANTIA Nominativi & Verbi.

VErbum personale cohæret cum Nominativo numero & personâ: ut,

Nunquam sera est ad bonos mores via.
Fortuna nunquam perpetuo est bona.

Putant vulgo, ab hoc canone recedi, cum dico. *Ego pauper laboro, tu dives ludis*; & intellecto Pronomine, *Calliopius recensui, interrogatus respondi.* Et hoc Evocationem appellant; quia Pronomen primæ vel secundæ personæ quasi è stativis suis evocet nomen tertiæ. Sed *pauper* & *Calliopius* in allatis exemplis sunt primæ personæ, *dives* & *interrogatus*, secundæ, non tertiæ, ut vulgo putant. Nam nomen ejusdem semper est personæ, ac pronomen vel verbum cui jungitur. Atque idem esto judicium de pronomine relativo, ut *qui sumus, qui estis, qui sunt*; *utri sumus*, vel *estis*, vel *sunt doctiores* vel *meliores.*

Nominativus primæ vel secundæ personæ rarissime exprimitur, nisi causâ discretionis: ut, *Vos damnâstis*; quasi dicat, *præterea nemo*: aut emphasis gratiâ: ut Terentius, *Tu es patronus, tu pater*; *si deseris tu, perimus*; quasi dicat, *præcipue & præ aliis tu patronus es.*

Ovid. *Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eris.*

In verbis quorum significatio ad homines tantum pertinet, tertiæ personæ Nominativus sæpe subauditur: ut, *Est, fertur, dicunt, ferunt, aiunt, prædicant, clamitant*, & in similibus; ut,

Terentius, *Fertur atrocia flagitia designâsse.*
Ovidius, *Teque ferunt iræ pœnituisse tuæ.*

Item in his: *tonat, pluit, ningit, lucescit, vesperascit*, &c. Ubi *Deus, cœlum, aqua*, vel simile intelligitur. Sæpe etiam per ellipsin reticetur verbum substantivum; ut, *Rari quippe boni.* Juv. *Vide Syntaxin figuratam.*

Non semper vox casualis est verbo Nominativus, sed aliquando verbum Infinitum: ut, Plaut. *Mentiri non est meum.* Aliquando oratio: ut,

Ovid. *Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,*
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Aliquando Adverbium cum Genitivo: ut, *Partim virorum ceciderunt in bello. Partim signorum sunt combusta.*

Partim *dixêre ut* restim, puppim, sementim, *ut sit Accusativus antiquus, in quo intelligitur* ad, *sive* quod ad, *ut apud Græcos κατὰ. Vel intelligitur* in: *quomodo Plaut.* Agesis, tu in partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc. *Utrumcumque placuerit, substantive sumatur necesse est, quia Adverbia* (*ut postea dicetur*) *naturâ suâ nullum regunt casum.*

EXCEPTIO PRIMA.

Verba infiniti modi pro Nominativo Accusativum ante se statuunt: ut, *Te rediisse incolumem gaudeo. Te fabulam agere volo.*

Resolvi potest hic modus per *quod* & *ut*, ad hunc modum: *Quod tu rediisti incolumis gaudeo. Ut tu fabulam agas, volo.*

Sunt qui modum hunc resolvendi Accusativum prorsus rejiciunt. Sic tamen interdum loquuntur optimi scriptores, quanquam alter loquendi modus elegantior sit, & magis Latinus.

Interdum resolvi debet Accusativus per *ne* & *quin*; ut, *Prohibuerunt eum exire*, id est, *ne exiret. Non dubitat Christum id dixisse*, hoc est, *quin dixerit.* Porro cum Infinitivus sequitur aliud verbum, eadem plane constructio est ac modo dicta, sed Accusativus per ellipsin desideratur. Hoc plurimum fit in Pronominibus *me, te, se, illum.* Ut *Statui proficisci*, pro *me proficisci. Negat velle*, pro *se velle.* Atque hoc ita esse vel hinc constat, quia Antiqui interdum hos addunt Accusativos; ut *Vocem hic loquentis modo me audire visus sum*, Plaut. *Quæ sese optavit parere hic divitias*, Ter. *Omnes homines qui se præstare student cæteris animantibus*, Sall.

Græce infinitivus convenire potest cum Nominativo; quod Latine etiam quandoque fit ad eorum imitationem; ut, *Ceu pius Æneas, eripuisse ferunt.* Ovidius.

Verbum inter duos Nominativos diversorum numerorum positum, cum alterutro convenire potest: ut,

Terent. *Amantium iræ, amoris redintegratio est.*
Ovid. —— *quid enim nisi vota supersunt?*
Idem; *Pectora percussit, pectus quoque robora fiunt.*
Virgil. —— *nihil hic nisi carmina desunt.*

Plurimum sane verbum convenit cum priori, sive eo quod subjecti locum in oratione retinet, quomodocunque invertantur verba. Ut, Omnia ponnis erant. *Ovid.* Sanguis erant lacrymæ, *Luc.* Gaudia principium nostri sunt, Phoce, doloris, *Ovid.*

LINCOLN'S INN LIBRARY

Ovid. Omnia Cæſar erat. *Interdum tamen aliter loquuntur Auctores; ut* Veſtes quas geritis ſordida lana fuit. *Ovid.* Quæ loca Numidia appellatur. *Sall.* Tui conſulatus fuit initium ludi Compitalitii, *Cic. Imo interdum non habet ea locum, quam propriam locutionem nonnulli exiſtimant; ut,* Magnæ divitiæ ſunt lege naturæ compoſita paupertas, *Sen. ubi ſingulare* eſt *ſe uſurpatum ire negat Voſſius. Sane dixit Cicero,* Contentum vero ſuis rebus eſſe, maximæ ſunt certiſſimæque divitiæ. *Quare in talibus ſequendus eſt claſſicorum Scriptorum uſus.*

Impersonalia præcedentem Nominativum non habent: ut, *Tædet me vitæ. Pertæſum eſt conjugii:* **de quibus ſuo loco.**

Receptum pene ab omnibus Grammaticis, Impersonalia non habere ante ſe nominativum. Sed hac ſententia refellitur in Obſervationibus de Impersonalibus. Vide etiam de eâ re plura in Syntaxi figuratâ.

Nomen multitudinis ſingulare quandoque verbo plurali jungitur: ut, *Pars abiêre. Uterque deluduntur dolis.*

Structuram hanc figuratam, in quâ Nomini collectivo numeri ſinguli additur verbum plurale, nonnulli Syntheſin appellant, nos potius Syllepſin eſſe ſtatuimus; quam videſis ad Grammatica finem.

CONCORDANTIA
Subſtantivi & Adjectivi.

Adjectivum cum Subſtantivo, genere, numero, & caſu conſentit: ut Juvenal, *Rara avis in terris, nigroque ſimillima cygno.*

Ad eundem modum participia & pronomina Subſtantivis adnectuntur: ut,

Ovid. *Donec eris felix multos numerabis amicos:*
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Seneca: *Non hoc primum pectora vulnus mea ſenſerunt; graviora tuli.*

Aliquando oratio ſupplet locum ſubſtantivi: ut, *Audito regem Daroberniam proficiſci.*

Subſtantivis etiam adnumerantur adjectiva cum Subſtantive ſumuntur: ut, *amicus certus; fallax ſerenum.* Eſt etiam ubi ſubſtantiva adjective ſumuntur: ut, *Populum late regem, belloque ſuperbum,* ubi *regem* tantundem eſt ac *regnantem.*

Subſtantivum conciſo ſermonis genere ſæpe intelligitur, ut, *veſci bubulâ, ferinâ,* nempe *carne: laborare tertianâ, quartanâ,* puta *febri; triſte lupus ſtabulis;* ſupple *negotium.* Vide figuram Ellipſeos.

Adjectivum inter duo Subſtantiva diverſorum generum collocatum, conſentiet cum ſuppoſito, ſive eo quod in ordine Grammatico præcedit. Ut *Semiramis puer credita eſt,* Juſt. *Puteoli Dicaarchia dicti. Porcus femina natus.* Quandoque tamen cum appoſito, ſeu poſteriori convenit. Ut, *Gens univerſa Veneti appellati,* Liv. *Non omnis error ſtultitia dicenda eſt,* Cic.

Nunquam æque ac nunc paupertas, mihi viſum eſt onus miſerum aut grave, Terent.

Interdum plura adjectiva uni ſubſtantivo junguntur; ut, *Neque privatam rem maritimam, neque publicam gerere poſſumus*, Cic. *Ad malam domeſticam diſciplinam acceſſerunt etiam Poeta*, Idem.

CONCORDANTIA
Relativi & Antecedentis.

RElativum cum Antecedente concordat genere, numero, & perſonâ: ut, ——*vir bonus eſt quis?*

Qui conſulta patrum, qui leges juraque ſervat.

Nec unica vox ſolum, ſed interdum etiam oratio ponitur pro antecedente: ut Terent. *In tempore ad eam veni quod omnium rerum eſt primum.*

Relativum *qui, qua, quod*, ſemper fere conſiderari debet tanquam inter duos caſus ejuſdem ſubſtantivi expreſſos vel intellectos. Sic autem cum caſu antecedenti genere & numero, & cum ſequenti caſu, ut cum ſuo ſubſtantivo conſentiet. Ut, *Bellum tantum, quo bello omnes premebantur, Pompeius confecit*, Cic. *Ultra eum locum, quo in loco Germani conſederant*, Cæſ. *Diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret*, Idem.

Hic loquendi modus Cæſari, qui elegantiæ ſtudioſus erat, in deliciis fuiſſe videtur. Quin etiam interdum neceſſarius eſt ad evitandam ambiguitatem. Ut, *Leodamantem Cleophili diſcipulum, qui Cleophilus*, &c. *Apul.* Ubi niſi repeteretur *qui Cleophilus*, relativum referri potuit ad *Leodamantem*.

Verum caſus iſte poſterior, cum ſatis exprimatur per relativum, ut plurimum reticetur; ut, *Cognoſces ex iis literis, quas liberto tuo dedi*, Cic. pro *ex literis, quas literas*.

Interdum etiam antecedens caſus ſubintelligitur; & relativum cum poſteriori conſentit. Ut, *Populo ut placerent quas feciſſet fabulas*, Ter. pro *ut fabulæ, quas fabulas feciſſet*, &c. *Quibus de rebus ad me ſcripſiſti, quoniam ipſe venio, coram videbimus*, Cic. *Illi priſca quibus Comœdia ſcripta viris eſt*, Hor. *Quas credis eſſe has non ſunt veræ nuptiæ*, Ter. pro *Hæ nuptiæ non ſunt veræ, quas has nuptias credis eſſe veras. Quam ille triplicem putavit eſſe rationem, in quinque partes diſtribui debere reperitur*, Cicero. Quibus loquendi modis major elegantia accedit, ſi pronomen demonſtrativum ſecundum membrum ingrediatur. Ut, *Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat*, Cic. *Ad Cæſarem quam miſi epiſtolam, ejus exemplum fugit me tum tibi mittere*, Idem.

Quin & Poëtæ caſum poſteriorem aliquando præmittunt; quod tamen non impedit quo minus cum relativo caſu conſentiat & conſequentis locum teneat. Ut, *Urbem quam ſtatuo veſtra eſt*, Virg. pro *ea urbs, quam urbem ſtatuo*, &c. *Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?* Ter. pro *ille Eunuchus, quem Eunuchum*, &c. *Naucreatem quem convenire volui in navi non erat*, Plaut.

Atque hac ratione aliæ difficiliores loquendi formulæ explicari poſſunt.

Cujuſmodi eſt illud Terentii, *Si id te mordet ſumtum filii quem faciunt.* Ubi *id* ſupponit *negotium*, & illic ponitur pro *ſumtus*; ut ſenſus ſit: *ſi id negotium te mordet, nempe ſumtus, quem ſumtum filii faciunt.*

Denique ſæpiſſime contingit, ut uterque antecedentis caſus ſupprimatur; ut, *Eſt qui nec ſpernit, ſunt quos colligiſſe juvat*, Hor. pro *homo eſt, qui homo non ſpernit: ſunt homines quos homines juvat. Qualis eſſet natura montis, qui cognoſcerent miſit*, Cæſ. *Scribo ad vos cum habeo qui ferat*, Cic.

Quod

Quod de relativo inter duos caſus ejuſdem nominis dictum eſt, intelligendum eſt de conſtructione ſimplici; nam figuratæ alia eſt ratio.

Relativum inter duo antecedentia diverſorum generum collocatum, nunc cum priore convenit: ut Valerius Maximus, *Senatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat, qui hodie Senaculum appellatur.*

Non procul ab eo flumine, quod Saliam vocant.

Cicero; *Propius à terrâ Jovis Stella fertur, quæ Phaëton dicitur.*

Nunc cum poſteriore: ut, *Homines tuentur illum globum, quæ terra dicitur.*

Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

In coitu lunæ, quod interlunium vocant.

Si Relativum cum ſubſtantivo priori conveniat, conſtructio eſt analoga: ſi cum poſteriori, quod magis eleganter fieri videtur, ad Græcorum imitationem fit; & tum conſiderari non debet ut inter duos caſus ejuſdem nominis.

Porro interdum relativum concordat non cum antecedente expreſſo, ſed cum genere vel numero intellecto; ut, *Daret ut catenis fatale monſtrum, quæ generoſius perire quærens*, &c. Hor. ubi relativum *quæ* eſt femininum, quia refertur ad Cleopatram de quâ fit ſermo. *Si tempus eſt ullum jure necandi homines, quæ multa ſunt*, Cic. *ubi reſpicitur ad* tempora. *Soli virtute præditi, quod eſt proprium divitiarum, contenti ſunt*, Idem.

Quandoque etiam relativum conſentit cum ſubſtantivo è ſenſu præcedentis periodi formato. Ut, *Inter alia prodigia etiam carne pluit, quem imbrem*, &c. Liv. Vide ſis Syntaxin figuratam, ubi & ſequens regula obſervatur, & pluribus exemplis confirmatur.

Aliquando relativum, aliquando & nomen adjectivum reſpondet primitivo, quod in poſſeſſivo ſubintelligitur: ut Ter. *Omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui filium haberem tali ingenio prædituin.*

Ovid. —— *noſtros vidiſti flentis ocellos.*

Quoties nullus nominativus interſeritur inter relativum & verbum, relativum erit verbo nominativus: ut Boet. *Felix, qui potuit boni fontem viſere lucidum.*

At ſi nominativus relativo & verbo interponatur, relativum regitur à verbo, aut ab aliâ dictione, quæ cum verbo in oratione locatur: ut Ovid. *Gratia ab officio, quod mora tardat, abeſt.* Virg. *Cujus numen adoro. Quorum optimum ego habeo. Cui ſimilem non vidi. Quo dignum te judicavi. Quo melius nemo ſcribit. Quem videndo obſtupuit. Lego Virgilium, præ quo cæteri poëtæ ſordent.*

Patet ex ſupradictis relativum neque verbo eſſe nominativum, nec ab eo regi; ſed utrobique cum ſubſtantivo ſuo, more adjectivi convenire.

Obſervationes aliæ quæ ad diverſa convenientiæ genera pertinent.

Duo ſingularia plerumque in ſtructurâ cenſentur pro plurali: unde duo ſubſtantiva ſingularia adjectivum, aut nomen eis appoſitione conjunctum

junctum plurale adſciſcunt: ut, *Julius & Octavius Imperatores fortiſſimi. Romulus & Remus fratres.* Utique & duo nominativi ſingulares verbum plurale ſortientur; ut, *Nox & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent*, Ovid.

Poëtæ etiam, quando alterum ſingularium in ablativo ponitur cum præpoſitione, addunt interdum adjectivum, aut verbum plurale. Ut, *Fors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat*, Ovid. *Remo cum fratre Quirinus jura dabunt*, Virg. ubi *cum* ponitur pro *&*; nam ſententia eſt, *Hebrum & Strymonem, Quirinus & Remus.*

Interdum & Oratores ſic loquuntur; ut, *Dicaarchum vero cum Ariſtoxeno, doctos ſane homines, omittamus*, Cic. *Pharnabazus cum Apollonide, & Athenagorâ, vincti traduntur*, Curt.

Quod ſi duo ſingularia ſint genere vel perſonâ diverſa, Adjectivum vel relativum (numero plurali) cum genere digniori, & verbum (plurale) cum digniori perſonâ conveniet.

Perſona prima dignior eſt quam ſecunda; & ſecunda quam tertia. Ut, Ego tuque ſumus Chriſtiani. Tu paterque vultis.

Dignius eſt etiam genus maſculinum feminino & neutro. Ut, Pater & mater mortui. *Tert.* Protinus caput ejus, & pedes præciſos, & manus, in ciſtâ chlamide opertos, pro munere natalitio patri miſit *Val. Max. ubi* opertos *ad* caput, pedes, *&* manus *pertinet.*

Quaritur an femininum ſit neutro dignius? Sane eſſe videtur cum de animatis ſit ſermo; ut uxor & mancipium ſalvæ. Ancilla & jumentum repertæ. *Quanquam Linacer & Alvarez ſatius eſſe cenſent* [illegible] *loqui*; *& dicere v. g.* Lucretia caſtiſſima fuit, quâ virtute ejus etiam mancipium floruit, *potius quam*, Lucretia & ejus mancipium fuerunt caſtæ. *Sin autem de inanimatis loquimur, vel adjectivum cum poſteriori plerumque conveniet, vel in neutro ponetur. Quanquam & aliter loqui liceat. Ut*, Leges & plebiſcita coactæ, *Luc.* Quid de vitibus olivetiſque dicam, quarum uberrimi fructus? *Cic.*

Si ſubſtantiva numero differre contingat, adjectivum nihilominus (plurale) cum digniori conveniet; ut, *Suſcepiſti onus grave Athenarum & Cratippi, ad quas cum profectus ſis, &c.*

Sæpe etiam verba vel adjectiva diverſis addita ſubſtantivis, tum genere, tum numero, tum perſonâ cum propiore conveniunt. Ut, *Ego & Cicero meus flagitabit*, Cic. *Senatus & C. Fabricius perfugam Pyrrho dedit*, Cic. *Utrum vos an Carthaginienſes Principes orbis terrarum videantur*, Liv. *Tibi ſit provincia cognitum, tibi omnium quibus præſis, ſalutem, liberos, famam, fortunas eſſe cariſſimas*, Cic. *Socii & Rege recepto*, Virg.

Cum utrumque ſubſtantivum eſt rei inanimatæ, adjectivum ſæpius in neutro ponitur; niſi quis amet potius propiori jungere, ut modo dictum. Ut, *Divitiæ, decus, & gloria, in oculis ſita, ſunt*, Sall.

Interdum tamen in rebus etiam inanimatis dignius attenditur, ut, *Agros villaſque Civilis intactos ſinebat*, Tac.

Cauſa harum conſtructionum à figurarum notitiâ dependet, de quibus inferius dicetur.

Cum verbum vel adjectivum in plurali ponitur, ſæpius fit per ſyllepſin, ubi non tam ad voces quam ad ſenſum attenditur. Si ad propius reſpicitur, id fit zeugmate. Si denique neutrum ſubjiciatur, per ellipſin ſubintelligitur negotium; Ut, decus & gloria in oculis ſita ſunt, *hoc eſt*, ſunt negotia ſita.

Quin & hoc locum habet, cum ſubſtantivorum unum eſt animatum, alterum inanimatum. Ut, Delectabatur cereo funali & tibicine, quæ privatus ſibi ſumſerat, *Cic.*

Quamvis convenire etiam poſſit cum animato: ut, Jane fac æternos pacem paciſque miniſtros. Propter ſummam & Doctoris auctoritatem & urbis, quorum alter te ſcientiâ augere poteſt, altera exemplis, *Cic.*

Porro

Porro inanimatorum nomine Grammatici etiam accidentia ſive affectiones comprehendunt. Ut, Labor & voluptas diſſimilia, *Liv.* Ira & avaritia imperio potentiora. *Id.* Huic ab adoleſcentiâ bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia civilis, grata fuêre, *Sall.*

Denique interdum duobus animatis ſubjicitur neutrum; ut, Polypus & Chamæleon glabra ſunt, *Solin.* Sic anima atque animus quamvis integra in corpus eunt, *Lucr.* Gens cui natura corpora animoſque magis magna quam firma dedit. *Liv.*

De convenientiâ duorum Subſtantivorum.

Subſtantiva rei ejuſdem in caſu conveniunt per appoſitionem; ut, *Urbs Roma, Anna ſoror.*

Subſtantiva ſic ſociata non neceſſe eſt genere vel numero convenire. Nam ut dicimus, *Leo rex quadrupedum*, ſic *aquila rex avium.* Ut, *Dies magiſter multorum*, ſic *Tempus magiſter multorum*: ut, *urbs Roma*, ſic *urbs Sulmo, urbs Philippi.*

Interdum alterum ſubſtantivorum effertur gignendi caſu; ut, *Flumen Rheni, arbor ſici, oppidum Antiochiæ.*

Si in appoſitione Subſtantivum quod prius eſt & ordine grammatico præcedit, ſit rei animatæ, verbum, vel adjectivum, cum eo conſentiet: ut, *Cum duo fulmina noſtri Imperii, Cn. & Pub. Scipiones extincti occidiſſent*, Cic. *Tullia delicia noſtra tuum munuſculum flagitat*, Cic.

Sin prius eſt nomen rei inanimatæ, cum poſteriori conveniet. Ut, *Tungri civitas Galliæ fontem habet inſignem*, Plin. *Oppidum Latinorum Apiola captum à Tarquinio Rege*, Idem.

Subſtantivorum Conſtructio.

QUum duo Subſtantiva diverſæ ſignificationis ſic concurrunt ut poſterius à priore poſſideri quodammodo videatur, tum poſterius in genitivo ponitur: ut, Juvenal. *Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Rex pater patriæ. Arma Achillis. Cultor agri.*

Proinde hic genitivus ſæpiſſime in Adjectivum poſſeſſivum mutatur: ut, *Patris domus, Paterna domus. Heri filius, Herilis filius.* Eſt etiam ubi in dativum vertitur: ut, Luc. de Cat. *Urbi pater eſt, Urbique maritus. Herus tibi, mihi pater.*

EXCEPTIO.

Excipiuntur quæ in eodem caſu per appoſitionem connectuntur: ut Ovid. *Effodiuntur opes irritamenta malorum.* Virg. *Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent.*

Adjectivum in neutro genere abſolute, hoc eſt, abſque ſubſtantivo poſitum, aliquando genitivum poſtulat: ut, *Paululum pecuniæ. Hoc noctis*, Catul. *Non videmus id manticæ quod in tergo eſt.*

Juvenal. *Quantum quiſque ſuâ nummorum ſervat in arcâ,*
Tantum habet & fidei.

Ponitur interdum genitivus tantum; nempe priori ſubſtantivo per ellipſin ſubaudito: ut in hujuſmodi locutionibus.

Ter.

Ter. *Ubi ad Dianæ veneris, ito ad dextram. Venium erat ad Veſtæ*: Utrobique ſubauditur *templum*.

Virg. *Hectoris Andromache*: ſubauditur *uxor*. Idem: *Deiphobe Glauci*: ſubauditur *filia*. Ter. *Hujus video Byrrhiam*: ſubaudi *ſervum*.

Obſervationes de ſubſtantivorum regimine.

Subſtantivorum regimen eſt vel verum, vel apparens & falſo creditum.

In vero ſubſtantivorum regimine, princeps eſt hic canon de rectione genitivi. Omnis genitivus regitur à ſubſtantivo expreſſo, vel ſuppreſſo. Si exprimatur ſubſtantivum, conſtructio eſt analoga & regularis. Si ſupprimatur, eſt anomala & irregularis.

Genitivus autem qui regitur varie ſignificat. Interdum enim quod eſt eſſentiale, notat: ut genus, aut ſpeciem; materiam, aut formam; totum materiale, vel partem. Interdum quod eſt eſſentiæ conjunctum: ut ſi ſubjectum ſit, vel affectio inhærens, vel cauſa efficiens, aut finalis. Interdum eſt res disjuncta, ut objectum, vel relatum, vel aliquid ejuſmodi. Hæc exemplis illuſtrabimus.

Species ſignificatur iſto Plauti: *Satin' parva res eſt voluptatum in vitâ*, ubi *res voluptatum*, ponitur pro *ipſis voluptatibus*. Genitivus ſpeciem ſignat, quia *res* ſub ſe omnem voluptatem comprehendit. Similiter Phædrus *Hæc cum tentaret, ſi qua res eſſet cibi, limam momordit*: hoc eſt, *ſi quis foret cibus*. Planeque hoc loquendi genus petitum à Græcis: apud quos Ariſtophanes τὰ χρήματα τῶν νυκτῶν, quaſi dicas *res noctium*, pro *ipſis noctibus*, poſuit.

Huc refer quæ alioqui per appoſitionem eodem caſu efferuntur: ut, *Oppidum Antiochia, arbor ſici*.

Materia ſignificatur illo Plauti, *Nummum nuſquam reperire argenti queo*. Ac Perſius ſimiliter *Crateras argenti*. Ac Virgil. *Argenti aurique talenta*.

Totum integrale ſignificat, cum dicimus, *cornua boum, jecur anſeris, vertex montis*.

Pars exprimitur hoc pacto: *Vir magni naſi, herba exigua radicis*.

Subjectum notat genitivus in his: *Facundia Ulyſſis, felicitas rerum, color roſæ*. Adjectivum receptum, ſive inhærens ſignificatur in illis, *Puer optimæ indolis, boni ingenii, egregiæ formæ, eximiæ ſpei*.

Cauſam efficientem explicant, *Ilias Homeri, Venus Praxitelis*.

Finalem, *apparatus triumphi, potio ſoporis*.

Objecti genitivus eſt, *deliberatio ſtudiorum*, quæ de ſtudiis ſuſcipitur: *cogitatio belli*, quæ circa bellum verſatur.

Correlati: ut, *Mater Socratis, Auditor Ariſtotelis*.

Poſſeſſorem indicant, *Pecus Admeti, domus Craſſi*.

Tempus vero, *Spatium horæ, iter bidui*.

Quod in tempore eſt, *Tempus belli, hora cœnæ*.

Locum ſive continens, *Incola hujus urbis, vinum majoris cadi*.

Locatum ſeu contentum, *Cadus vini, navis auri aut paleæ*.

In hujuſmodi ſtructurâ, quando actio vel paſſio ſignificatur, gignendi caſus nunc active ſolum accipitur, nunc ſolum paſſive, nunc utroque modo.

Active ſolum, ut *Providentia Dei*: hoc eſt, quâ rebus omnibus providet.

Paſſive ſolum, ut *timor Dei*: hoc eſt, quo timetur.

Utroque autem modo accipi poſſunt, *amor* vel *odium Dei*, hoc eſt, quo amat ſuos, odit improbos: vel quo pii amant Deum, improbi eum odio proſequuntur.

In his omnibus ſubſtantivum regens exprimitur. Eſt etiam ubi reticetur, ut,

at præter eos modos qui ſuperius in regulis exprimuntur: primo cum reticetur ablativus, *causâ* vel *ratione*: ut, *cum ille ſe cuſtodia diceret in caſtra remanſiſſe*, Cic. *Poſt ubi regium imperium, quod initio conſervandæ libertatis atque augendæ republicæ fuerat.* Sall.

Secundo, cum genitivus additur verbo qui non à verbo regatur, ſed nomine ſubſtantivo. Ut, *Eſt regis* vel *Paſtoris*: nempe *munus, officium. Abeſſe viduî*, puta *itinere*, Cic. *Accuſare furti*, ſcilicet *crimine*, Cæſ. *Eſt Romæ*, pro *in oppido Romæ*. Aliaque id genus, ut poſtea dicetur.

Eſt denique ubi reticetur genitivus rectus: ut in menſuræ vocabulis. Liv. *Tritici decies centum millia, & hordei quingenta, indicantes ſed ad mare derelicta habere.*

Sunt vero ſubſtantiva quædam quæ diverſam ſequuntur ſtructuram. Ut verbalia, quæ interdum adſciſcunt caſum verbi ſui: ut, *Traditio alteri.* Cic. *Domum reditionis ſpe ſublatâ*, Cæſ. Imprimis autem Plauto in deliciis eſt: cujus ſunt, *hanc additio*, & *notio* ac *tactio nos*; & ſimilia.

Ad verbalia etiam pertinent ſupina & gerundia, quæ interdum regunt caſum verbi ſui: ut in Obſervationibus de ſupinis & Gerundiis dictum.

LAUS ET VITUPERIUM.

Laus & vituperium rei variis modis effertur, at frequentius in ablativo vel genitivo: ut, *Vir nullâ fide.*

Ovid. *Ingenui vultûs puer, ingenuique pudoris.*

Extra verbalia nullum ſubſtantivum regit alium caſum quam genitivum. Quare in canone hoc ubi ablativus apponitur, præpoſitio per ellipſin deſideratur. Ut, *Virgo adunco naſo*, integre ſit, *cum adunco naſo. Gens dentibus caninis*, pro *cum dentibus.* Hoc ita eſſe, partim eo evincitur, quod in idiotiſmo Linguarum aliarum hæ præpoſitiones adjiciantur: partim quod Latini ipſi quandoque præpoſitionem exprimant. Ut, *Vir cum magnâ fide*, Plaut. *Optima cum pulcris animis Romana juventus*, Enn. Atque hoc planius erit ex iis quæ de ablativis caulæ vel modi poſtea dicemus.

OPUS ET USUS.

Opus & uſus ablativum exigunt; ut Cic. *Auctoritate tuâ nobis opus eſt.* **Gell.** *Pecuniam quâ ſibi nihil eſſet uſus, ab iis quibus ſciret uſui eſſe non accepit.*

Opus autem adjective pro *neceſſarius*, **quandoque poni videtur, varieque conſtruitur: ut,**

Cicero, *Dux nobis & auctor opus eſt.*

Idem, *Dicis nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi.*

Terent. *Alia quæ opus ſunt, para.*

Cicero, *Sulpitii operam intelligo ex tuis literis, tibi multum opus non fuiſſe.*

Opus non magis eſt adjectivum quam *Uſus* quartæ declinationis. Nam etſi aliquando exponi poſſit *neceſſe*; verum *operam* vel *negotium* notat. Unde & adjectivo jungitur: ut, *Sunt quibus unum opus eſt celebrare urbem carmine*, Hor. Item aliorum more ſubſtantivorum, genitivum regit; ut,

Magni

Magni laboris & multæ impenſæ opus fuit. Plane ad Sen. Quomodo Virgilius, *Hoc virtutis opus*: Et Martialis, *Non fuit hoc artis ſed pietatis opus.*

Ab eâdem causâ eſt, quod crebro ſungatur munere nominativi conſequentis; ut, *Si quid opus eſt impera.* Plaut. *Quantum eſt tibi opus argenti?* Terent. *Depromantur mihi quæ opus ſunt.* Idem. *Emas non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt,* Cato apud Sen. Ubi *neceſſe* dicitur quo carere non poſſis: *opus* autem quod uſui quidem, ſed tamen neceſſarium non eſt. Quomodo & diſtinxit Cicero, *Legem Curiatam Conſuli ferri opus, neceſſe non eſſe.* Atque hinc apparet, recte dici, *hæc res mihi opus eſt*: hoc eſt, res hæc opera mea eſt, ſive hac in re operam pono. Sic *dux nobis opus eſt*, tantundem valet ac, dux nobis opera eſt, aut opera noſtra in eâ re ponenda eſt, ut ducem nobis comparemus.

Nec tantum in caſu nominativo convenit cum nominativo antecedente, ſed etiam eſt casûs accuſativi præcedente accuſativo: quaſi dicam *hanc rem eſſe operam*, hoc eſt, in hac re operam poni. Nam quia recte dicitur *nummi ſunt mihi opus*; ideo dixit Cicero, *nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi.* Ubi accuſativum videmus, non quia *opus* eum caſum regat: aut quod adjectiva cum ſubſtantivis conſentire debeant: ſed quia verbum ſubſtantivum aut utrinque nominativum, aut utrinque accuſativum habeat.

Pro nominativo hujuſmodi, vel etiam accuſativo, interdum eſt infinitivus. *Ut, Quid opus eſt affirmare?* Cic. *Nunc peropus loqui,* Ter. Ubi infinitivus nominativi loco eſt: Accuſativi vero vicem ſupplebit, ſi dixeris; *Negat fuiſſe opus affirmare. Puto peropus eſſe loqui.*

Ex hiſce colligi poteſt, *opus* plane eſſe ſubſtantivum; nec quicquam compellere, ut pro *neceſſe* unquam poni dicamus.

Ac tum quoque cum ablativo jungi videtur, exponi poſſe per *opera*, vel *labor.* Ex gr. *Opus eſt arte* vel *libris*, valet *opera* ſive *labor*, aut *negotium eſt arte* vel *libris*, pro *in arte, in libris.* Quaſi dicas, *opera & occupatio omnis eſt in arte, in libris.*

Quodque de *opus* dictum eſt idem fortaſſe in *uſus* locum habet. Nam quid impedit, quo minus Plautinum iſtud, *Uſus filio viginti minis argenti*, exponas, labor & opera requiritur, ut acquirantur viginti minæ argenti. Sic Maronis illud, *Viribus uſus* valet, Nunc labor & opera omnis in viribus comparandis.

Porro de voce *uſus* ulterius addi poſſit, quod verbale ſit ab *utor.* Dicitur enim *uſus* & *uſio, abuſus* & *abuſio*; ut *itus* & *itio, reditus* & *reditio.* Quemadmodum igitur legas, *reditio domo* & *domum*; ut, *redire domo*, & *domum*; ſic quia dicimus, *utor viribus* vel *vires*: rectum quoque erit, *uſus viribus* vel *virès.* De ablativo apertum eſt. De accuſativo fidem fecerit illud Plauti. *Ad eam uſu' ſt hominem aſtutum, doctum, ſcitum & callidum.*

Adjectivorum Conſtructio.

VErbalia adjectiva regunt quandoque caſum verbi ſui; ut, *Qui niſi adulterio ſtudioſus, rei nulla alia eſt improbus.* Plaut. Ubi *ſtudioſus adulterio* dicitur, ut *ſtudere adulterio.* Et Ovidius in eo, *Cumque ſit ignis aquæ pugnax*, ait *aquæ pugnax*, ut Virg. *Placidone etiam pugnabis amori?*

Interim agnoſcimus raram eſſe hujuſmodi ſtructuram: præterquam in verbalibus quæ exeunt in *bundus*: hæc enim crebro caſum regunt verbi ſui; ut, *populabundus agros, vitabundus hoſtium caſtra*: nempe ad modum quo dicimus, *agros populare, caſtra vitare.*

Ad verbalia etiam pertinent adjectiva in *ns*, eorumque comparativi & ſuperlativi. Hæc genitivum regunt; ut, *Abſtinens vini; tolerans injuria, amantior*

tior aquâ, metuentior deorum, ſervantiſſimus aqui, patiens, patientior, patientiſſimus, inedia, algoris, vigilia.

Verbalia autem hujuſmodi in *ns* ideo Genitivum regunt, quia ex participiis vera fiunt nomina: *Ut, Pueris abſinthia tetra medentes cum dare conantur*, Lucr. Ubi *medentes* ait pro *medici*. Nec aliunde eſt, quod *ſtudentes* vulgo audias pro *ſtudioſis*, ſive *Scholaſticis*. Et quid aliud *appetens vini*, quam *appetitor*, *amans virginis*, quam *amator*? Dixeris his in *or* non ſignificari tempus: contra fieri illis in *ns*. Sed aliter eſt. Namque ſæpe illa in *ns* tempus amittunt. Imo id ſemper fit cum genitivo junguntur. Sane *fugitans lites* eſt, qui eas fugit. Ut plane hic participium ſit, quia tempus ſignificatur. At non item, cum aio, *fugitans litium*; quomodo de eo loquimur, cujus mos ac ingenium tale ut fugere eas ſoleat. Sic *patiens inediam*, qui nunc patitur: *patiens inedia*, qui pati idoneus, ſive naturâ, ſive conſuetudine, vel aliter.

Multo minus ambigere liceat de illis, quæ compoſita ſunt cum præpoſitione ſuo verbo ignotâ; ut, *intolerans, impatiens, inſolens. Multitudo laborum intolerans*, Tac. *Impatiens ante laboris eram*, Ovid. *Amicus ille noſter inſolens infamiæ*, Cic.

Atque hæc ſunt adjectiva quæ vere regunt caſum. Reliquis additur quidem caſus, ſed qui non regitur ab ipſis adjectivis, ſed vel à nomine ſubſtantivo, quod per ellipſin intelligitur; vel à præpoſitione, quæ ſimiliter reticetur; ut clarius fiet ex annotatis in regulas ſubſequentes de adjectivorum regimine.

GENITIVUS.

Ajectiva, quæ deſiderium, notitiam, memoriam, atque iis contraria ſignificant, genitivum adſciſcunt: ut,

Plinius, *Eſt natura hominum novitatis avida.*
Virg. *Mens futuri præſcia.* Id. *Memor eſto brevis ævi.*
Ter. *Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis.*
Sillius, *Non ſum animi dubius, ſed devius æqui.*
Cicero, *Græcarum literarum rudis.*

Adjectiva verbalia in *ax* etiam in genitivum feruntur. ut,

Audax ingenii. Ovidius, *Tempus edax rerum.*
Seneca, *Virtus eſt vitiorum fugax.*
Hor. *Utilium ſagax.* Id. *Propoſiti tenax.*
Virgilius, *Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri.*
Plautus, *Pecuniarum petax*, &c.

Ingens præterea adjectivorum turba nullis certis regulis obſtricta, caſum patrium poſtulat. Quorum farraginem ſatis quidem amplam congeſſerunt *Linacrus* & *Deſpauterius*. Tu vero crebrâ lectione tibi reddes admodum familiaria.

Genitivus hic qui addi ſolet hujuſmodi adjectivis, aliunde regitur; nempe à ſubſtantivo *causâ*, vel *gratiâ* vel *ratione* ſubintellecto: idque Græcorum more, quibus genitivus adjectivo additus ſimiliter regitur ab intellecto ἕνεκα, vel χάριν. Ut, *Locus latiſſimus umbræ.* Virg. hoc eſt, *causâ umbræ. Libera legum*, Luc. id eſt, *ratione legum*, ſive *quoad leges. Invictus operis ac laboris*, Tacit. pro *invictus ratione operis*, hoc eſt quod ad opus ac laborem attinet.

Sic

Sic *Impiger malitiæ*, Tac. Idem, *ferox ſcelerum, pervicax iræ, anum potentiæ anxiam, trepidus admirationis*, Idem. Similiaque ſunt apud Liv. Gell. & alios; imprimis Apuleium: quæ tantum Oratori non ſunt imitanda. Peccant autem Grammatici, dum non diſcernunt, quæ adjectiva Oratores, quæ item Hiſtorici & Poëtæ gignendi caſui adjungant. Sane *integer animi* magis eſt Poëtarum & Hiſtoricorum, quam Oratorum, qui dicerent *integer animo*. Nec Oratori imitandum illud Senecæ, *timida lucis*, aut *Judicii rectus*: Senecæ enim dictio proxima ad Hiſtoricorum phraſin accedit. Itidem Poëtarum & Hiſtoricorum magis ſunt, *Feſſus belli, inglorius militiæ, tenuis opum, ambiguus conſilii*, multaque id genus. At contra ſunt alia plurima, quæ tuto imitabitur Oratio: ut, *tam inſuetus contumeliæ*, Cic. *Callidiſſimi ruſticarum rerum*, Columel. *Certus ſententiæ*, Quint. *Securus obſervationis*, Idem. *Recentium incurioſi*, Tacitus.

Si quis contendat quando dicimus *causâ* vel *ergo* intelligi, quædam ſic duriuſcule exponi: concedimus interdum ita eſſe, ſed tamen ellipſin non eſſe abſurdum. Nam quicquid ſit de nonnullis, illud pro certo habemus, ab hujuſmodi causâ fuiſſe, quod adjectiva primo cœperint jungi genitivis. Nec enim exiſtimandum linguam Romanam nullis eſſe cauſis ſubnixam.

Nomina partitiva, ut partitive poſita, interrogativa quædam, & certa numeralia, genitivo, à quo & genus mutuantur, gaudent; ut Cicero, *Quanquam te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum idque Athenis, abundare oportet præceptis inſtitutiſque Philoſophiæ, propter ſummam & doctoris auctoritatem & urbis, quorum alter te ſcientiâ augere poteſt, altera exemplis.*

Utrum horum mavis accipe.

Ovidius: *Quiſquis fuit ille deorum.*

Terent. *An quiſquam hominum eſt æque miſer ut ego?*

Virgilius: ——*divûm promiſtere nemo auderet.*

Tres fratrum. Quatuor judicum. Sapientiſſimum octavus, quis fuerit, nondum conſtat.

Primus Regum Romanorum fuit Romulus.

Genitivus qui nominibus partitivis addi ſolet, regitur à ſubſtantivo *numero*, quod brevitatis & elegantiæ causâ reticetur. Ut, *Quiſquis fuit ille Deorum*: integre ſit è numero Deorum. *Primus Regum Romanorum Romulus, primus è numero Regum.* Et ſic de cæteris.

In alio tamen ſenſu ablativum exigunt cum præpoſitione: ut, *Primus ab Hercule. Tertius ab Æneâ.*

Atqui Ablativus iſte à præpoſitione, non à partitivis regitur.

In alio vero ſenſu dativum: ut, Virgilius: ——*nulli pietate ſecundus.*

Nempe Dativus hujuſmodi omnibus cum nominibus tum verbis congruere potius, quam ab iiſdem regi videtur.

Uſurpantur autem & cum his præpoſitionibus, *E, de, ex, inter, ante*: ut Ovidius: *Eſt Deus è vobis alter.*

Idem,

Idem, *Solus de ſuperis.* Virgil. *Primus inter omnes.* Idem, *Primus ibi ante omnes, magnâ comitante catervâ, Laocoön ardens ſummâ decurrit ab arce.*

Atque hæ quidem locutiones propriæ ſunt: & ex iis oſtenditur, quomodo priores, in quibus ellipſis ſtatuitur, exponi poſſunt.

Interrogativum & ejus redditivum ejuſdem caſûs & temporis erunt: ut, *Quarum rerum nulla eſt ſatietas? divitiarum. Quid rerum nunc geritur in Angliâ? Conſulitur de religione.*

Fallit hæc regula, quoties interrogatio fit per *Cujus, ja, jum*: ut *Cujum pecus? Laniorum.* Aut per dictionem, variæ ſyntaxeos: ut, *Furtine accuſas, an homicidii? Utroque.*

In illo caſu convenitur, ſi ſuppleatur quod deeſt. Nam integre eſt, *Furtine crimine accuſas, an crimine homicidii? Utroque crimine.* Atque par ratio in aliis dictionibus quæ dicuntur eſſe variæ ſyntaxeos.

Fallit denique cum per poſſeſſiva, *Meus, tuus, ſuus*, &c. reſpondendum eſt: ut, *Cujus eſt hic codex? Meus.*

Comparativa & ſuperlativa, accepta partitive, genitivum, unde & genus ſortiuntur, exigunt. Comparativum autem ad duo, ſuperlativum ad plura refertur: ut, *Manuum fortior eſt dextra. Digitorum medius eſt longiſſimus.* Accipiuntur autem partitive, cum per *è, ex*, aut *inter* exponuntur: ut, *Virgilius poëtarum doctiſſimus*: id eſt, *ex poëtis*, vel *inter poëtas.*

Comparativorum & Superlativorum par ratio eſt ac partitivorum, quare ut in poſitivis ita hic quoque ellipſis ſtatuenda eſt: ut, *Virgilius poëtarum doctiſſimus*, integre fit *è numero poëtarum.*

At verum non eſt genus ſemper deſumi à genitivo partitivo poſito: ſiquidem à ſubſtantivo, de quo ſermo eſt, frequentius petendum ſit. Dicitur, verbi gratiâ non modo, *Leo animalium fortiſſimum*, ſed etiam *Leo animalium fortiſſimus.* In priori gemina eſt ellipſis, una apertior, nempe ſubſtantivi quod in genitivo ponitur: quomodo *animal* intelligitur, cum dico *animalium fortiſſimum*: altera eſt occultior, quia deeſt *è numero*, à quo regitur *animalium.* Utrumque ex Plinio ſuppleveris; *Caprea & coturnices animalia è numero animalium placidiſſima.*

Alterum vero loquendi genus multo eſt uſitatius. Ut, *Indus qui eſt omnium fluminum maximus*, Cic. *Hordeum frugum omnium molliſſimum eſt*, Plin. In quibus nulla eſt nominativi ellipſis ſed ſolum illa nominis *numerus* cum præpoſitione. Integre enim fuerit, *Indus maximus è numero fluminum. Hordeum molliſſimum è numero frugum.*

Nec rectum eſt comparativos tantum partitive poni, cum de duobus eſt ſermo. Nam Ciceronis eſt, *Ceterarum rerum præſtantior erat.* Et Curtius, *Incautis duo majora omnium navigia ſubmerſa ſunt.* Plin. *Adoleſcentiores apum ad opera exeunt.* Aliaque id genus innumera apud Auctores occurrunt.

Comparativa cum exponuntur per *quam*, ablativum adſciſcunt; ut Hor. *Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum*; id eſt, *quam aurum, quam virtutes.*

Regitur Ablativus iſte non à comparativo, ſed præpoſitione *præ* intellecta:

ut, integre ſit *vilius eſt argentum præ auro, aurum præ virtutibus.* Nempe ut in poſitivo dicitur *præ nobis beatus.* Cic.

Adſciſcunt & alterum ablativum, qui menſuram exceſsûs ſignificat: ut,
Cicero, *Quanto doctior es, tanto te geras ſubmiſſius.*

Hic etiam ſtatuenda eſt ellipſis præpoſitionis: Nam integre eſt *præ quanto doctior es, præ tanto te geras ſubmiſſius.* Et ſimiliter *maximus ætate* integre erit *maximus ab ætate,* vel *præ ætate.*

Tanto, quanto, multo, longe, ætate, natu, utrique gradui apponuntur: ut Catull. *Tanto peſſimus omnium Poëta, Quanto tu optimus omnium patronus.*
Eraſ. *Nocturnæ lucubrationes longe periculoſiſſimæ habentur.*
Longe cæteris peritior es, ſed non multo melior tamen.
Juven. *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.
Major & maximus ætate. Major & maximus natu.

DATIVUS.

Adjectiva quibus commodum, incommodum, ſimilitudo, diſſimilitudo, voluptas, ſubmiſſio, aut relatio ad aliquid ſignificatur, in dativum tranſeunt: ut,
Virgil. *Sis bonus ô felixque tuis.*
Martial. *Turba gravis paci, placidæque inimica quieti.*
Eſt finitimus Oratori Poëta.
Ovidius, *Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.*
Martial. *Jucundus amicis. Omnibus ſupplex.*
Horatius, *Si facis ut patriæ ſit idoneus, utilis agro.*
Huc referuntur nomina ex *Con* præpoſitione compoſita: ut, *Contubernalis, commilito, conſervus, cognatus,* &c.

Cum Dativus jungitur hujuſmodi Nominibus, non proprie regimen eſt, ſed convenientia: ſiquidem omnium hoc Adjectivorum, omnium etiam verborum commune ſit, ut Dativus iis congruat ſeu perſonæ, ſeu rei, quando ſignificatur aliquid accedere vel decedere.

Quanquam quid ſi dicamus & hîc præpoſitionem intelligi? Nam licet nulla Latinis Præpoſitio regat Dativum, tamen cum Latinis olim, ut Græcis, eadem erat terminatio Dativi & Ablativi, animo concipi poterit Præpoſitio, quæ olim Dativum & Ablativum rexerit; ſive ea ſit *in,* ſive *pro,* vel alia. Sane Græci in Dativis acquiſitionis videntur intelligere: ut, χρήσιμον τούτῳ, utile illi, pro ἐν vel ἐπὶ τούτῳ, *in illo,* vel σὺν τούτῳ *cum illo,* vel ἀντὶ τούτου, *pro illo,* vel *causâ illius.* Quin & Latini ſæpe ejuſmodi per præpoſitionem efferunt: ut *utilis illi,* vel *ad illud.* Item in aliis linguis hæc cum Præpoſitione exprimuntur, ut Anglis, 'Tis *good for me,* quaſi dicas, *bonum pro me.*

Ab univerſali quam diximus naturâ, ſive proprium ſive ellipticum eſſe ſermo-

ſermonem placet, eſt illud, quod tam multa, quæ naturâ ſuâ Genitivum poſtulent, Dativo etiam jungi videamus. Ut, *Vino modo cupida eſtis*, Plaut. *Participem ſtudiis Cæſar habere ſolet*, Ovid. Ubi ſi Præpoſitionem intelligi placet, ea fuerit *in*, quaſi dicas, *in vino cupidus*, *in ſtudiis particeps*: ut Græcis intelligeretur ἐν, quæ Dativum regit.

Huc quoque pertinet, quod *conſcius* non tantum cum ad perſonam refertur, quomodo dicimus *conſcius ſibi*; ſed etiam cum reſpicit rem, interdum Dativum admittit. Ut, *Conſcium illi facinori*, Cic. *Cæptis conſcia noſtris*. Ovid. Par ratio cum Græci dicunt συνειδὼς ἑαυτῷ *ſibi conſcius*, ubi Dativus à Præpoſitione dependet.

Quædam tamen ex his Adjectivis etiam Genitivo gaudent: ut,
Lucanus, *Quem metuis par hujus erat.*
Terentius, *Patres æquum eſſe cenſent, nos jamjam à pueris illico naſci ſenes, neque illarum affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia.*
Idem, *Domini ſimilis es.*
Virgilius, *Præterea regina tui fidiſſima dextrâ*
Occidit ipſa ſuâ.
Auſon. *Mens conſcia recti.*

Genitivus extra verbalia nunquam legitur ab Adjectivo, niſi ſuam prius exuerint naturam. Quare Adjectiva hujuſmodi verius pertinent ad canona de Subſtantivo regente alterum Subſtantivum in caſu patrio. Nam *amicus*, *cognatus*, *affinis*, eodem modo dicuntur ac *frater ejus*.

***Communis*, *alienus*, *immunis*, variis caſibus ſerviunt: ut Cicero,**
Commune animantium omnium eſt conjunctionis appetitus, procreandi causâ.
Mors omnibus communis. *Hoc mihi tecum commune eſt.*
Salluſt. *Non aliena conſilii.* **Sen.** *Alienus ambitioni.*
Cic. *Non alienus à Scævolæ ſtudiis.*
Ovid. *Vobis immunibus hujus eſſe mali dabitur.*
Plinius, *Caprificus omnibus immunis eſt.*
Immunes ab illis malis ſumus.

De Dativo Adjectivis hujuſmodi addito nulla eſt ambiguitas: quippe jungitur iis per modum acquiſitionis.

Genitivus regitur à Subſtantivo intellecto. Nam *commune omnium animantium* integre eſt, *commune negotium omnium amantium*: *immunis mali*, *à re mali*, hoc eſt, *malo*: *aliena conſilii*, ſignificat *ratione conſilii*. Verum neque hæc natique Romanorum locutio, ſed tranſmarina. Sic enim Græci, κακίας ἀλλότριον, *alienum vitii*, pro *à vitio*. Ablativus denique, quem Adjectiva hujuſmodi regere aiunt, à Præpoſitione dependit.

***Natus*, *commodus*, *incommodus*, *utilis*, *inutilis*, *vehemens*, *aptus*, interdum etiam Accuſativo cum Præpoſitione adjunguntur: ut Cic.**
Natus ad gloriam.

Atque hic Accuſativus à Præpoſitione regitur. Quin & id notandum Adjectiva *idoneus*, *aptus*, *par*, aut ſimile intelligi in his, *Solvendo non erat*, Cic. *Qui oneri ferendo non eſſent*, Liv. *Quæ reſtinguendo igni forent*, Idem. Ut

integre ſint, *Solvendo ari alieno aptus non erat. Qui oneri ferendo idonei non eſſent: Quæ reſtinguendo igni apta forent.*

Verbalia in *bilis* accepta paſſive, ut & Participia, ſeu potius participialia in *dus*, Dativo adjecto gaudent: ut,
Martial. *O mihi poſt nullos Jule memorande ſodales.*
Statius, —— *nulli penetrabilis aſtro Lucus erat.*

Dativus his per modum acquiſitionis jungitur.

ACCUSATIVUS.

Magnitudinis menſura ſubjicitur Adjectivis in Accuſativo: ut, *Gnomon ſeptem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit.*

Interdum & in Ablativo: ut,
Columella, *Fons latus pedibus tribus, altus trigintà.*

Interdum etiam & Genitivo: ut Columella, *In morem horti areas latas pedum denûm, longas pedum quinquagenûm facito.*

Trifariam quidem conſtruuntur Adjectiva quæ dimenſionem ſignificant. Dicimus enim, *longum ſex pedum, ſex pedes, & ſex pedibus.* Sed in primo intelligitur Ablativus *longitudine*, indeque regitur Genitivus *pedum*. In ſecundo reticetur præpoſitio *ad*: ut integre ſit *ad ſex pedes*. In tertio etiam intelligitur Præpoſitio *a*, vel ſimile.

ABLATIVUS.

Abjectiva quæ ad copiam egeſtatemque pertinent, interdum Ablativo, interdum & Genitivo gaudent: ut,
Plautus, *Amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus.*
Horatius, *Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.*
Virgilius, *At feſſæ multa referunt ſe nocte minores,*
Crura thymo plenæ.
Idem, *Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?*
Idem, *Dives opum, dives pictaï veſtis, & auri.*
Perſius, *O curvæ in terras animæ, & cœleſtium inanes!*
Expers fraudis. Gratiâ beatus.

Quanquam abunde pateat, duplicem eſſe Adjectivorum hujuſmodi ſtructuram: non tamen eo exiſtimandum nihil referre, utrum hoc an iſto pacto loquuntur: in aliquibus enim tutius priori, in aliis poſteriori modo rectius utimur. Ita, ut Fabius autor eſt, Cicero potius *plenus* jungit gignendi caſui, quam auferendi. Etiam *pauper* melius ſociatur Genitivo, quomodo Horatius, *Pauper agreſtium Daunus*. Ac ſimiliter *egenus*, *indigus*, *fertilis*, *ſterilis*.

Porro verum non eſt, Genitivum hic vel Ablativum regi ab Adjectivo. Genitivo enim junguntur more Græcorum: qui itidem dicunt, πλούσιος χρημάτων, *dives pecunia*: ἐνδεὴς πάντων *indigus omnium*: ut nempe Genitivus regatur à Præpoſitione ἐκ vel aliâ. Quod vel hinc conſtat, quia Latini

tini ſæpius exprimunt Præpoſitionem, ac in vulgarium quoque Linguarum idiotiſmis Præpoſitio addi ſoleat. At, ut ſuppleatur quod deeſt, quia nulla eſt Latinis Præpoſitio quæ Genitivum amet, concipi debet Subſtantivum generaliſſimum, puta *negotium*, vel *res*. Ut, *plenus vini*, integre ſit, *re vini*, ſive cum Præpoſitione *à re vini*. Item *vacuus curarum*, ſit pro *à re curarum*, quomodo *res voluptatum*, pro *voluptatibus* dixit Plautus. Sic *dives agrorum*, hoc eſt, *re agrorum*. Poſſis tamen hic etiam *ratione* vel *ergo* intelligere, ut *dives agrorum*, ſit pro *ratione agrorum*, ſive *agrorum ergo*. Nam *ergo* Dativum vel Ablativum eſſe ab *ipſo* alibi dicetur. De causâ Ablativi ſtatim dicetur.

Nomina diverſitatis Ablativum ſibi cum Præpoſitione ſubjiciunt: ut,

Virgil. *Alter ab illo. Aliud ab hoc. Diverſus ab iſto.*

Nonnunquam etiam Dativum: ut, *Huic diverſum.*

De Ablativo Nominibus diverſitatis addito planum eſt; & Dativi eadem eſt ratio ac illorum Adjectivorum, quibus acquiſitio ſignificatur.

Adjectiva regunt Ablativum ſignificantem cauſam: ut, *Pallidus irâ. Incurvus ſenectute. Livida armis brachia. Trepidus morte futurâ.*

Forma vel modus rei adjicitur nominibus in Ablativo: ut, *Facies miris modis pallida. Nomine Grammaticus, re barbarus.*

Cic. *Sum tibi naturâ parens, præceptor conſiliis.*

Virgilius. ——— *Trojanus origine Cæſar. Spe dives, re pauper. Syrus natione.*

De Adjectivis ſignificantibus cauſam, formam, vel modum, ſimiliter ſtatuendum, ac de iis quæ Accuſativum regere dicuntur. Nam utrobique regitur caſus à Præpoſitione: ſi Accuſativus ſit, à Præpoſitione Accuſativum regente; ſi Ablativus, à Præpoſitione itidem quæ Ablativum requirat. Quod hinc conſtat, quia Præpoſitio ſæpius expreſſa reperitur. Ut, *Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur*, Cic. *Pontes tenere caſtris, à ſtationibus, vigiliis, omni juſtâ militari cuſtodiâ, firmo & tuto*, Liv. Sic *invictus à labore, à Philoſophiâ inſtructior*, Cic.

Atque locum habet in Ablativis qui addicitur adjectivis copiæ vel inopiæ. Nam & his cauſa vel modus ſignificatur. Ut, *dives agris*, pro *ab agris*, vel *ex agris*: *plenus vino*, pro *de vino*, ut Itali dicunt *pieno de vino*, Galli *plein de vin*, & nos *full of wine*. Hæc recte referri ad Ablativum cauſæ, inde cognoſcimus, quia *dives agris* & *plenus vino*, idem valeant ac *dives ab agris*, *plenus propter vinum* vel *vini causâ*.

Dignus, indignus, præditus, captus, contentus, exortis, auferendi caſum adjectum volunt: ut,

Ter. *Dignus es odio. Qui filium haberem tali ingenio præditum.*

Virg. *Atque oculis capti fodêre cubilia talpæ.*

Idem, *Sorte tuâ contentus abi.*

Horum nonnulla Genitivum interdum vendicant: ut,

Ovid. *Nullius eſt operis altera digna tui.*

Virgil. *Deſcendam magnorum haudquaquam indignus avorum.*

Porro & in his Ablativus à Præpoſitione regitur, & Genitivus à Subſtantivo

ſtantivo intellecto. Ut, *dignus laude* integre ſit *de laude*; & *dignus laudis*, pro *re laudis*, hoc eſt laude.

Pronominum Conſtructio.

MEI, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*, Genitivi primitivorum ponuntur cum paſſio ſignificatur: ut,
Languet deſiderio tui.
Ovid. *Parſque tui latitat corpore clauſa meo. Imago noſtri.*
Meus, *tuus*, *ſuus*, *noſter*, *veſter*, adjiciuntur cum actio vel poſſeſſio rei denotatur: ut, *Favet deſiderio tuo. Imago noſtra*, id eſt, *quam nos poſſidemus.*

Scriptores claſſici non raro hoc diſcrimen negligunt. Ita, ut auctor eſt Cicero, *invidia* tum active tum paſſive uſurpatur: unde idem ſemel iterumque dixit, *invidia mea*, de eâ qua mihi invidetur. Simile illud Terentii. *Nam neque negligentiâ tuâ, neque odio id fecit tuo*, ubi *negligentiâ tuâ* eſt, qua tu negligeris, & *odium tuum*, quo te alius proſequitur. Idem, *In eâ re utilitatem ego faciam ut cognoſcas meam*, hoc eſt, quæ ex me percipitur. Et alibi, *ut facile ſcires deſiderio id fieri tuo*, pro *tui*. Contra *inſidiæ alicujus* dixit Cicero, pro iis, quæ alicui tenduntur.

Noſtrûm & *veſtrûm*, Genitivi ſequuntur diſtributiva, poſſeſſiva, comparativa, & ſuperlativa: ut, *Unuſquiſque veſtrûm. Nemo noſtrûm. Ne cui veſtrûm ſit mirum. Major veſtrûm. Maximus natu noſtrûm.*

Genitivus hic pluralis, ut in Nominibus partitive acceptis, regitur ab Ablativo *numero*, atque Ablativus ille à Præpoſitione *ex*.

Hæc Poſſeſſiva, *Meus*, *tuus*, *ſuus*, *noſter* & *veſter*, hos Genitivos poſt ſe recipiunt, *Ipſius*, *ſolius*, *unius*, *duorum*, *trium*, &c. *omnium*, *plurium*, *paucorum*, *cujuſque*: & Genitivos Participiorum quæ ad Genitivum primitivi in poſſeſſivo incluſum referuntur: ut,
Ex tuo ipſius animo conjecturam feceris.
Cic. *Dico meâ unius operâ rempublicam eſſe liberatam.*
Idem. *Meum ſolius peccatum corrigi non poteſt.*
Eraſm. *Noſter duorum eventus oſtendat, utra gens ſit melior. In ſuâ cujuſque laude præſtantior. Noſtrâ omnium memoriâ.*
Brut. ad Cicer. *Veſtris paucorum reſpondet laudibus.*
Hor. —— *ſcripta cum mea nemo legat, vulgo recitare timentis.*

Genitivi hi non reguntur à Pronomine poſſeſſivo, ſed à ſubſtantivo illo cui additur Pronomen poſſeſſivum. Exempli gratiâ, illud *Meum ſolius peccatum corrigi non poteſt*, integre ſit, *meum mei ſolius*. Ubi quid apertius quam duos iſtos Subſtantivos regi à nomine Subſtantivo *judicium*? *Mei* vero brevitatis causâ omittitur, quia ex *meum* ſatis intelligitur.

Sui & *ſuus* reciproca ſunt, hoc eſt, ſemper reflectuntur ad id quod

quod præceſſit in eâdem oratione; ut, *Petrus nimium admiratur ſe. Parcit erroribus ſuis.*

Aut annexa per copulam: ut, *Magnopere Petrus rogat, ne ſe deſeras.*

Canones de Reciprocis.

1 Reciprocum uſurpatur, quoties reditur ad præcedentem caſum: hoc eſt eum quem verbum habet à fronte, ſive is Nominativus erit, ſive Accuſativus.

2 Uſurpatur reciprocum, etſi non redeatur ad caſum ſequentem, ſive à tergo rectum, modo ſtructura hujuſmodi ſit ut in priorem poſſit reſolvi.

3 Si ob neglectum reciproci nulla oriatur ambiguitas, poteſt aliquando ejus loco aliud relativum poni.

Exemplis hæc fient planiora.

Primum erat, Reciproci uſum eſſe, cum reflectimus ad caſum qui eſt à fronte verbi. Ut illo Ciceronis, *Cererem antiquiſſimam à C. Verre ex ſuis templis eſſe ſublatam.* Ubi Reciprocum habet locum, quia redimus ad *Cererem*, qui caſus verbum *eſſe* præcedit. Perque Nominativum & particulam ſic reſolvas, *Quod Ceres antiquiſſima à C. Verre ſublata ſit ex templis ſuis.* At non ſimiliter dicam, *C. Veres ſuſtulit Cererem antiquiſſimum è templis ſuis.* Quippe ita *C. Verres* erit caſus verbi à fronte, eoque C. Verris templa intelligi poſſint. Ac Proinde ne in perſonâ hic erretur, ſatius ſit dicere, *è templis ejus.* Vel ſi nulla hic ambiguitas videatur, quia ſatis pateat nulla Verrem templa habuiſſe, pro exemplo illud fuerit, *Verres expulit Seiam ex villâ ſuâ.* Ubi Verris potius villa intelligitur; ſin de villâ Seiæ ſermo eſt, ſatius ſit *ejus* dicere. Similiter in illo Ciceronis, *Tum Pythius piſcatores ad ſe vocavit, & ab his petivit, ut ante ſuos hortulos poſterâ die piſcarentur.* Verbum *petivit* ante ſe habet Nominativum *Pythium* cujus horti cum intelligantur, *ſuos dicendum.* Quod ſi Cicero dixiſſet, *Piſcatores erant à Pythio rogati, piſcatores* erit caſus à fronte: eoque, cum rogati ſint piſcatores ut ante Pythii hortos piſcarentur, Cicero potius dixiſſet, *ut ante ejus hortos piſcarentur.*

Alterum erat, etiam reciprocum uſurpari, etſi non redeatur ad caſum verbi à fronte poſitum, modo, ſervatâ ſententiâ, ſtructura verborum in priorem formam poſſit commutari. Ut in illo Maronis, *trahit ſua quemque voluptas.* Integre erit *voluptas ſua trahit hominem quemque.* Hic, licet non reditur ad caſum à fronte, reciprocum ſubjicitur, quia tantundem valet ſtructura, ac iſta. *Homo quiſque trahitur à voluptate ſuâ.* Sic in illo Martialis, *Et ſua riſerunt ſecula Mæonidem.* Cujus ſtructuram, ſic, ſalvâ ſententiâ, convertas in priorem formam, *Et Mæonides eſt riſus à ſeculis ſuis.* Ubi perperam dixeris *à ſeculis illius.* Sic ſecundum priorem formam dicitur, *Diſſolutus negligit quid de ſe à quoque dicatur*: Ita Cicero poſteriori ſtructurâ, *Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, eſt diſſoluti.*

Tertium erat, quandoque aliud relativum pro reciproco uſurpari; ut ſi nulla inde oriatur ambiguitas. Tale eſt cum utimur Præpoſitione *inter* poſt gignendi, dandi, & auferendi caſum. Ibi enim nunc reciproco utimur, nunc pronomine *ipſe*, vel interdum etiam *iſte.* Ut apud Ciceronem, *Una ſpes eſt ſalutis iſtorum inter iſtos diſſenſio.* Uſitatius fuerit *inter ſe*, vel etiam *ipſos.* Ut alibi leges, *Nec mihi caterorum judicio videntur ſolum, ſed etiam inter ipſos conſenſu.*

Quin & dixeris, *Cepi columbam in nido ſuo, & in nido ejus.* Prius rectum eſt, quia oratio tantundem valet, ac illa, *Capta à me columba in nido ſuo.* At *ejus* habet locum, quia non eſt periculum ab ambiguitate. *Sic ſupplicium ſumſit de famoſo fure cum ſociis ſuis*, vel *ſociis ejus.* At ſi copula adda-

tur, diſpar ſit ratio; nec enim dixeris, *ſupplicium ſumſit de fure & ſociis ſuis*, ſed *ejus*.

Porro ut magis liqueat quam late pateat hæc ſtructura, primo exempla afferemus, ubi pro reciproco uſurpatur aliud relativum; deinde ubi pro Relativo ſumatur reciprocum.

Prioris generis eſt illud Ciceronis, *Omnes boni, quantum in ipſis fuit, Cæſarem occiderunt*. Poterat Cicero, *ſe* dixiſſe. *Si non poterat cauſa defenſitare, illa præſtare debebit, quæ erant in ipſius poteſtate*, Id. ubi *ipſius* eſt pro *ſuâ*. *Perfuga Fabricio pollicitus eſt, ſi præmium ei propoſuiſſet, ſe Pyrrhum veneno necaturum*, Id. *Ei* dixit pro *ſibi*. *Abiſari Alexander nuntiare juſſit, ſi gravaretur ad ſe venire, ipſum ad eum eſſe venturum*, Curt. Varietatis ergo prius *ſe*, mox *ipſum* ait. *Quapropter non petit, ut illum miſerum puteris, niſi & innocens fuerit*, Quint. *Illum* pro *ſe*.

Atque his locis *is*, vel *ipſe*, vel *ille*, accipitur pro *ſui* vel *ſuus*. Verum & *ſui* itidem & *ſuus* pro *ejus*, ſæpius uſurpantur. Ut illo Ciceronis, *Non enim à te emit, ſed priùs quam tu ſuum ſibi venderes, ipſe poſſedit*: *ſibi* pro *ei*. *Quæ nox ſibi proxima venit, inſomnis*, Luc. *Quod judicium ſibi cunque erat*, Cic. pro *quodcunque ei judicium erat*. *Medeam prædicant in fugâ fratris ſui membra in iis locis, quæ ſe parens proſequeretur, diſſipaviſſe*, Cic. *ſe* pro *eam*. *Si C. Cæſaris, fortiſſimorum ſui patris militum exercitus non fuiſſet*, Cic. *ſui* pro *ejus*.

Ipſe ex Pronominibus ſolum trium perſonarum ſignificationem repræſentat: ut,

Ipſe vidi, ipſe videris, ipſe dixit.

Et Nominibus pariter ac pronominibus adjungitur: ut,

Ipſe ego, ipſe ille, ipſe Hercules.

Idem, etiam omnibus perſonis jungi poteſt: ut,

Ego idem adſum.

Terentius, *Idem has nuptias perge facere.*

Virgil. *Idem jungas vulpes, & mulgeat hircos.*

Hæc Demonſtrativa, *Hic, ille, iſte*, ſic diſtinguuntur: *Hic*, mihi proximum demonſtrat; *iſte*, eum qui apud te eſt, *ille* eum qui ab utroque remotus eſt, indicat.

Ille, tum uſurpatur, cum ob eminentiam rem quampiam demonſtramus: ut, *Alexander ille magnus*. *Iſte*, vero ponitur, quando cum contemptu rei alicujus mentionem facimus: ut Terent. *Iſtum æmulum quod poteris ab eâ pellito.*

Hic & *ille*, cum ad duo antepoſita referuntur; *Hic* ad poſterius & propius; *Ille* ad prius & remotius proprie ac uſitatiſſime referri debet: ut Colum. *Agricolæ contrarium eſt paſtoris propoſitum*: *ille quam maxime ſubacto & puro ſolo gaudet, hic novali graminoſoque*; *ille fructum è terra ſperat, hic è pecore*. Eſt tamen, ubi è diverſo Pronomen *hic* ad remotius ſuppoſitum referri invenias, & *ille* ad proximius.

VER-

VERBORUM CONSTRUCTIO.

Nominativus poſt Verbum.

VErba Subſtantiva; ut, *ſum, forem, fio, exiſto*: verba vocandi paſſiva, ut *Nominor, appellor, dicor, vocor, nuncupor*; & iis ſimilia, ut *Scribor, ſalutor, habeor, exiſtimor*: item verba geſtûs, ut *Sedeo, dormio, cubo, incedo, curro*, utrinque Nominativum expetunt; ut, *Deus eſt ſummum bonum.*

Perpuſilli vocantur nani. Fides religionis noſtræ fundamentum habetur. Malus paſtor dormit ſupinus.

Lactantius, *Homo incedit erectus in cœlum.*

Denique omnia fere verba poſt ſe Nominativum habent Adjectivi Nominis, quod cum ſuppoſito verbi, caſu, genere & numero concordat: ut,

Rex mandavit primus exſtirpari hæreſin.

Pii orant taciti. Boni diſcunt ſedulo.

Infinitum quoque utrinque eoſdem caſus habet, præcipue cum verba optandi, eiſque ſimilia accedunt: ut,

Hypocrita cupit videri juſtus. Hypocrita cupit ſe videri juſtum.

Malo dives eſſe quam haberi. Malo me divitem eſſe quam haberi.

Claud. *Vivitur exiguo melius; natura beatis*
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoverit uti.

Martialis, *Nobis non licet eſſe tam diſertis*, vel *diſertos.*

Terentius, *Expedit bonas eſſe vobis.*

Ovidius, *Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam.*

Quamvis in his poſtremis exemplis ſubaudiuntur Accuſativi ante verba infinita. *Nos eſſe diſertos. Vos eſſe bonas. Me eſſe piam.*

Cauſa utriuſque ſermonis ea eſt, quod unus ſit nativus linguæ Romanæ; alter tranſmarinus & à Græcis acceptus. Romani eo Accuſativum exiguunt, quia caſus is (ut in Regulâ dictum) convenit cum Pronomine intellecto. Ut *Licet vobis eſſe otioſos*, pro *licet vobis vos eſſe otioſos. Contingit tibi evadere optimum civem*, pro *contingit tibi, evadere te optimum civem.* At altero modo loquuntur exemplo Græcorum. Ut, *Cui primum licet* vel *contingit eſſe medico, poſtea bono medico.* Sic enim Plato, ᾧ πρῶτον μὲν ἀπάρχει ἰατρῷ εἶναι, ἔπειτα ἀγαθῷ ἰατρῷ. Iſocrates, Περιῆκε ἡμῖν βιαίτατον ἀπάντων ἀνθρώποις εἶναι. *Convenit nobis hominum eſſe optimis.* Et ſimilia alibi, & apud alios.

Genitivus poſt Verbum.

SUM Genitivum poſtulat, quoties ſignificat poſſeſſionem, aut ad aliquid pertinere: ut,

Virgilius, —— *pecus eſt Melibœi.*

Cicero,

Cicero, *Adoleſcentis eſt majores natu revereri.*
Virgil. *Regum eſt parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.*

Genitivus ille non regitur à Verbo Subſtantivo, ſed à Nomine intellecto. Nam *pecus eſt Melibœi*, ita ſupplendum, *pecus hoc eſt pecus Melibœi.* Vel generatim intelligo *res*, ut integre ſit *pecus eſt res Melibœi.* Sic *eſt Adoleſcentis*, nempe *proprium munus.* Nominativum expreſſit Cicero in illo, *Sapientis eſt proprium, nil quod pœnitere poſſit, facere.* Ejuſdem monetæ ſunt, *Eſt moris*, puta *res. Vincere eſt laboris*, nempe *res*, *negotium* vel *opus.*

Excipiuntur hi Nominativi, *Meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum, humanum, belluinum*, & ſimilia: ut,
Non eſt meum contra auctoritatem Senatûs dicere.
Terent, *Eia, haud veſtrum eſt iracundos eſſe.*
Humanum eſt iraſci.

At hic ſubintelligi videtur *Officium*, quod aliquando etiam exprimitur; ut Terentius, *Tuum eſt officium has bene ut adſimules nuptias.*

Verba æſtimandi genitivo gaudent; ut, *Plurimi paſſim fit pecunia. Pudor parvi penditur. Nihili*, vel, *pro nihilo habentur literæ.*
Horat. *Pluris opes nunc ſunt, quam priſci temporis annis.*

Æſtimo, vel Genitivum, vel Ablativum adſciſcit; ut Valerius Maximus, *Non hujus te æſtimo. Magno ubique virtus æſtimanda eſt.*

Flocci, nauci, nihili, pili, aſſis, hujus, teruncii, his verbis, *Æſtimo, pendo, facio*, peculiariter adjiciuntur; ut, *Ego illum flocci pendo. Nec hujus facio, qui me pili æſtimat.*

Reguntur univerſi hi Genitivi, aut ab Accuſativo *rem* vel *pretium*, aut ab Ablativo *re* vel *pretio.* Nam illud *magni æſtimo*, integre eſt, *rem magni pretii æſtimo*; ſive *pro magni aris pretio æſtimo.* Vel ſuppleas hoc pacto, *pro magni pretii re æſtimo.* Itidem *parvi duco*, ſic ſuppleas, *rem parvi pretii duco*, vel *pro re parvi pretii duco.* Ut, uſitate dicitur, *pro nihilo ducere.* Adjectiva in talibus cum *aris* vel *pretii* convenire, cognoſcimus ex eo, quod ſimiliter dicitur *Codex accepti & expenſi*, puta *aris*: De *meo*, puta *ære.* Imo Terentius Subſtantivum expreſſit. *Videtur*, inquit, *eſſe quantivis pretii*, ubi nihil niſi Subſtantivum *res*, deſideratur. Quare illud Ciceronis, *Magni æſtimabat pecuniam*, ſupplendum hoc pacto, *Rem magni pretii æſtimabat pecuniam.* Atque hinc facile eſt ſupplere alteram ellipſin, cum verba æſtimandi junguntur Ablativis *magno, permagno, parvo, nihilo.* Item Subſtantivis ejuſdem caſus; ut, *tribus denariis æſtimavit.* Quorum ellipſin ſic ſuppleas, *æſtimas pro permagno, pro nihilo, pro tribus denariis*; quomodo dicitur pro *nihilo putare*, vel *habere.*

Singularia ſunt iſta: *Æqui boni conſulo. Æqui boni facio*, id eſt, *in bonam accipio partem.*

In his gemina eſt ellipſis, una Subſtantivi ejus, quod regit; altera illius quod regitur. Nam *conſulo æqui & boni*, valet *ſtatuo*, vel *cenſeo eſſe æqui*, vel *boni animi*, aut *hominis.* Regens ſuppleas ſi dicas. *æqui & boni*, ſeu *hominis officium*, aut *factum.* Itidem *conſulo boni*, valet, *interpretor eſſe boni animi*, vel *viri munus*, aut *factum.*

Verba

Verba accuſandi, damnandi, monendi, abſolvendi, & conſimilia, Genitivum poſtulant, qui crimen ſignificet: ut,

Plaut. *Qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet.*
Cicero, *Etiam ſceleris condemnat generum ſuum.*
Ovid. *Parce tuum vatem ſceleris damnare, Cupido.*
Admoneto illum priſtinæ fortunæ. Furti abſolutus.

Vertitur hic Genitivus aliquando in Ablativum, vel cum Præpoſitione vel ſine Præpoſitione: ut,

Cic. *Si in me iniquus es judex, condemnabo eodem ego te crimine.*
Gellius, *Uxorem de pudicitiâ graviter accuſavit.*
Cicero, *Monui eâ de re admonendum eſſe te.*

Genitivus, quem regere aiunt accuſandi, abſolvendi, & damnandi verba, dependet ab Ablativo intellecto. Ut cum dico, *argui pigritia, notari avaritia*, Genitivus regitur à *crimine*; quod hic intelligitur; à Martiale autem exprimitur, *Uxor tua Galle notatur, Immodica fœdo crimine avaritia.* Et alibi *Arguitur lenta crimine pigritia.* Simile ſit, *accuſo*, vel *abſolvo adulterii*, puta *crimine.* Quin & ſuppleri poſſit hoc pacto, *damnari* vel *abſolvi parricidii ſcelere*, *inertiæ peccato.* Quos etiam Ablativos jungi videas abſolvendi verbis. Ut, *hunc ille vir ſummus, ſcelere ſolutum, periculo liberavit.* Cic. *Ego me etſi peccato ſolvo, ſupplicio non libero*, Liv. Imo aliter etiam expleas. Ut, *Accuſo* vel *damno te furti*, id eſt, *causâ. Poſtulare aliquem repetundarum*, puta *actione. Condemno te quadrupli*, vel *capitis*, nempe *pœnâ.*

Necdum tamen ſic quoque integer erit ſermo: quia Ablativus ille, quem vidimus, regitur à Præpoſitione intellectâ. Ut enim elliptice dicuntur iſta Martialis, *argui crimine pigritiæ, notari crimine avaritiæ*; ſic citra ellipſin efferuntur, *Argui de crimine pigritiæ, notari de crimine avaritiæ.* Pro quibus conciſius dici ſolet, *Argui de pigritiâ, notari de avaritiâ.* Cicero quoque aliquoties, *poſtulare de repetundis*, pro quo *poſtulare repetundis* ait Suetonius. Idem Cic. *De veneficiis accuſabantur. De vi condemnati. De prævaricatione abſolutus.*

Nec quia naturalis ille ſermo ſit, eo exiſtimandum ſic ſemper loqui licere. Ubi enim à nativâ locutione conſuetudo reſiliit, non primævo ſermoni inſiſtendum, ſed recepto. Sane Ablativus cum Præpoſitione locum non habet, cum eſt generale criminis nomen, ut *ſcelus, maleficium, peccatum*, &c. Neque enim dicitur *poſtulare* aut *accuſare de crimine*, aut *ſcelere*; ſed *criminis* aut *ſceleris*, vel *crimine* & *ſcelere* ſine Præpoſitione.

Uterque, nullus, alter, neuter, alius, ambo*, & Superlativus gradus, non niſi in Ablativo id genus verbis ſubduntur; ut, *Accuſas furti; an Fiupri, an utroque?* ſive *de utroque? Ambobus*, vel *de ambobus? Neutro*, vel *de neutro? De plurimis ſimul accuſaris.

***Satago, miſereor, miſereſco*, Genitivum admittunt; ut,**

Terentius, *Is rerum ſuarum ſatagit.*
Virgilius, ——*oro miſerere laborum*
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.
Statius, *Et generis miſereſce tui.*

Satago eo Genitivum habet, quia dicitur quaſi *ſat ago.* Ut apud Plautum *Non agitas tute ſat tuarum rerum*, ubi *ſat* Accuſativi loco eſt, quod fit per ſyncopen à *ſatis* nomine antiquo. At *miſereor* Genitivum habet, ſicut alia verba

verba paſſionem vel affectum ſignificantia more Græcanico. Quemadmodum & Genitivum regunt verba quædam *abſtinendi, admirandi, arcendi, curandi, negligendi, deſinendi, dominandi, ignoſcendi, liberandi, participandi*: nempe vi Præpoſitionis ſubintellectæ quæ Genitivo jungitur. At quia nulla Latinis eſt Præpoſitio, quæ Genitivum regat, cauſa hujuſmodi regiminis petenda eſt à nomine generali ſubintellecto. Ut *diſcrucior animi*, ſupple *dolore, curâ*, vel *cogitatione, mente*, &c. Ut Plautus dixit, *nullam mentem animi habeo*. Et cum dico *miſerere fratris*, poſſit intelligi *cauſâ*; ut integre ſit, *miſerere fratris cauſâ*.

At *miſereor & miſereſco* rarius cum Dativo leguntur: ut,
Seneca, *Huic ſuccurro, huic miſereor.*
Boëtius, *Dilige jure bonos, & miſereſce malis.*

Dativus hic ſuſpectus videtur. Nam Priſcianus in caſtigationibus ſuis auctor eſt, in veteribus Senecæ Codicibus haberi, *hujus miſereor*, quod & Lipſius ſecutus. Linacer quidem ait apud Ciceronem ipſum legi, *miſerere patri peſtibus*, ſed ibi verſus hi ſic concipiuntur, ex Sophoclis Trachiniis expreſſi,

Perge, aude, nate, illacryma patris peſtibus:
Miſerere, gentes noſtras flebunt miſerias.

Ubi Dativus regitur ab *illacrymo*, quod apud eundem Ciceronem Dativo junctum occurrit, *Quid dicam de Socrate, cujus morti illacrymari ſoleo.* Poſteriorís tamen ævi Scriptores *miſerere* Dativo jungere, negandum non eſt.

***Reminiſcor, obliviſcor, memini*, Genitivum aut Accuſativum deſiderant; ut *Datæ fidei reminiſcitur. Proprium eſt ſtultitiæ aliorum vitia cernere, oblivi ſci ſuorum.* Ter.**
Plaut. *Faciam ut meique ac hujus diei, at loci ſemper meminerîs.*
Cic. *Omnia quæ curant ſenes meminerunt.*
Memini de hac re, de armis, de te; id eſt, *mentionem feci.*

Genitivus iſte regitur à Subſtantivo intellecto. Ut, *memini beneficii* valet *memoriam*, vel *de memoria beneficii*. Sic *reminiſci* vel *recordari pueritiæ* valet, *pueritiæ memoriam*, vel *de memoriâ pueritiæ recordari*. Priori modo ſupplet ipſe Cicero, *Pueritiæ*, inquit *memoriam recordari ultimam.*

Eadem eſt ellipſis cum dicitur, *Venit mihi in mentem hujus rei*, vel *de hac re*. Cicero, *Non minus ſæpe ei venit in mentem poteſtatis, quam aquitatis tuæ.* Nam & hic ſubtrahitur *memoria* vel *recordatio*. Alii Enallagen ſtatuunt, nempe *ejus rei* dici pro *ea res*. Sed non ſic aperiunt cauſam figurati ſermonis; quæ non aliunde intelligitur, quam ex ellipſi.

***Potior*, aut Genitivo, aut Ablativo jungitur: ut,**
Plaut. *Romani ſignorum & armorum potiti ſunt.*
Virgil. *Egreſſi optatâ Troes potiuntur arenâ.*

Regitur Genitivus iſte à *facultate, potentiâ*, vel ſimili Ablativo intellecto, Ablativus vero à Præpoſitione ſuppreſſâ.

Dativus

Dativus poſt Verbum.

OMnia verba acquiſitive poſita adſciſcunt Dativum ejus rei, cui aliquid quocunque modo acquiritur; ut,

Plaut. *Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur.*

Virgil. *Neſcio quis teneros oculos mihi faſcinat agnos.*

HUIC REGULÆ APPENDENT VARII GENERIS VERBA.

Imprimis Verba ſignificantia commodum aut incommodum regunt Dativum; ut,

Virgil. *Illa ſeges demum votis reſpondet avari Agricolæ.*
Non potes mihi commodare nec incommodare.

Idem, ——*validis incumbite remis.*
Suam eruditionem tibi acceptam fert.

Ex his quædam efferuntur etiam cum Accuſativo; ut,

Cicero, *Unum ſtudetis omnes, unum ſentitis.*

Plautus, *Si ea memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora eſt.*

Cicero, *In hæc ſtudia incumbite. Naturane plus ad eloquentiam conferat, an doctrina.*
Feſſum quies plurimum juvat.

Verba comparandi regunt Dativum; ut,

Virg. ——*ſic parvis componere magna ſolebam.*
Fratri ſe & opibus & dignatione adæquavit.

Interdum additur Ablativus cum Præpoſitione; ut,

Comparo Virgilium cum Homero.

Aliquando Accuſativus cum Præpoſitione *ad*; ut,

Si ad eum comparatur nihil eſt.

Verba dandi & reddendi regunt Dativum; ut,

Fortuna multis nimium dedit, nulli ſatis.
Ingratus eſt, qui gratiam bene merenti non reponit.

Hæc variam habent conſtructionem; *Dono tibi hoc munus: dono te hoc munere.*

Cicero, *Huic rei aliquid temporis impertias.*

Terent. *Plurimâ ſalute Parmenonem ſummum ſuum impertit Gnatho.*
Aſperſit mihi labem: Aſperſit me labe. Inſtravit equo penulam: Inſtravit equum penulâ.

Ovid. *Ut piget infido conſuluiſſe viro!* id eſt, *dediſſe conſilium*, vel etiam *proſpexiſſe.*

Lucan. *Rectoremque ratis de cunctis conſulis aſtris*, id eſt, *petis conſilium*, *Conſule ſaluti tuæ*, id eſt, *proſpice.*

Terent. *Peſſime iſtuc in te atque in illum conſulis*, id eſt, *Flamis. Motuo,*

tuo, timeo, formido, tibi vel *de te*, id eſt, *ſum ſollicitus pro te. Metuo, formido te*, vel *à te*: ſcilicet, *ne mihi noceas.*

Verba promittendi ac ſolvendi regunt Dativum; ut,

Cicero, *Hæc tibi promitto, ac recipio ſanctiſſime eſſe obſervaturum.*

Idem, *Æs alienum mihi numeravit.*

Verba imperandi & nuntiandi Dativum requirunt; ut,

Hor. *Imperat aut ſervit collecta pecunia cuique.*

Idem, *Quid de quoque viro, & cui dicas, ſæpe cavito.*

Dicimus, *Tempero, moderor tibi & te. Refero tibi & ad te.*

Item, *Refero ad Senatum*, id eſt, *propono. Scribo, mitto tibi & ad te. Do tibi literas*, ut ad aliquam feras. *Do ad te literas*, id eſt, *mitto ut legas.*

Verba fidendi Dativum regunt; ut,

Horat. ——*vacuis committere venis nil niſi lene decet.*

Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.

Verba obſequendi & repugnandi Dativum regunt; ut,

Semper obtemperat pius filius patri.

Quæ homines, arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent.

Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo.

Perſius, ——*venienti occurrite morbo.*

Ignavis precibus fortuna repugnat.

At ex his quædam cum aliis caſibus copulantur; ut,

Ad amorem nil potuit accedere. Hoc acceſſit meis malis. Illud conſtat omnibus, ſeu *inter omnes.*

Terent. *Hæc fratri mecum non conveniunt.*

Juven. ——*ſævis inter ſe convenit urſis. Auſculto tibi*, id eſt, *obedio. Auſculto te*, id eſt, *audio. Adamas diſſidet magneti*, ſeu *cum magnete. Certat cum illo*, & Græcanice *illi.* Catul. *Noli pugnare duobus*, id eſt, *contra duos.*

Virgilius, *Tu dic mecum quo pignore certes.*

Verba minandi & iraſcendi regunt Dativum; ut,

Utrique mortem minatus eſt. Terent. *Adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeat.*

Sum cum compoſitis, præter *poſſum*, exigit Dativum; ut, *Rex pius eſt reipublicæ ornamento. Mihi nec obeſt, nec prodeſt.*

Horat. *Multa petentibus deſunt multa.*

Dativum poſtulant Verba compoſita cum his Præpoſitionibus.

Præ. Cicer. *Ego meis majoribus virtute præluxi.*

Sed *præeo, prævinco, præcedo, præcurro, præverto, prævertor*, Accuſativo junguntur.

Ad. Albo gallo ne manum admoliaris.

Con.

Con. Conducit hoc tuæ laudi. Convixit nobis.
Sub. Terent. Subolet jam uxori, quod ego machinor.
Ante. Cic. Iniquiſſimum pacem juſtiſſimo bello antefero.
Poſt. Poſthabeo, poſtpono famæ pecuniam.
Virgilius, Poſtpoſui tamen illorum mea ſeria ludo.
Terent. dixit, Qui ſuum commodum poſthabuit præ meo commodo.
Ob. Ter. Quum nemini obtrudi poteſt, itur ad me.
In. Impendet omnibus periculum.
Inter. Cic. Ille huic negotio non interfuit modo, ſed etiam præfuit.

Pauca ex his mutant Dativum aliquando in alium caſum; ut,
Quintil. Præſtat ingenio alius alium.
Multos virorum anteit ſapientiâ.
Terentius, In amore hæc inſunt vitia.
Plinius, Interdico tibi aquâ & igni.

Eſt pro *habeo* Dativum exigit: ut,
Perſius, Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.
Virgil. Eſt mihi namque domi pater, eſt injuſta noverca.

Huic confine eſt *ſuppetit*; ut,
Horat. Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.

Sum, cum multis aliis geminum adſciſcit Dativum: ut,
Exitio eſt avidis mare nautis.
Speras tibi laudi fore, quod mihi vitio vertis?
Nemo ſibi mimos accipere debet favori.

Eſt ubi hic Dativus, *tibi*, aut *ſibi*, aut etiam *mihi*, nullâ neceſſitatis, at feſtivitatis potius causâ additur; ut, *Ego tibi hoc effectum dabo.* Terent. *Expedi mihi hoc negotium. Suo ſibi hunc jugula gladio.*

De Regimine Dativi ex iis judicium fieri poteſt, quæ de eo in Nomine dicta ſunt. Nempe nullum Nomen, Verbum, aut Participium, proprie regit Dativum; jungitur tamen caſus ille, ut Nomini, ſic Verbo & Participio, quo ſignificetur acquiſitio, ſive, ut loquuntur Scholæ, *finis cui*. Ariſtoteli enim & ejus Interpretibus duplex eſt finis, *cujus* & *cui*. Ita in moribus beatitudo eſt finis, *cujus* gratiâ omnia fiunt; homo autem eſt *cui* beatitudo acquiritur: Et in ædificatione *finis cujus* eſt domus, *finis cui*, eſt ille qui inhabitabit. Hujuſmodi acquiſitio ſive *finis cui*, exprimitur Dativo. Ut huc pertineant quibus ſignificatur aliquid dari, vel adimi: item prodeſſe vel obeſſe. Nam qui proſunt, dant commodum: qui obſunt, incommodum. Itidem *conſulere alteri* dicimus, quia, qui conſulit, conſilium dat. *Auxiliari alicui*, ut, *dare auxilia* apud Livium. Etiam ſub verbis dandi continentur verba mandandi, ſive impetrandi: Nam id qui facit, dat negotium & mandata. Hinc & metaphorice dicimus *mandare memoriæ*: cui contrarium, *dare oblivioni*, Quique mandanti obtemperat, operam ei dat amicam: adverſam, qui adverſatur. Ut cauſa ſit manifeſta cur & hæc Dativo jungantur. Sub verbis adverſandi continentur verba iraſcendi, & minandi: ut par horum ratio ſit. Datio quoque eſt in verbis nunciandi & credendi. Nam illis alteri confertur notitia rei nunciatæ: his tribuitur alteri fides. Item in verbis eventus, quia boni malive aliquid alteri cuipiam dicitur. Datio etiam ſignificatur verbis ignoſcendi: Itaque *alicui ignoſcere*, dicitur,

ut

ut *dare veniam alicui*. *Studere* Dativo jungitur, quia notat *Studium dare*. Atque ex his judicium de ſimilibus fiat.

Duplicia etiam inveniuntur, quæ nunc Dativum nunc Accuſativum adſciſcant. Eorum alia utrumque caſum admittunt conſuetudine Romanâ; alia vero caſum unum more Romano, alterum Græco. Cauſa vero cur verbum idem, vel aliud ejuſdem ſignificationis, nunc dandi, nunc accuſandi caſui jungatur, ab eo capite arceſſanda, quod natura verborum ejuſmodi ſit, ut Datio quidem & Acquiſitio omnis ſignificetur Dativo; omnis autem Actio in alium tranſiens (quo in genere eſt actio accuſantis alium) accuſandi caſu applicetur. Exempli gratiâ, qui verberat, agit in alium. Dixero igitur *verberare aliquem*, non *alicui*. Agit quoque in alium qui verbis ſuis quenquam in fraudem inducit. Dicam ergo *fallere alium*, non *alicui*. Et tamen utrobique etiam datio eſt, ſive acquiſitio: unde dicimus *dare verba* & *dare verbera*; quæ datio Dativo indicatur; ut, *Cui verba dare difficile eſt*, Ter. *Dare verbera Ponto*, Ovidius.

Quod in diverſis vidimus verbis, idem locum habet, in eodem verbo aliter atque aliter conſiderato. Ut in *præſtolor*, quod nunc Dativum, nunc Accuſativum admittere auctor eſt Priſcianus. Ut cauſa melius diluceat, origo vocis adferenda. A *præſto* fuit *præſtus*, & diminutive *præſtulus*, ſive, ut antiqui ſcripsêre, *præſtolus*; unde *præſtolari*, quod Donatus exponit *præſto eſſe*. Nonnius *præſtolari* etiam exponit *exſpectare* vel *manere*. Unde colligitur, in *præſtolando* duo conſiderari, commorationem in loco, ac perſonam quam animo commorantes ſpectant. Si prius horum attendamus, non tam actio eſt quam quies in loco; eoque ſufficit Dativus, qui omnibus verbis jungitur acquiſitive conſideratis. Ut ergo dicimus *præſto eſt mihi*, *adeſt mihi*: Sic *præſtolatur mihi*, hoc eſt *mei commodo*, vel *mei causâ*. Atque obſervat Donatus ita Ciceronem dicere, *Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur*. Verum in præſtolando, illud etiam attenditur, quod aliquem ſpectemus & obſervemus, ubi cura eſt erga alium. Ut igitur *ſpectare*, *curare aliquem*, dicimus, ſic etiam *aliquem præſtolari*.

Geminum huic eſt *invidere*. Nam pro diverſâ conſideratione verbi dixerunt *invidere alicui* & *aliquem*. Sed prius ponitur acquiſitive, ut ſententia ſit, quenquam male alicui voluiſſe, eoque incommodum vel damnum dediſſe. Alterum ſumitur tranſitive, quia notatur ab invidente damnum in alterum redundâſſe. Quomodo acceptum etiam jungitur Accuſativo perſonæ. Ut illa Ovidii, *Troadas invideo*, &c. Rationem habemus è Tullio; ut qui dicat, *Invidia verbum ductum eſſe à nimis intuendi fortunam alterius*; atque addat, hanc etiam cauſam eſſe cur Accuſativo jungat Attius. Nimirum hoc vult, ut dicitur *videre aliquem*; ſic dici *invidere aliquem*: indeque hoc verbi eſſe, quia invidi alienam felicitatem multum, cumque dolore videant.

Simile his eſt *præſto*; ubi itidem duo attendimus, propriam ſignificationem & tranſlatam. Proprie valet *anteſto*, nempe à *præ*, quod proprie eſt loci: ut cum dicimus *i præ* vel *prai*, ut *præſtare* ſit priori loco ſtare; quemadmodum *præire*, priori loco ire. Sed prior ſtare ſolet, qui dignitate potior eſt: unde *præ* quoque dignitatis eſt, ac *præſtare* ſignificat, *vincere*, *ſuperare*. A propriâ ſignificatione eſt, quod *præſto* communi ſtructura verborum, quæ acquirere vel adimere ſignificant, jungitur Dativo. Ab impropriâ eſt, quod, ut aliis ſuperandi verba, Accuſativum regit. Priori modo ait Terentius, *Homo homini quid præſtat*. Cicero, *Multum cæteris hominibus præſtiterunt*. Sall. *Præſtare cæteris animantibus*. At Accuſativo uſurpat Livius, *Quantum Galli virtute cæteros mortales præſtarent*. Fabius, *Præſtat ingenio alios alium*. Par ratio in *anteſto*; uti & *anteeo*, *antecedo*, *anteverto*, quæ utrique caſui junguntur.

Etiam *indulgeo* ratione propriæ ſignificationis olim Accuſativum exegit: poſtea ubi eam exuit, Dativum amavit. Conſtatum enim eſt ex *urgeo*,

geo; & Prepoſitione in συμπλοκῇ, inſerto *d*, & *r* in *l* mutato. Ergo ut *urgeo aliquem*, ſic *indulgere aliquem*, dixêre. Terentius, *Nimis me indulgeo.*

Moderor quoque hujus eſt generis. Dicimus enim *moderari affectui*, ut *modum imponere. Moderari affectum*, ut *regere* vel *gubernare.*

Sic *medicor morbo*, & *morbum. Palpor alicui*, & *aliquem*; *obtrectare laudi*, & *laudem.*

Par ratio in *deficio.* Nam dicitur *deficit mihi*, acquiſitive, ut *deeſt mihi.* Et tranſitivorum more, *deficit me*, ut *deſtituit*, vel *deſerit me.*

Sic *occumbere morti* & *mortem.*

Curare itidem pro *operam dare*, & Dativum & Accuſativum adſciſcit. De Accuſativo notum eſt. Nec aliter unquam Tullius, Virgilius, Livius, & ſimiles. At Plautus, Appuleius, Macrobius, aliique Dativo jungunt.

Pleraque item verba, quæ Dativum adſciſcunt, pro Dativo etiam habent Accuſativum cum Præpoſitione. Ita dicimus, *adſcribi Senatoribus, & in numerum Senatorum.* Sic *conducit huic*, & *ad hanc rem.* Etiam *illudo*, *inſulto*, *inceſſo alicui*, *aliquem*, & *in aliquem.*

Atque hæc eâdem conſtructione, pro conſiderandi modo, variant ſtructuram. At alia ſunt, quæ pro ſignificatione diversâ, nunc Dativo, nunc Accuſativo ſociantur. Quale eſt, *tempero.* Nam Dativum exigit, cum idem eſt ac *modum impono.* Ut, *Lingua temperare*, Plaut. *Temperare lætitia*, Liv. *Nequeo mihi temperare quin*, &c. Plin. Similiter cum ſumitur pro *abſtinere.* Ut, *Te putet quiſquam, cum ab Italia freto disjunctus eſſes, ſociis temperâſſe?* Accuſativum autem regit, cum ſignificat, cohibere intra ordinem, modum, ac menſuram ſuam. Quomodo dicimus, *temperare mundum, ſumtus, rates, vires, vectigalia, metum, iras, lacrymas*, & ſimilia.

Studeo quoque dandi caſum poſcit, cum notat *favere.* Ut, *Studuit Catilinæ*, Cic. Item cum ſignificat *operam dare.* Ut, *Studete optimis diſciplinis & artibus.* Qua ſignificatione etiam Fabius, *In id ſolum ſtudent.* Et Gellius, *In ea re ſtudebat.* Accuſativum autem regit cum ſumitur pro *volo*, *cupio.* Ut, *Horum ille nihil egregie præter cætera ſtudebat*, Ter. *Ut omnes mulieres eadem æque ſtudeant, nolintque omnia*; Idem. Niſi malis his locis eſſe ellipſin infinitivi *facere*, atque inde regi Accuſativum. Quod ſi placet, nihil opus erit, *ſtudendi* verbo tribuere novam *volendi* ſignificationem.

Multa etiam ſunt, quæ nunc Dativum habent, nunc Accuſativum; ſed unum more Romano, alterum more Græco. Ac in quibuſdam videas Dativum juxta Romanam conſuetudinem, Accuſativum juxta Græcam: in aliis vero Dativum moris Græci, Accuſativum Latini. Prioris generis eſt *ſuadeo.* Nam Romano more dicitur, *ſuadere alicui*; Græce autem apud Tertullianum & alios, reperias *ſuadere alium.* Nam *eum ſuaſiſti* eſt ἀνέπεισας αὐτὸν: quomodo Homerus, Plato, & alii paſſim. Ejuſdem generis eſt *maledico*, quod Petronius junxit Accuſativo, *maledic illam verſibus, ut habeat pudorem.* Nempe ut in illo Solonis, Μὴ λέγε κακῶς τὸν θανόντα. Sic *benedico. Reſtat ut benedicentes Deum, ad curam corporis redeamus*, Appul. Mirum vero plurimis videbitur, ſi dixerimus, *lateo* quoque Romano more adſciſcere Dativum, Græco autem Accuſativum. Hinc ſane eſt quod Dativum præfert Cicero, *Nihil agis, nihil moliris, quod mihi latere valeat.* Et alibi, *Ubi nobis hæc auctoritas tamdiu tanta latuit.* At *latet me* non magis eſt ex nativo more Romanæ Linguæ, quam ſi diceretur, *eſt occultum me*, vel contrarium, *patet me.* Nec obſtat quod dicatur, *fugit me*, quia ſic loquimur metaphorice. Nam proprium eſt *fugit hoſtes*; quod vero *latet me* dicimus, id factum Græcorum exemplo, qui dicunt, λανθάνει με. Nec Helleniſmum hunc refugit Maro, *Nec latuêre doli fratrem Junonis & iræ.* Plinii etiam eſt, *latet pleroſque.* Juſtinus quoque. *Sed res Hannibalem non diu latuit.*

Multo autem plura ſe offerunt, ubi Dativus contra ſit conſuetudinis Græcæ, Accuſativus Romanæ. Suntque ea duplicia. Quædam Dativum habent pro Accuſativo ſine Præpoſitione; quædam vero pro Accuſativo cum Præpoſitione.

Prioris generis ſunt verba ſequendi & comitandi. Ut, *Ita Diis eſt placitum, voluptati ut mœror comes ſequatur*, Plaut. Ut Græci ἕπεσθαι τῇ τύχῃ *Comitor* etiam Dativum adſciſcit apud Ciceronem: ut, *Cæteraque quæ comitantur huic vitæ.*

Precandi quoque verbis ſimiliter additur Dativus; ut *Pergin' precari peſſimo?* Plaut. *Precatorem adeam, Qui mihi ſic oret?* Ter. *Cui me fortuna precari, Et virtus comtos voluit prætendere ramos*, Virg. Pro quibus Latina conſuetudo potius, *precari peſſimum, orare me, quam precari.*

Hujus generis quoque eſt *decet*. Nam Latino more Accuſativum exigit; ut *Forma viros neglecta decet*, Ovid. Pro quo Græci, πρέπει αὐτόν, ἢ ὦμος. Ita Plautus; *Noſtro generi non decet. Hæc primum ut fiant, Deos quæſo, ut vobis decet*, Ter.

Sunt & alia quæ more Græco habent Dativum, Latino autem Accuſativum, ſed rectum à Præpoſitione. Quale eſt *incido*. Nam ut Matthæi πεφύτευκεν τῇ ἀμπέλῳ ἄνθρωπον. Sic Livius, *Agreſtesque pavidi incidentes portis*. Et alibi, *Cum incidentem portis exercitum viderent*, pro *incidentem in portas*.

Quin & Dativus per Helleniſmum ponitur, ubi Verbum abſolute ſine alterutro caſu poni ſolet: ut in Verbo *oportet*. Nam cum ei additur Accuſativus, convenit cum Infinitivo. Quare *oportet te*, Latinum non eſt. Ut tamen Græci πρέπει, ſic Latini *oportere* quandoque jungunt Dativo. Ut, *Homini ſervo ſuos domitos habere oportet oculos*, Plaut.

Jubeo quoque huc pertinet cum Dativo jungitur. Volunt aliqui ſic Livium dicere, *Gracchus juſſit Cimanis*; ſed in optimis Codicibus eſt *juſſis*. Sed non refugit Macrobius. *Sacrorum cuſtodibus juſſit ne mulierem intereſſe permitterent*. Bis quoque locutus eſt Claud. *Hiſpanis Gallisque jubet*. Et alibi, *Ipſe jubet ſignis, bellaturoque rogatus Imperat*. Quemadmodum Hom. Ἀτρεΐδῃ δ' ἐπέλευσε λιγυφθόγγοισι κέλευθα. At *jubeo te, ut hoc facias*, non eſt Latinum. Crebrò quidem cum Accuſativo perſonæ jungitur, ſed is convenit cum Infinitivo, non cum *jubeo*. Ut cum dico *juſſit te ire, ſcribere, loqui*, &c. Sæpe autem verbum Infinitivum per Ellipſin intelligitur. Eſti autem *jubeo* non regat Accuſativum perſonæ, regit tamen certos Accuſativos rei; quales, *quid, hoc, illud, aliquid, nihil, multum, pauca*, & ſimiles. Niſi his etiam locis Accuſativus dependeat ab Infinitivo *facere* ſuppreſſo.

Porro non pauca Græcorum more Dativum adſciſcunt, ubi Latini uti ſolent Ablativo cum Præpoſitione. Hujuſmodi ſunt verba certandi & contendendi. Ita Plinius, *Rigor aqua certaverit viribus*. Propertius, *Primo contendis Homero*. Statius, *Et hoc magno bellare parenti*. Mitto Virgilium & Horatium, quibus nihil frequentius.

Diſſandi quoque, differendi, & diſſentiendi verba ſimiliter conſtruuntur. Ut, *paulum ſepulta diſtat inertia celata virtus*, Hor. *Diſſidens plebi numero beatorum eximit virtus*, Idem.

His adde coeundi ac miſcendi verba: ut, *miſta deo mulier*, Virg. *Sed non ut placidis coeant immitia*, Hor. Itidem verba propulſandi & arcendi. Ut, *Solſtitium pecori defendite*, Virg. *Nilne pudet capiti non poſſe pericula cano pallere?* Perſ. Quæ omnia conſuetudine Latinâ cum Præpoſitione efferuntur.

Accuſativus poſt Verbum.

VErba tranſitiva cujuſcunque generis, ſive activi, ſive communis, ſive deponentis exigunt Accuſativum; ut,

Hor.

Hor. *Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt.*
Idem, *Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.*
Virg. *Imprimis venerare deos. Aper agros depopulatur.*

Interea in his uſus ſpectandus. Nam *defendo te* probum, at non *auxilior te.* Latinum quoque *juvo te*: non item *patrocinor te. Stuprare aliquam* dixero, uti & *adulterare aliquam*, quomodo loquitur Suetonius; at non temere dicam *mœchari aliquam.* Etſi ſic loquatur vetus Interpres.

Sunt vero quædam, ubi vulgo obtineat Dativus, cum veteres fere Accuſativum uſurpent. Cujuſmodi ſunt *adulor, maledico, benedico, medeor, noceo, palpo, pario, ſuadeo.*

Alia ſunt quæ pro Accuſativo, uſitatius habeant Ablativum. Ut, *lito, potior, veſcor, fungor, utor,* & ſimilia.

Huc etiam pertinent multa quæ intranſitiva creduntur. Ut, *abſtineo. Quale autem beneficium eſt, quod te abſtinueris à nefario ſcelere?* Cic. *Non manum abſtinet maſtigiâ?* Ter. *Abſtinuit vim uxore & nato*, Hor. Par ratio in compoſitis à *rumpo. Ne in me ſtomachum erumpant*, Cic. *Seſe diverſi erumpent radii*, Virg. etiam ita loquuntur Terentius, & Cæſar.

Quinetiam verba, quamlibet alioquin intranſitiva atque abſoluta, Accuſativum admittunt cognatæ ſignificationis; ut,
Cic. *Tertiam ætatem hominum vivebat Neſtor.*
Virg. —— *longam incomitata videtur ire viam.*
Plaut. *Duram ſervis ſervitutem.*

Hunc Accuſativum mutant auctores non raro in Ablativum: ut,
Plaut. *Dii videor vitâ vivere. Ire rectâ viâ.*
Suetonius, *Morte obiit repentinâ.*

Accuſativus quidem in his vere regitur à Verbo; at Ablativus à Præpoſitione ſuppreſsâ. Nam integre ſint, *in vitâ vivere, ire in viâ, à morte obiit*: quæ ſatis ex iis patebunt, quæ deinceps dicenda ſunt de Ablativis cauſæ, inſtrumenti vel modi.

Sunt quæ figurate Accuſativum habent; ut,
Virgil. ——*nec vox hominem ſonat, ô Dea certe!*
Juvenal. *Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.*
Horat. *Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum.*

Atque in his etiam Accuſativus eſt cognatæ ſignificationis: nam ut dicimus, *Olere odorem, lucere lucem, pugnare pugnam, vivere vitam*; ita *olere unguenta, paſtillos, hircum, lucere facem, pugnare prælia, vivere Bacchanalia.*

Viditmus ut Verba Activæ ſignificationis Nomen regant Accuſativi caſus: Sed pro Accuſativo interdum eſt verbum infinitum, vel etiam oratio. Prioris generis eſt *ſcit canere*, ut dicimus *ſcit cantum, cœpit ſtudere*, ut *cœpit ſtudia. Emo pœnitere*, ut *emo pœnitentiam.* Oratio pro Accuſativo eſt in illo Terentii, *An verebamini, ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?* Sic *vereor ne reprehendar à doctis*: pro quo Cicero, *Vereor reprehenſionem doctorum.*

Atque in his Accuſativus à Verbo rectus exprimitur. Sæpe vero per ellipſin ſubtrahitur. Ut, *nubere alicui*, pro *nubere ſe*, vel *vultum. Flammeo enim ſponſa nubebat*, hoc eſt, *velabat vultum*, Virg. *Cum venti poſuêre*, puta *ſe. Cum faciam vitula*, nempe *ſacra. Appulit*, vel *ſolvit*, vel *conſcendit*, puta *navem. Obire, occumbere*, vel *oppetere*, puta *mortem. I amabo*, pro *ama-*

bo te. Ut Cicero, *Cura, amabo te. Imponere* pro *dè decipere.* Quod integre ſit, callide alicui onus, vel ridiculi quippiam imponere. Simile etiam *conturbare*, puta *rationes*, elliptice uſus Cicero, *Utrum igitur me conturbare oportet, an*, &c. At integre Terentius, *Ita conturbaſti mihi rationes omnes.* Geminum huic *decoquere*, pro *decoquere rem.* Sic *agere*, *degere*, puta *vitam. Ire, inire, ingredi*, nempe *viam. Quo tendis* aut *pergis*, ſcilicet *viam* vel *iter.* Ita caſtrenſe verbum *tendere*, puta *pelles. Incipere*, nempe *rem. Curare*, pro *curare rem*, vel *negotium.* Similiter *ſervo. Redi nunc jam intro, atque intus ſerva*, Plautus. Simile quoque eſt *mitto. Miſit porro orare ut ad ſe veniam*, Ter. Denique hujus loci ſunt omnia illa quæ cum naturâ ſignificant actionem tranſeuntem, ſine Accuſativo tamen ponuntur. Ut, *Morbus auxit, nox præcipitat, cura ingeminant, tempeſtas ſedavit*, cujus generis complura alibi adduximus, & exemplis firmavimus, cum de verbo ageretur.

DUO ACCUSATIVI.

Verba rogandi, docendi, veſtiendi, duplicem regunt Accuſativum; ut,

Tu modo poſce Deum veniam. Dedocebo te iſtos mores. Ridiculum eſt te me admonere iſtud.

Terent. *Induit ſe calceos, quos prius exuerat.*

Item hujus ordinis eſſe volunt verba monendi, & hortandi: quæ tamen non omnibus, ſed certis rei Accuſativis junguntur: ut, *hoc, illud, multa, duo*, & ſimilibus. Cicero, *Sed eos hoc moneo, ſin exieris, quod te jamdiu hortor.* Idem, *Eam rem locus nos admonuit.* Inſuper huc referunt celandi verbum. *Ea ne me celet adſuefeci filium*, Ter. *Non enim te celavi ſermonem*, Cic.

At in nullo iſtorum Accuſativos rei à verbo regitur: ſed tum demum verbum duos regit Accuſativos, quando uterque Accuſativus eſt ejuſdem rei. Ut illo Terentii, *Facio te Deum apud illum.* Et hoc ejuſdem, *Dare filiam uxorem.* Et illud Plauti, *Cum agrum dabo dotem ſorori.* Ac ſimiliter Cicero, *Adjungere ſe comitem fugæ.* Item ſimilia, *Præſtare ſe virum, me petierunt advocatum, fruges appellamus Cererem*: aliaque omnia, ubi Accuſativi ſunt unius rei: eoque alter alteri per regulam convenientiæ conjungitur.

At longe aliter comparatum videtur, quando Accuſativi ſunt rei diverſæ. Exempli gratiâ, dicere poſſum, *Ego ſum arbiter* vel *advocatus. Filia hujus eſt illius uxor. Ager eſt dos filiæ.* Ergo unâ actione complector, *Me dedêre arbitrum. Filiam petiit uxorem. Agrum dedit dotem.* Ubi unus Accuſativus convenit cum verbo à fronte, alter à tergo.

At non ſunt una res homo, & ejus vel ſcientia, vel monitum, vel poſtulatum: eoque nec poteſt una actio tranſire in hominem & ejus ſcientiam. Atque hæc etiam lucem capiunt ex veterum conſuetudine: qui ſi in perſonam agatur, eam Accuſativo exprimebant, rem vero caſu alio. Sin agatur, in rem, perſonam non Accuſativo proprie, ſed aliter enunciabant. Quomodo ſi Accuſativo dicerent *dono te*, ſubdebant Ablativum *libro*: ſin mallent *dono librum*, dicebant in Dativo *tibi*, non gemino Accuſativo *dono te librum.* Similia, *adſperſit tibi labem*, & *te labe*: *interdixit Romanos omni Gallia*, & *omnem Galliam Romanis.*

Sic igitur concludere licet, in iſtis, *Doceo te literas, pacem te poſco*, ſermonem eſſe figuratum: & Accuſativum rei non regi à Verbo expreſſo, ſed Præpoſitione intellecta, ut intelligatur, *ad*, *ſecundum*, vel alia quæ Græco κατὰ reſpondeat. Omnino enim hæc Græcorum more dicuntur, qui eâdem ellipſi geminum Accuſativum ſociant iiſdem verbis docendi, monendi, rogandi, celandi.

Rogandi

Rogandi verba interdum mutant alterum Accuſativum in Ablativum; ut,

Virgil. *Ipſum obteſtemur, veniamque oremus ab ipſo.*

Ter. *Suſpicionem iſtam ex illis quære.*

Veſtiendi verba interdum mutant alterum Accuſativum in Ablativum, vel Dativum; ut,

Induo te tunicâ, vel *tibi tunicam.*

Ablativus poſt Verbum.

QUodvis Verbum admittit Ablativum ſignificantem inſtrumentum, aut cauſam, aut modum actionis.

INSTRUMENTUM.

Ut, *Dæmona non armis, ſed morte ſubegit Iëſus.*

Hor. *Naturam expellas furcâ licet, uſque recurret.*

Virgil. *Hi jaculis, illi certant defendere ſaxis.*

CAUSA.

Ut Terent. *Gaudeo (ita me dii ament!) gnati causâ.*
Vehementer irâ excanduit.

Horat. *Invidus alterius rebus macreſcit opinis.*

MODUS ACTIONIS.

Ut, *Mirâ celeritate rem peregit.*

Juvenal. *Invigilate viri, tacito nam tempora greſſu*
Diffugiunt, nulloque ſono convertitur annus.

Ovid. *Dum vires annique ſinunt, tolerate laborem;*
Jam veniet tacito curva ſenecta pede.

In hujuſmodi Verbis concipienda eſt Præpoſitio, unde regitur Ablativus.

A vel *ab* intelligitur hoc Maronis, *Dolis inſtructus & arte Pelaſgâ.* Ac ſimiliter cum Fabius dicit, *Scientiâ ſtudioſos inſtruat.* Integre enim ſit, *à dolis, ab arte, à ſcientiâ.* Ita Cicero, *niſi qui à Philoſophiâ, à jure civili, ab hiſtoriâ fuiſſet inſtructior.* Eadem Præpoſitio intelligenda, cum dicitur *pallet amore, horret frigore,* & ſimilibus.

De concipiendum cum Cicero ait, *Omnibus ſententiis abſolutus eſt.* Integre enim Idem, *ut res nummaria de communi ſententiâ conſtitueretur.* Sic *non meo conſilio factum,* pro *de meo.* Ut Cicero, *De meo conſilio & vos feciſetis.* Pro quo etiam dicitur *ex conſilio facere. Item more hominum,* pro *de more.* Quod etiam *ex more. Vivere rapto,* pro *de rapto. Meâ pecuniâ curabo,* pro *de meâ. Quare feciſti* pro *qua de re.*

Item *e* vel *ex,* ſæpe intelligitur. Ut, *conflare re aliqua amicitiam,* pro *ex aliqua.* Ut Terentius, *Sape ex malo principio conflata eſt magna familiaritas.* Sic *laborat cerebro.* Plaut. At Cicero, *Laborat ex renibus, ex pedibus.* Quint. *Conſtat experimentis medicina.* At Cicero, *Ex fraude conſtare totus videatur.* Sic

amore, odio, invidiâ factum. Morte alicujus dolore, Lege agere cum aliquo, Ordine collocare. Merito pati, pro *ex jure merito.* Ac ſimiliter in aliis.

In quoque ſæpe reticetur. Ut, *Cantando rumpiter anguis,* Virg. pro *in cantando.* Et Cicero, *Pictorum artificio delectabantur.* At idem, *In id admodum delector.* Sic *ordine facere,* pro *in ordine.*

Pra quoque ſupprimitur, Ut, *Gaudio lacrymari, pudore aliquid agere.* Integre Terentius, *Pra amore hunc excluſit foras.* Cicero, *Nec lequi pra mœrore potuit.*

Crebro quoque *cum* ſubauditur. Ut, *magnâ curâ legere.* Ubi Plautus, *Cum curâ legere. Bonâ fide perſolvere*; Ubi Suetonius, *Legata ex Teſtamento Tiberii cum fide perſolvit. Bono ejus fiat,* pro *cum bono.* Ut Terentius, *Quod cum ſalute ejus fiat.*

Ablativus etiam inſtrumenti ab hac Præpoſitione regitur. Ut cum dico *Gladio feriri, telo ſauciari.* Quod ita eſſe exinde liquet, quia omnes fere linguæ vulgares hanc Præpoſitionem exprimant.

Ablativo cauſæ & modi actionis aliquando additur Præpoſitio; ut, *Bacchatis præ ebrietate.*
Summâ cum humanitate tractavit hominem.

Quibuſlibet verbis ſubjicitur non pretii in Ablativo caſu: ut, *Teruncio ſeu vitiosâ nuce non emerim.*
Liv. *Multo ſanguine ac vulneribus ea victoria ſtetit..*

Vili, paulo, minimo, magno, nimio, plurimo, dimidio, duplo, adjiciuntur ſæpe ſine Subſtantivis; ut,
Terent. *Redime te captum quam queas minimo.*
Vili venit triticum.
Senec. *Conflat parvo fames, magno faſtidium.*

Excipiuntur hi Genitivi ſine Subſtantivis poſiti, *Tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quantivis, quantilibet, quanticunque*; ut Cic. *Tanti eris aliis, quanti tibi fueris.*
Non vendo pluris, quam alii, forſaſſe etiam minoris.
Ovid. *Vix Priamus tanti, totaque Troja fuit.*

Sin addantur Subſtantivi, in Ablativo efferuntur; ut,
Aul. Gel. *Tantâ mercede docuit, quantâ hactenus nemo.*
Minori pretio vendidi, quam emi.

Verbi ſignificantia pretium non naturâ ſuâ regunt Ablativum, ſed quia Præpoſitio intelligatur, unde Ablativus dependeat. Ea Præpoſitio eſt *pro.* Ut, *Magno, æſtimare, emere, vendere,* valet *pro magno.* Ut apud Ciceronem legimus *pro nihilo habere, pro nihilo putare,* Ablativo *pretio* intellecto.

Valeo etiam interdum cum Accuſativo junctum reperitur; ut, Varr. *Denarii dicti, quod denos æris, valebant: quinarii, quod quinos.*

Valet naturâ ſuâ Accuſativum requirit; eoque cum Genitivo elliptice jungitur. Nam *tanti valet res* integre erit *tanti aris pretium valet res.*

Verba abundandi, implendi, onerandi, & his diverſa, Ablativo gaudent; ut,

Terent.

Terent. *Amore abundas Antipho.*
Malo virum pecuniâ, quam pecuniam viro indigentem.
Saluſt. *Sylla omnes ſuos divitiis explevit.*
Terent. *Hoc te crimine expedi.*
Cic. *Homines nequiſſimi quibus te oneras mendaciis?*
Virgil. *Ego hoc te faſce levabo.*
Saluſt. *Aliquem familiarem ſuo ſermone participavit.*

In his non eſt plenus & nativus ſermo, niſi addatur Præpoſitio. Ut apud Ciceronem, *Res jam univerſas profundam, de quibus volumina impleta ſunt.* Interdum vero & *egeo* Accuſativo junctum invenitur. Ut, *Nec quicquam eges*, Plaut. *Pauca munimenta egebat*, Sall. *Vitia vertunt quia multa egeo*, Gell. Videtur autem in hujuſmodi intelligi Præpoſitio. Quomodo *egeo nummos* valeat *quod ad nummos*. Sed *egeo nummis, egeo à nummis.*

Ex quibus quædam nonnunquam etiam in Genitivum ferun-tur; ut Virgilius,
Quam dives nivei pecoris, quam lactis abundans?
Terent. *Quaſi tu hujus indigeas patris.*
Quaſi eſt quod in hac causâ defenſionis egeat?
Virgil. *Implentur veteris Bacchi pinguiſque ſerinæ.*
Idem, *Poſtquam dextra fuis cædis ſaturata.*
Terent. *Omnes mihi labores leves fuêre, præterquam tui cavendum quod erat.*
Paternum ſervum ſui participavit conſilii.

Genitivus hujuſmodi verbis additus, omnino regitur à Nomine Ablativi casûs. Qui in verbis inopiæ erit *rei, præſentiâ*, vel ſimile. Ut, *careo tui*, nempe *præſentia. Eſurio pecuniæ*, puta *re.* At in copiæ Verbis intelligitur *copiâ*, vel ſimile. Ergo *implere vini*, valet *implere vini liquore*; vel *vini re*, hoc eſt, *vino.*

Fungor, fruor, utor, & ſimilia, Ablativo junguntur; ut,
Cicero, *Qui adipiſci veram gloriam volunt, juſtitiæ fungantur officiis.*
Optimum eſt alienâ frui inſaniâ.
In re malâ animo ſi bono utare, juvat.
Virgil. *Aſpice venturo lætentur ut omnia ſeclo.*
Cæſar, *Qui ſuâ victoriâ tam inſolenter gloriarentur.*
Hor. *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.*
Veſcor carnibus.
Virgil. ——*haud equidem tali me dignor honore.*
Terent. *Ut malis gaudeat alienis.*
Plaut. *Exemplorum multitudine ſuperſedendum eſt.*
Macrob. *Regni eum ſocietate numeravit.*
Plaut. *Communicabo te ſemper mensâ meâ.*

Proſequor te amore, laude, honore, &c. id eſt, *Amo, laudo, honoro.* Afficio te gaudio, ſupplicio, dolore, &c. id eſt, *exhilaro, punio, contriſto.*

Pleraque ex his quandoque cum Accuſativo reperiuntur. Atque cum Ablativo junguntur, is à Præpoſitione dependet.

Mereor, cum Adverbiis, *Bene*, *male*, *melius*, *pejus*, *optime*, *peſſime*, Ablativo adhæret cum Præpoſitione *De*; ut, *De me nunquam bene meritus es.*
Eraſmus de linguâ Latinâ optime meritus eſt.
Catilina peſſime de republicâ meruit.

Quædam accipiendi, diſtandi, & auferendi verba Ablativum cum Præpoſitione optant; ut, *Iſtuc ex multis jampridem audiveram.* Luc. *A tripedo vix abſtinet ira magiſtro.* *Naſci à principibus fortuitum eſt.* *Procul abeſt ab urbe Imperator.*

Vertitur hic Ablativus aliquando in Dativum; ut,
Horat. *Vivere ſi recte neſcis, diſcede peritis.*
Ovidius, *Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.*
Virgil. *Heu fuge, nate Deâ, teque his, ait, eripe flammis.*

Videtur in his exemplis omitti tantum Præpoſitio, & *peritis*, *bonis*, *flammis*, eſſe auferendi caſus.

Verbis quæ vim comparationis obtinent, adjicitur Ablativus, ſignificans menſuram exceſsûs; ut,
Deforme exiſtimabat, quos dignitate præſtaret, ab iis virtutibus ſuperari.

Ablativus plane in his à Præpoſitione dependet.

Quibuſlibet verbis additur Ablativus abſolute ſumptus; ut,
Imperante Auguſto natus eſt Chriſtus: Imperante Tiberio crucifixus.
Juvenal. *Credo pudicitiam, Saturno rege, moratam in terris.*
Nil deſperandum, Chriſto duce, & auſpice Chriſto.
Jam, Maria, audito Chriſtum veniſſe, cucurrit.

Etiam Ablativus hic, qui abſolute ponitur, & quaſi ſui juris eſſe videtur, dependet à Præpoſitione intellecta. Ut, cum Cicero ait, *Nobilium vitâ victuque mutato, mores mutari civitatis puto.* Ubi intelligitur *a*; nempe ea ſignificatione, qua ſignificat *poſt*, ut cum dicimus *à prandio.* Ut integre ſit à *nobilium vitâ victuque mutato*, hoc eſt. *poſt mutatam vitam victumque.* Par ratio in iſto Ciceronis, *Oppreſſâ libertate patriæ, nihil eſt quod ſperemus amplius.* Pro *ab oppreſſâ libertate.* Sic *hoſte ſuperato, appoſitâ menſâ ſecundâ*, & ſimilibus: ubi Participio præteriti temporis ſubjicitur quod poſtea conſequutum.

At cum Ablativus eſt Participium præſentis temporis, vel nomen eandem vim habens, intelligenda eſt præpoſitio *ſub*. Ut *rege Alexandro*, vel *regnante Alexandro*, integre ſit *ſub rege*, vel *ſub regnante Alexandro.* Expreſſit Præpoſitionem Fabius, *Nunc alius ſub Alexandro, cum ab Ilium pugnatum eſt.* Etiam in illo Horatii, *Te duce*, ſic ſupplendus defectus *ſub te duce.* Eademque Præpoſitio omnino concipienda in illo, *Sole ardente proficiſci.* Integre Maro, *Sole ſub ardente reſonant arbuſta cicadis.*

Quandoque intelligitur *cum*, ut in iſtis, *Te comite*, *Deo juvante*, ut Græcis σὺν Θεῷ. Nec Græci ſolum, ſed & Latini ſæpius Præpoſitionem addunt; ut, *Agite cum Diis bene juvantibus*, Liv.

Eſt

Eſt etiam cum intelligitur potius *in*. ut, *Temporibuſque malis auſus es eſſe bonus*. Mart.

Verbis quibuſdam additur auferendi caſus per Synecdochen & poëtice Accuſativus; ut, *Ægrotat animo magis quam corpore. Candet dentes. Rubet capillos.*

Quædam tamen efferuntur in gignendi caſu; ut,
Abſurde facis, qui angas te animi.
Exanimatus pendet animi. Deſipiebam mentis.
Plaut. *Diſcrucior animi, quia ab domo abeundum eſt mihi.*

Apertum eſt Ablativum & Accuſativum, quos hujuſmodi regere aiunt, à Præpoſitione ſuppreſsâ dependere. Ut *agrotat animo*, integre ſit *agrotat in animo*. Et *candet dentes*, integre ſit *candet quod ad dentes*. At quia Latinis nulla Præpoſitio Genitivum regit, concipiendum eſt nomen aliquod generale, unde regatur Genitivus. Nam, *qui angas te animi*, ſupplere poſſis hoc modo, *qui angas te animi dolore, cura, vel cogitatione, mente*, &c. Quomodo Plautus, *Nullam mentem animi habeo*, ut antea dictum.

Eidem Verbo diverſi caſus diverſæ rationis apponi poſſunt; ut, *Dedit mihi veſtem pignori, te præſente, propriâ manu.*

Paſſivis additur Ablativus agentis, ſed antecedente Præpoſitione, & interdum Dativus; ut,
Horatius, *Laudatur ab his, culpatur ab illis.*
Cicer. *Honeſta bonis viris, non occulta petuntur.*

Atque Ablativus hic non regitur à Paſſivo ſed à Præpoſitione expreſsâ, & pro eo Dativi Helleniſmo adſcribitur. Vulgo ſimile eſſe dicitur illud Ciceronis, *Omnibus videbatur probari oratio mea*. Sed ſecus eſt. Nam plane nativus hic ſermo; quia ſimiliter dixeris in Activo *omnibus probo orationem meam*.

Non igitur Dativus hic eſt ex propriâ paſſivi naturâ, ſed communi indole Verborum, quæ acquiſitive poſita Dativum exigunt. Sic nativus ſermo eſt ſi dicas, *eſt Senatui laudatus*, quia itidem in Activo dicas *Senatui laudare*. At non æque nativus, ſi dicas, *Eſt Plinio laudatus*, pro *à Plinio*, quia in Activo eâ ſignificatione non dicam, *Plinio laudavit*, ſed *Plinius*. Quare diſtinguendum inter Dativos Paſſivis appoſitos; quia tum demum ſtructura eſt Græcanica, cum in Activo pro Dativo ſit Nominativus.

Quorum Participia frequentius Dativis gaudent; ut,
Virgil. *Nulla tuarum audita mihi, nec viſa ſororum.*
Horat. *Oblituſque meorum, obliviſcendus & illis.*
Cæteri caſus manent in Paſſivis qui fuerunt Activorum; ut,
Accuſaris à me furti. Habeberis ludibrio.
Dedoceberis à me iſtos mores. Privaberis magiſtratu.

Paſſiva ſuo ſunt ſuppoſito contenta, nec regunt caſum. In exemplis vero allatis Genitivus, Ablativus, & Accuſativus reguntur vel à Præpoſitione vel à Nomine generali ſuppreſſis.

Vapulo, veneo, liceo, exulo, fio, Neutro-paſſiva, Paſſivam conſtructionem habent; ut, *A præceptore vapulabis. Malo à cive ſpoliari*

ſpoliari, quam ab hoſte venire. Quid fiet ab illo? Virtus parvo pretio licet omnibus. Cur à conviviis exulat philoſophia?

Quibuſdam tum verbis tum adjectivis, familiariter ſubjiciuntur verba infinita; ut,

Virgil. *Juvat uſque morari, Et conferre gradum.*

Ovid. *Dicere quæ puduit, ſcribere juſſit amor.*

Martial. *Vis fieri dives Pontice? Nil cupias.*

Virgil. *Et erat tum dignus amari.*

Horat. *Audax omnia perpeti gens humana ruit per vetitum nefas.*

Ponuntur interdum figurate & abſolute, verba infinita; ut, *Hæccine fieri flagitia?* ſubauditur, *decet, oportet, par eſt, æquum eſt,* aut aliud ſimile.

Virgilius, *Criminibus terrere novis, hinc ſpargere voces*
In vulgum ambiguas & quærere conſcius arma, id eſt, *terrebat, ſpargebat, quærebat.*

Magnâ ex parte Infinitivi habent nominis naturam: ſed nec variant Genus, quod ſemper Neutrum cenſetur; nec terminationem mutant, ſed Nomini aptôto ſimiles ſunt. Itaque Infinitivus cujuſvis casûs vicem ſuſtinet.

Nominativi; ut, *Vivere ipſum turpe eſt nobis*, Cic. *Nam ambos curare propemodum reposcere illum eſt quem dedisti*, Ter. hoc eſt *curare eſt reposcere.*

Vocativi; ut, *O vivere noſtrum.*

Genitivi: *Tempus eſt nobis de illâ vitâ agere*, pro *agendi. Tempus jam hinc abire*, Cic. *Conſilium cæpit omnem de ſe æquitatum dimittere*, idem plane eſt ac *dimittendi* vel *dimiſſionis.*

Dativi; ut, *Ætas mollis & apta regi*, pro *apta regimini, ſive rectioni.*

Accuſativi; ut, *ſcripſit ſe cupere*, pro *ſuam cupiditatem. Da mihi bibere* pro *da potum. Habeo dicere*, pro *dicendum*; *amo ludere*, pro *ludum.*

Ablativi; ut, *dignus amari, punivi*, pro *amore, pœnâ.*

Regitur Infinitivus, vel à Nomine, vel à Verbo, vel à Præpoſitione. A Nomine ſi dependeat, vicem obtinet Genitivi; ut, *Tempus accedere*, pro *accedendi*, vel *acceſſûs. Avidi promittere bellum*, Stat. pro *avidi promittendi*, vel *promiſſionis.* Si vero dependet à Verbo, vicem obtinet Accuſativorum; ut, *Ut maturarem venire*, Ter. pro *adventum.* A Præpoſitione autem regitur, cum abſolvitur oratio per *quod* cauſale, vel *quia.* Ut, *Gratulor ingenium non latuiſſe tuum*, Ovid. pro *ab non latuiſſe*, hoc eſt, *quod non latuerit.* Eadem eſt Ellipſis, cum Infinitivus ſubjicitur Adjectivis more Græco. Qui loquendi mos nulli Latinorum magis familiaris eſt, quam Horatio. Ut, *Durus componi. Celer iraſci*, & aliud id genus.

DE GERUNDIIS.

GErundia ſive Gerundivæ voces, & Supina, regunt caſus ſuorum verborum; ut,

Cicer. *Efferor ſtudio videndi parentes*

Ovid. *Utendum eſt ætate, cito pede præterit ætas.*

Virgilius, ——*Scitatum oracula Phœbi mittimus.*

Gerundia in *di* pendent à quibuſdam tum Subſtantivis, tum Adjectivis; ut,

Virgil. *Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?*

Idem,

Idem, *Cecropias innatus apes amor urget habendi.*
Idem, *Æneas celſâ in puppi jam certus eundi.*

Poëtice Infinitivus modus loco Gerundii ponitur; ut,
Virgil. *Studium quibus arva tueri. Peritus medicari.*

Interdum non invenuſte adjicitur Gerundii vocibus etiam Genitivus pluralis; ut, *Quum illorum videndi gratiâ me in forum conſuliſſem.* Ter. *Date creſcendi copiam novarum. Conceſſa eſt diripiendi pomorum atque opſoniorum licentia.*

Gerundia in *do* pendent ab his Præpoſitionibus, *A, ab, abs, de, e, ex, cum, in, pro*; ut,
Cicero, *Ignavi à diſcendo cito deterrentur.*
Amor & amicitia utrumque ab amando dictum.
Cicero, *Ex defendendo, quam ex accuſando uberior gloria comparatur.*
Conſultatur de tranſeundo in Galliam.
Quint. *Recte ſcribendi ratio cum loquendo conjuncta eſt.*
Plaut. *Pro vapulando ab hoſte mercedem petam.*

Ponuntur & abſque Præpoſitione; ut,
Virgil. ——*alitur vitium, creſcitque tegendo.*
Scribendo diſces ſcribere.

Gerundia in *dum* pendent ab his Præpoſitionibus, *Inter, ante, ad, ob, propter*; ut, *Inter cœnandum hilares eſte.*
Virgilius, *Ante domandum ingentes tollent animos.*
Cicero, *Locus ad agendum ampliſſimus.*
Idem, *Ob abſolvendum munus ne acceperis.*
Veni propter te redimendum.

Cum ſignificatur neceſſitas, ponuntur citra Præpoſitionem, addito verbo *eſt*; ut,
Juven. *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.*
Vigilandum eſt ei, qui cupit vincere.

Vertuntur Gerundii voces in Nomina Adjectiva; ut,
Virgil. *Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.*
Ad accuſandos homines duci præmio proximum latrocinio eſt.
Cur adeo delectaris criminibus inferendis?

DE SUPINIS.

PRius Supinum active ſignificat, & ſequitur Verbum, aut Participium, ſignificans motum ad locum; ut,
Ovid. *Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur ut ipſæ.*
Milites ſunt miſſi ſpeculatum arcem.

Illa vero, *Do venum, do filiam nuptum*, latentem habent motum.

At hoc Supinum in neutro-paſſivis, & cum Infinito *iri*, paſſive ſignificat; ut,
Plaut. *Cœlum ego, non vapulatum, dudum conductus ſum.*
Ter. *Poſtquam audierat non datum iri nxorem filio.*

Poëtice

Poëtice dicunt: *Eo viſere. Vade videre.*

Ponitur & abſolute cum verbo *Eſt*, ut,

Terent. *Actum eſt, ilicet, periiſti.*

Ovid. *Itum eſt in viſcera terræ. Ceſſatum eſt ſatis.*

Poſterius Supinum Paſſive ſignificat, & ſequitur nomina Adjectiva; ut, *Sum extra noxam, ſed non eſt facile purgatu. Quod factu fœdum eſt, idem eſt & dictu turpe. Qui pecuniâ non movetur, hunc dignum ſpectatu arbitramur.*

In iſtis vero, *Surgit cubitu; Redit venatu: Cubitu & venatu* Nomina potius cenſenda videntur, quam Supina.

De Gerundiis & Supinis ſuperius adnotatum eſt, cum de iis in alterâ Grammatices parte ageretur.

Te Tempore & Loco.

TEMPUS.

QUÆ ſignificant partem temporis in Ablativo frequentius uſurpantur, in Accuſativo raro; ut,

Nemo mortalium omnibus horis ſapit. Nocte latent mendæ. Id tempus creatus eſt Conſul.

Hic Latini interdum utuntur Accuſativo, qui regatur à Præpoſitione *per* expreſsâ. Ut, *Duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe*, Cic. pro *eo tempore. At pius Æneas per noctem plurima volvens*, Virg. pro *nocte*.

Quod ſi adſit particula *abhinc*, nunc Accuſativo utuntur, nunc Ablativo: ut, *Interea mulier quædam abhinc triennium commigravit huc.* Ter. *Horum pater abhinc duos & viginti annos eſt mortuus*, Cic. Sic falluntur cum Accuſativum putant regi à verbo. Nam regitur à Præpoſitione *ante*, quæ per ellipſin deſideratur. Quòd ſi eodem *abhinc* appoſito Ablativo addatur, regitur is caſus à Præpoſitione *in* omiſsâ. Quod planius erit ex iis, ubi *abhinc* non apponitur. Ea enim particula ſi abſit, ſemper utimur Ablativo. Ut, *Superioribus diebus veni in Cumanum*, Liv. *Ego menſe Decembri mei Conſulatûs id feci*, Cic. ubi Ablativus regitur à Præpoſitione *in*; quæ ſæpe etiam apponitur; ut, *Quos tibi reponam in hoc triduo*, Ter. *Ea contra nos amba res faciunt in hoc tempore*, Cic. *Poſtremo & qua in die parva periiſſet ſoror*, Ter.

In nonnullis vero Ablativis, ſuppletur etiam defectus præpoſitione *cum* vel *de*; quæ & ipſæ quandoque apponuntur. Ut, *Cum prima luce ibo hinc*, M. *ac nocte cenſeo*, Ter. Ubi Donatus ait *de* abundare. Recte ſi uſum communem attendas. Sed ſi ſpectemus quid nativus ſermo requirat, non cum adeſt Præpoſitio, ea redundat, ſed cum abeſt, deficit.

Atque hoc etiam locum habet in iis, quæ multis Adverbia videntur, cum revera ſint Ablativi; ut *mane venit*, pro *de mane*. Item *venire luci, veſperi, temperi*, integreque ſit *in luce*, vel *de luce*, aut *cum luce*, &c.

Quanquam hic Eclipſis videtur eſſe Præpoſitionis *per* vel *ſub*.

Quæ autem durationem temporis & continuationem denotant, in Accuſativo interdum & in Ablativo efferuntur; ut,

Virgil.

Virgil. *Hîc jam ter centum totos regnabitur annos.*
Idem, *Noctes atque dies patet atri janua ditis.*
Idem, *Hîc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte.*
Suet. *Imperavit triennio, & decem menſibus, octoque diebus.*

Dicimus etiam, *In paucis diebus. De die. De nocte. Promitto in diem. Commodo in menſem Annos ad quinquagima natus. Per tres annos ſtudui.*

Puer id ætatis. Non plus triduum, aut *triduo.*
Tertio, vel *ad tertium calendas,* vel *calendarum.*

Atque hinc conſtat eo quod Præpoſitio interdum exprimitur, Accuſativum non regi à Verbo, ſed à Præpoſitione intellectâ *per* vel *intra*, & quandoque *ad* vel *ante*; Ablativum autem à Præpoſitione *in*.

Spatium Loci.

Spatium Loci in Accuſativo effertur, interdum & in Ablativo; ut Virgilius,

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat cœli ſpatium, non amplius, ulnas.

Jam mille paſſus proceſſeram. Abeſt bidui; ſubintelligitur *ſpatium*, vel *ſpatio, itinere,* vel *iter.*
Abeſt ab urbe quingentis millibus paſſuum.

Plane hic & Accuſativus & Ablativus, regitur à Præpoſitione intellecta. Ac in Accuſativo quidem ſupplendum *ad, per,* aut *circa*. Ut, *abeſt iter diei,* pro *ad iter,* vel *per,* aut *circa iter diei*. *Diſtat* LXX *paſſus,* pro *ad,* vel *per,* aut *circa* LXX *paſſus*. Ablativus autem regitur à Præpoſitione *à* vel *ab*. Velut ſi, *exercitus diſtare* dixeris *multis paſſibus* aut *ſtadiis,* pro *ab multis*. Itaque Græce interdum additur Præpoſitio ἀπὸ.

Appellativa Locorum, &c.

Nomina appellativa, & Nomina majorum locorum adduntur fere cum Præpoſitione verbis ſignificantibus motum, aut actionem *in loco, ad locum, à loco,* aut *per locum*; ut,
In foro verſatur. Meruit ſub rege in Galliâ.
Virgilius, —— *Ad templum non æquæ Palladis ibant Iliades.*
Saluſt. *Legantur in Hiſpaniam majores natu nobiles.*
E Siciliâ diſcedens, Rhodum veni. Per mare ibis ad Indos.

Omne verbum admittit Genitivum proprii Nominis loci, in quo fit actio; modo primæ vel ſecundæ declinationis, & ſingularis numeri ſit; ut,
Juven. *Quid Romæ faciam? mentiri neſcio.*
Terent. *Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.*

At Genitivus ille non regitur à Verbo, ſed Subſtantivo intellecto; ut,

in

in urbe, in oppido. Quia ipſa interdum exprimuntur: ut, *Caſſius in oppido Antiochia cum omni exercitu*, Cic.

Atque hic quæſtio ejuſmodi exſurgit, an rectum ſit dicere, *Vivit Amſtelodami celebris Emporii*; vel *Degit Londini urbis inclytæ*. Sane is omnino ſolœciſmus foret, quia dicendum *Amſtelodami, celebri emporio*; *Londini, inclytâ urbe*, vel *in Amſtelodami celebri emporio*, vel etiam in *Amſtelodamo celebri emporio*. Ut Cicero, *Nam ibi natus eſt, loco nobili & celebri quondam urbe*. Fere autem additur Præpoſitio quoties appellativum diverſi casûs proprio ſubditur. Ut, *Sed Neapoli in celeberrimo oppido*, Cic. *Albæ conſtiterunt in urbe opportunâ*, Idem.

Porro ex his cauſam eſt cognoſcere, cur ſimilis interdum obtineat locutio in regionum & inſularum Nominibus. Ut illo Maronis, *Creta juſſit conſidere Apollo*, proprie dixiſſet *in Cretâ*; ſed figurate ait *Creta* pro *inſulâ Cretâ*, Sic, *Cæſar cum audiſſet, Pompeium Cypri viſum*, Cæſ.

Hi Genitivi, *Humi, domi, militiæ, belli*, propriorum ſequuntur formam; ut Terent. *Domi bellique ſimul viximus.*
Cic. *Parvi ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi.*

Sed omnia hæc elliptice dicuntur, planeque extuleris *domi bellique tempore*; item *tempore belli militiaque*. At illud *domi eſt*, potius ſic ſuppleas, *eſt in domi loco*. Nam roganti aliquo, *ubi*, vel *quo in loco* aliquis eſſet, reſpondebant ſimpliciter *domi*, ubi *ἀπὸ κοινοῦ in loco* intelligendum. Nimirum ut dicitur *Antiochiæ, & in oppido Antiochia*, ac quandoque *in Antiochiâ oppido*: itidem dixêre, *domi*, pro *in domi loco* vel *ſolo*; proque eo *in domo*, ut apud Ciceronem, *In domo Cæſaris unus vir fuerit*. Vel cum Scioppio dicamus, integre eſſe *in ædibus domi*; ut *domus* ſit totum, *ædes* vero dicantur ſingula conclavia, quomodo ea diſtinguere videtur Plautus. Imo illo quoque ante memorato *domi bellique*, ſi durius illud per *domi tempore* expleri videatur, pro *pacis tempore*; poſſis *domi bellique* ſic ſupplere, *in domi ædibus, inque militiæ tempore*, vel *in domi bellique loco*.

Sic quoque *terræ* poſuêre pro *in ſolo*, vel etiam *in ſolum terræ*. Ut, *Maxima cum vellet terræ procumbere, queſſa eſt*, Ovid. ubi *terræ* regitur à Nomine *ſolo*; quod quandoque exprimitur. Quomodo Lucretius, *nam multis ſuccenſa locis ardent ſola terræ*. Atque hinc liquet, cum dicitur, *humi quid jacere*, valere in *ſolo humi*.

Domi non alios ſecum patitur Genitivos, quam *Meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ*; ut, *Veſcor, domi meæ, non alienæ.*

Verum ſi proprium loci nomen pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ Declinationis fuerit; in Dativo aut Ablativo ponitur; ut,
Colchus an Aſſyrius, Thebis nutritus an Argis?
Suet. *Lemnium Genilicus Tyburi genitum ſcribit.*
Livius, *Neglectum Anxuri præſidium.*
Cicero, *Cum unâ ſolâ legione ſuis Carthagini.*
Horatius, *Romæ Tybur ame vemoſus, Tybure Romam.*
Cic. *Quum in Narbone menſes hoſpitium commovaret.*
Idem, *Commendo tibi domum ejus, quæ eſt Syracuſis.*

Sic utimur *ruri* vel *rure* in Ablativo; ut, *Ruri fere ſe continet.*
Perſ. —— *Rure paterno eſt tibi ſat modicum.*

Atque hic eſt Ellipſis Præpoſitionis *in*; ut, *Ovidius natus Sulmone*, integre ſit

ſit, in *Sulmone*. Ac, ut ſæpius ea Præpoſitio brevitatis & elegantiæ causâ præteritur: ita quandoque, juxta nativum ſermonem, apponitur. Ut, *Complures præterea naves in Hiſpali faciendas curavit*, Cæſ. *Cœnanti apud Scopam in Cranone, quod eſt in Sicilia oppidum, nunciatum eſt*, &c. Val. Max. Nempe ut propemodum par hîc ratio ſit, ac in nominibus oppidorum quæ primæ ſunt vel ſecundæ declinationis: quæ ſæpe in Ablativo ponuntur cum eâdem Præpoſitione. Ut, *Qui nunc Epheſo eſt Epheſis cariſſimus*, Plaut. *Navis in Cajetâ eſt parata nobis*, Cic.

Porro Præpoſitio non ſolum in iis præteritur, quæ diximus, ſed aliis quoque. Ut, *Saxum antiquum ingens campo quod forte jacebat*, pro *in campo*, Virg. *Ibam forte viâ ſacrâ*, Horatius.

Imo Præpoſitio quandoque in iis etiam omittitur quæ uſitatius in Genitivo ponuntur. Ut, *humo* & *domo*, pro *humi* & *domi*. Ut, *Domo me contineo*, Cic. *Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis deficit, abde domo*, pro *in domo*.

Ad Locum.

Verbis ſignificantibus motum ad locum apponitur proprium loci in Accuſativo; ut, *Conceſſi Cantabrigiam ad cupiendum ingenii cultum.*

Eo Londinum ad merces emendas.

Ad hunc modum utimur *rus* & *domus*; ut, *Ego rus ibo.* Virgil. *Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.*

Veriſimile eſt Tullii ætate in hujuſmodi locutionibus, ab iis, qui elegantiæ ſtuderent omitti ſolere Præpoſitionem; eoque Grammaticos hoc loquendi genus præcepiſſe: Oratores tamen, ac hiſtorici eâ in parte haud ſemper Grammaticis obſecuti ſunt. Quare extra controverſiam eſt, etiam cum Præpoſitio omittitur, accuſativum regi non à Verbo, ſed à Præpoſitione intellectâ. Ut cum dico *Romam eo*; integre ſit, *eo ad Romam*. Quod vero Præpoſitio ſoleat præteriri, id compendii & elegantiæ causâ factum.

Interdum etiam in Regionum & Inſularum nominibus Præpoſitio omittitur. Ut, *Rogat, quid veniam Cariam*, Plautus. *Herus meus me Eretriam miſit*, Idem. *Proficiſci Cyprum*, Ter. *Inde Sardiniam venit*, Cic. *Ingreſſus rurſus iter Helleſpontum peruenit*, Liv. Imprimis vero Poëtæ ſic loquuntur.

Quandoque etiam in locorum Nominibus; uti ſunt *villa, ager, mons*, & ſimilia, Præpoſitio reticetur, idque potiſſimum à Poëtis. Ut, *Lavinaque venit Littora*, Virg. *Tollite me Teucri, quaſcunque abducite terras*, Id.

A Loco, per Locum.

Verbis ſignificantibus motum à loco, aut per locum, adjicitur proprium loci in Ablativo; ut, *Niſi ante Româ profectus eſſes, nunc eam relinqueres. Eboraco (ſive per Eboracum) ſum profecturus iter.*

Ad eundem modum uſurpantur *Domus* & *rus*; ut, *Nuper exiit domo.* Ter. *Timeo ne puer rure redierit.*

Dubium non eſt quin Ablativus iſte regatur à Præpoſitione ſuppreſſâ. Ut, *veni Româ, Carthagine, ruri, domo*, integre ſit, *Veni à Româ, à Carthagine, à ruri, à domo.*

Quæſtio

Quæſtio autem eſt, an & exprimi poſſit Præpoſitio. Quintilianus videtur negare. Atqui ab optimis illa Scriptoribus quandoque exprimitur. Ut, *Interim ab Româ Legatos veniſſe nunciatum eſt*, Liv. *Valerium à Veiis abducere exercitum jubet*, Idem. *A Brunduſio nulla adhuc fama venerat*, Cic. *Ut ab Alexandria diſcederet*, Id. *Ab Epheſo profectum*, Id. *A Bibone diſceſſimus*, Id.

Impersonalium Conſtructio.

GENITIVUS.

HÆC tria Impersonalia, *Intereſt*, *refert*, & *eſt*, quibuſlibet Genitivis adnectuntur, præter hos Ablativos femininos, *meâ*, *tuâ*, *ſuâ*, *noſtrâ*, *veſtrâ* & *cujâ*; ut,

Intereſt magiſtratûs tueri bonos, animadvertere in malos.
Refert multum Chriſtianæ Reipublicæ, Epiſcopos doctos & pios eſſe.
Prudentis eſt multa diſſimulare. Tuâ refert teipſum nôſſe.
Cic. *Ea cædes crimini potiſſimum datur ei, cujâ interfuit; non ei cujâ nihil interfuit.*

Adjiciuntur & illi Genitivi, *Tanti*, *quanti*, *magni*, *parvi*, *quanticunque*, *tantique*, *tantidem*; ut,

Magni refert quibuſcum vixeris. Tanti refert honeſta agere. Veſtrâ parvi intereſt. Et, *intereſt ad laudem meam.*

Magna eſt affinitas Impersonalium, ut vocant, *intereſt* & *refert*, cum verbis æſtimandi. Nam ut iis in Genitivo additur nunc Subſtantivum, nunc Adjectivum, ita & verbis *intereſt* & *refert* Subſtantivum; ut, *Reipublicæ ſemper intereſſe putavi*, Cic. Adjectivum, ut cum Genitivis pretii *magni*, *permagni*, &c. In eo etiam conveniunt, quod ut hæc jungitur Ablativis *magno*, *parvo*, *nihilo*; ſic *intereſt* & *refert* conſtruuntur cum *meâ*, *tuâ*, *ſuâ*, *noſtrâ*, *veſtrâ*, *cujâ*.

Hîc autem quæritur an hujuſmodi Pronomina ſunt Ablativi casûs. Donatus enim Accuſativum facit. Nam ad illud Terentii, *Quid tua malum id refert? quare*, inquit, *quomodo dicatur, Quid mea? Quid tua? an deeſt ad, ut ſit, ad mea, ad tua.* Nec dicere poſſimus non loqui ſic Latinos: Nam Plauti eſt, *Quid ad me, ad meam rem refert?* Et Cicero, *Equidem ad laudem noſtram non video multum intereſſe.* Hæc evincere videntur *intereſt*, vel *refert mea*, integre eſſe, *intereſt* vel *refert ad mea negotia.* Quomodo ne ellipſis quidem erit, ſed locutio propria. Illud enim *intereſt mea*, ſic interpretantur plerique *eſt inter mea.* Sed Neutrum placet. *Refert* quidem ſi foret à Præpoſitione loquelari *re* primam corriperet; quæ ſemper longa.

Priſcianus vero vult *meâ*, *tuâ*, & ſimilia eſſe ablativos, atque addit, ſubaudiri *in re.* Quomodo legimus apud Plautum, *in re meâ eſt*, pro *refert* vel *intereſt.* Atque hanc ſententiam veram eſſe ex Iambico illo Terentii conficitur. *Etiam dotatis ſoleo* C. *Quid id noſtra?* P. *Nihil.* Ubi metrum claudicabit, niſi *noſtrâ* fuerit Ablativus. Ergo *meâ refert* vel *intereſt*, valeat; *refert* vel *intereſt meâ gratiâ*, ſive additâ Præpoſitione quæ deſideratur, *meâ de gratiâ*, hoc eſt, *meâ de causâ.*

Ex his non obſcurum erit, quomodo ſit ſupplenda Ellipſis, cum in Genitivo dicitur *intereſt* vel *refert naturæ*, *hominum*, *reipublicæ*, *magni*, & ſimilia. Nam ſi *gratiâ* vel *causâ*, aut ſimile intelligitur in ablativo *meâ*, quid impedit hoc Genitivum regi à *causâ* vel *gratiâ*? nempe ut Græci ſolent intelligere χάριν vel ἕνεκα. Quanquam poſſis cum Priſciano ſupplere *in re.*

DATI-

DATIVUS.

In Dativum feruntur hæc Impetſonalia, *Accidit, certum eſt, contingit, conſtat, confert, competit, conducit, convenit, placet, diſplicet, dolet, expedit, evenit, liquet, libet, licet, nocet, obeſt, prodeſt, præſtat, patet, ſtat, reſtat, benefit, malefit, ſatisfit, ſupereſt, ſufficit, vacat,* pro *otium eſt*; ut, *Convenit mihi tecum.*

Salluſt. *Emori per virtutem mihi præſtat, quam per dedecus vivere.*

Ovid. *Non vacat exiguis rebus adeſſe Jovi.*

Terent. *Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero.*

A novercâ malefit provignis. A Deo nobis benefit.

Virg. *Stat mihi caſus renovare omnes*; id eſt, *ſtatuum eſt.*

Impetſonalia hæc Dativum adſciſcunt, non ex naturâ ſuâ, ſed ex communi verborum indole, quibus addi diximus Dativum acquiſitionis.

ACCUSATIVUS.

Hæc Impetſonalia accuſandi caſum exigunt, *Juvat, Decet*, cum compoſitis, *delectat, oportet*; ut,

Me juvat ire per altum. Uxorem ædes curare decet.

Dedecet viros muliebriter vivere.

Cato, *Patrem-familiâs vendacem non emacem eſſe oportet.*

Impetſonalibus non additur Accuſativus niſi cum tranſitive ſumuntur; ut, *Forma viros neglecta decet.* At in exemplis hîc allatis Accuſativus convenit cum Infinitivo.

His vero, *Attinet, pertinet, ſpectat*, proprie additur Præpoſitio *ad*; ut, *Méne vis dicere, quod ad te attinet? Spectat ad omnes bene vivere.*

Quintilianus, *Pertinet ad utramque partem.*

His Impetſonalibus ſubjicitur Accuſativus cum Genitivo, *Pœnitet, tædet, miſeret, miſereſcit, pudet, piget*; ut,

Cic. *Si ad Centeſimum vixiſſet annum, ſenectutis eum ſuæ non pœniteret. Tædet animam meam vitæ meæ. Aliorum te miſeret; tui nec miſeret, nec pudet. Fratris me quidem piget, puderque.*

Cauſa hujuſmodi ſermonis eſt, non quod Impetſonalia hæc Genitivum regant: ſed quia, cum compendio & elegantiæ ſtuderent Romani, Nomen omittunt Subſtantivum unde Genitivus regeretur. Nam *miſeret me tui*, dixerunt pro *tui cauſâ*. Atque iis Accuſativus additur ex naturâ tranſitivorum.

Nonnulla Impetſonalia remigrant aliquando in Perſonalia; ut,

Virgil. *Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricæ.*

Ovid. *Namque decent animos mollia regna tuos.*

Senec. *Agricolam arbor ad frugem producta delectat.*

Nemo miſerorum commiſereſcit.

Te non pudet iſtud? Non te hæc pudent?

Cœpit, incipit, deſinit, debet, ſolet, & poteſt, Impersonalibus juncta, impersonalium formam induunt; ut,

Quint. *Ubi primum cœperat non convenire, quæſtio oriebatur.*

Idem, *Tædere ſolet avaros impendii. Deſinit illum ſtudii tædere.*

Sacerdotem inſciliæ pudere debet.

Quint. *Perveniri ad ſummum, niſi ex principiis, non poteſt.*

Verbum Impersonale paſſivæ vocis, ſimilem cum Perſonalibus paſſivis caſum obtinet; ut,

Cæſar, *Ab hoſtibus conſtanter pugnatur.*

Qui quidem caſus interdum non exprimitur; ut,

Virgilius, ——*ſtrato diſcumbitur oſtro.*

Verbum Impersonale Paſſivæ vocis, pro ſingulis perſonis utriuſque numeri indifferenter accipi poteſt; ut,

Statur, id eſt, *ſto, ſtas, ſtat*: *ſtamus, ſtatis, ſtant*: videlicet ex vi adjuncti obliqui; ut, *Statur à me*, id eſt, *ſto*: *Statur ab illis*, id eſt, *ſtant.*

PARTICIPII CONSTRUCTIO.

PArticipia regunt caſus verborum à quibus derivantur; ut,

Virg. ——*Duplices tendens ad ſydera palmas, Talia voce refert.*

Idem, *Ubera lacte domum referunt diſtenta capellæ.*

Diligendus ab omnibus.

Quamvis in his uſitatior eſt Dativus; ut,

Terent, *Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt.*

GENITIVUS.

Participiorum voces, cum fiunt Nomina, Genitivum poſtulant; ut,

Salluſtius, *Alieni appetens, ſui profuſus.*

Cupientiſſimus tui. Inexpertus belli. Indoctus pilæ.

Nempe Participia cum fiunt Nomina, naturam Subſtantivorum induunt. Nam *amans patriæ, valet amator patriæ.*

ACCUSATIVUS.

Exoſus, peroſus, pertæſus, active ſignificant, & in Accuſativum ſeruntur; ut, *Immundam ſegnitiem peroſæ.*

Aſtronomus peroſus ad unam mulieres.

Suetonius, *Pertæſus ignaviam ſuam.*

Exoſus & peroſus etiam cum dandi caſu leguntur, videlicet paſſive ſignificantia; ut, *Germani Romanis peroſi ſunt.*

Exoſus Deo & ſanctis.

Participia

Participia hæc, cum active ſumuntur, Accuſativum regunt ex communi ſtructurâ verbi, & Dativum more Græco, ut & alia participia paſſiva.

ABLATIVUS.

Natus, prognatus, ſatus, cretus, creatus, ortus, editus, in Ablativum feruntur; ut,

Terent. *Bona bonis prognata parentibus.*
Virgilius, —— *ſate ſanguine Divûm.*
Idem, —— *quo ſanguine cretus?*
Ovidius, *Venus orta mari mare præſtat eunti. Terrâ editus.*

Atqui hic plane Ablativus regitur à Præpoſitione ſuppreſsâ.

ADVERBII CONSTRUCTIO.

NOMINATIVUS.

En & *ecce*, demonſtrandi Adverbia, Nominativo frequentius junguntur, Accuſativo rarius; ut,

Virgil. *En Priamus, ſunt hîc etiam ſua præmia laudi.*
Cicero, *Ecce tibi ſtatus noſter.*
Virg. *En quatuor aras. Ecce duo tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.*

En & *ecce* exprobrantis, ſoli Accuſativo nectuntur; ut,

En animum & mentem. Juvenal. *En habitum.*
Terentius, *Ecce autem alterum.*

En & *ecce* nec Nominativum nec alium caſum regunt: ſed caſus additus dependet à voce intellectâ. Nam *En dextra fideſque*, valet *En eſt dextra fideſque. En turba*, valet *En, adeſt turba. En aras*, integre fuerit, *En, vides aras.* Sic *En hominem*, pro *video*, vel *vides hominem.*

GENITIVUS.

Quædam Adverbia loci, temporis, & quantitatis, Genitivum poſt ſe recipiunt.

Loci; ut, *Ubi, ubinam, nuſquam, eo, longe, quo, ubivis, huccine*: ut, *Ubi gentium? Quo terrarum abiit? Nuſquam loci invenitur. Eo impudentiæ ventum eſt*, Ter. *Ah minime gentium, non faciam.*

Hîc Genitivus *gentium* feſtivitatis causâ additur.

Quædam loci Adverbia figurate junguntur Genitivo, idque per ſyllepſin, quia in iis ſignificatio ineſt Nominis cum Præpoſitione. Ut, *longe gentium* integre ſit *a longè ſpatio*, vel *longo loco, à gentium loco.* Ut Appuleius, *longe parentum exulavit*, pro *longe à parentum loco.* Similiter *ubi gentium* pro *quo in loco gentium. Nuſquam loci* pro *nullo in loco.* At *interea loci*, integrè eſt *inter ea loci illius negotia.* Item *huc vicinia* valet *ad hoc vicinia locum*: nam priſci *hoc locum*, æque ac *hac loca* dixerunt. Par ratio in illo *Huc dementia pervenit*, pro *ad hoc negotium dementia.* At *eo impudentia*, valet *ea impudentia*,

pro *ad ea*, puta *negotia*. Niſi malis *eo* eſſe auferendi caſum, ut ſignet *in eo*. Idem judicium eſto de aliis.

Temporis: ut, *Nunc, tunc, tum, interea, pridie, poſtridie,* **ut** *Nihil tunc temporis amplius quam flere poteram. Pridie ejus diei pugnam inierunt. Pridie calendarum,* **ſeu** *calendas.*

Tunc temporis valet *tunc in temporis re*: Eſtque Pleonaſmus, quia *tunc* ſufficeret. Vel dicas *tunc* accipi pro *eo*, vel *illo in ſpatio*. At in *pridie ejus diei* Genitivus regitur à voce *die* quæ ineſt in *pridie*, quaſi dicas *in die ejus diei præceſſore*.

Quantitatis; ut, *Parum, ſatis, abunde,* **&c. ut,** *Satis eloquentiæ, ſapientiæ parum. Abunde fabularum audivimus.*

Adverbia quantitatis naturâ ſuâ non regunt caſum, ſed Genitivus regitur à nomine intellecto; quod eſt *res*. Ut, *ſapientia parum* integre ſit, *parum de re ſapientia*. Quanquam *parum* naturâ eſt Adjectivum, ex παῦρος eliſo ῦ; ut ab eodem eſt *paulum* r in *l* abeunte. *Parum* igitur & *paulum*, notant *breve*, vel *parvum*, & intelligitur *negotium*. Sic & dicere poſſis *abunde* eſſe naturâ nomen, & dici *abunde* & *abundis*, ut *neceſſis* & *neceſſe*: Imo naturâ ſuâ nomina ſunt *magis* & *mage*, *ſatis* & *ſate*, unde ſat per Apocopen. Quare non mirum ſi Genitivum additum habeant, cum naturâ ſint Adjectiva, ac *res* vel *negotium* intelligatur.

***Inſtar*, æquiparationem, menſuram, aut ſimilitudinem ſignificat; ut Virgil.** *Inſtar montis equum divinâ Palladis arte Ædificant.*
Juſt. *Mittitur Philippus ſolus, in quo inſtar omnium auxiliorum erat.*
Ovid. *Sed ſcelus hoc meriti pondus & inſtar habet.*

Atque hoc Nomen eſſe, alibi dictum. Unde Virgilius, *Quantum inſtar in ipſo*: & Livius, *parvum inſtar*.

Hîc apponitur interdum Præpoſitio *ad*; **ut,**
Vallis ad inſtar caſtrorum clauditur.
Populus Romanus è parvâ origine ad tantæ magnitudinis inſtar emicuit.

DATIVUS.

Quædam Dativum admittunt Nominum unde deducta ſunt; ut, *Venit obviam illi.* **Nam** *obvius illi* **dicitur.** *Canis ſimiliter huic.* **Et,** *Sibi inutiliter vivit. Propinquius tibi ſedet, quam mihi.*

Adverbia in hac ſtructurâ imitantur Nomina; atque hîc locum habet quod de Dativis Nominibus & Verbis additis attulimus; nempe omnia Dativum adſciſcere, qui ſignificet acquiſitionem. Quem uſum Dativi ſi quis attenderit, facile videat hoc *regimen* proprie dici non poſſe.

Sunt & hi Dativi adverbiales, *Tempori, luci, veſperi*; **ut,**
Tempori venit, quod omnium rerum eſt primum. Luci occidit hominem. Vidi ad vos afferri veſperi.

Tempori, luci & *veſperi*, Ablativos potius eſſe, alibi dictum.

ACCU-

ACCUSATIVUS.

Sunt quæ accuſandi caſum admittunt Præpoſitionis unde ſunt profecta; ut, *Caſtra propius urbem moventur.*
Salluſt. *Proxime Hiſpaniam ſunt Mauri.*

Accuſativus hîc plane regitur à Præpoſitione *ad* intellectâ. Quod & alibi notatum.

Cedo, flagitantis exhiberi, Accuſativum regit; ut,
Terentius, *Cedo quemvis arbitrum.*

ABLATIVUS.

Adverbia diverſitatis, *Aliter*, *ſecus*; & illa duo, *Ante*, *poſt*, cum Ablativo non raro inveniuntur; ut, *Multo aliter. Paulo ſecus. Multo ante. Longo ſecus.* Virgil. ——*longo poſt tempore venit. Paulo poſt.* Niſi & ipſa Adverbia potius cenſenda ſunt.

Ablativi hi non ab Adverbiis, ſed à Præpoſitione *à* vel ſimili ſuppreſſâ dependent.

Adverbia comparativi & ſuperlativi gradus, admittunt caſus comparativis & ſuperlativis aſſuetos ſubſervire, ſicut ante præceptum eſt; ut,
Acceſſit propius illo. Optime omnium dixit.
Cic. legimus, *Propius ad deos, & propius à terris.*

In Adverbiis his locum habet id quod de Nominibus comparativis & ſuperlativis dictum, nempe Ablativum regi à Præpoſitione *pra* intellectâ. Genitivum autem ab *ex numero* ſuppreſſo.

Plus Nominativo, Genitivo, Accuſativo, & Ablativo, junctum reperitur; ut,
Livius, *Paulo plus trecenta vehicula ſunt amiſſa.*
Idem, *Hominum eo die cæſa plus duo millia.*
Plus quam quinquaginta hominum ceciderunt.
Abierat acies paulo plus quingentos paſſus.
Terentius, *Dies triginta, aut plus eo, in nave fui.*

Plus adjectivum eſt, & nullum regit caſum, ſed ſi Nominativus ſit, ad convenientiam pertinet; ſin caſus obliquus, regitur à Nomine, aut Verbo, aut Præpoſitione intellectâ.

Quibus Verborum modis, quæ congruant Adverbia.

Ubi, *poſtquam*, & *cum*, temporis adverbia interdum Indicativis interdum vero ſubjunctivis Verbis apponuntur; ut,
Virgil. *Hæc ubi dicta dedit.*

Terent. *Ubi nos læverimus, ſi voles, lævato.*
Virgil. *Cum faciam vitulâ pro frugibus, ipſe venito.*
Idem, *Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem vellit.*

Hîc prius adverbium, poſterius conjunctio eſſe videtur.

Donec pro *quamdiu* indicativo gaudet; ut,
Ovidius, *Donec eram ſoſpes.*
Idem, *Donec eris felix, multos numerabis amicos.*

Pro *quouſque*, nunc indicativum, nunc ſubjunctivum exigit; ut,
Virgil. *Cogere donec oves ſtabulis, numerumque referre juſſit.*
Colum. *Donec ea aqua quam adjeceris decocta ſit.*

Dum, de re præſenti non perfectâ, aut pro *quamdiu*, fatendi modum poſcit; ut,
Terent. *Dum apparatur virgo in conclavi.*
Idem, *Ego te meum dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facis.*

Dum pro *dummodo*, alias potentiali, alias ſubjunctivo nectitur; ut, *Dum proſim tibi. Dum ne ab hoc me falli comperiam.*

Dum pro *donec*, ſubjunctivo tantum; ut,
Virgil. *Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas.*

Quoad pro *quamdiu*, vel indicativis vel ſubjunctivis; pro *donec*, ſubjunctivis ſolis adhibetur; ut,
Quoad expectas contubernalem? Cicer. *Quoad poſſem & liceret, ab ejus latere numquam diſcederem.*
Omnia integra ſervabo, quoad exercitus huc mittatur.

Simulac, *ſimulatque* indicativo & ſubjunctivo adhærent; ut,
Simulac belli patiens erat.
Virgilius, ——*Simulatque adoleverit ætas.*

Quemadmodum, *ut*, *utcunque*, *ſicut*, utrumque modum admittunt, ut Eraſ. *Ut ſalutabis, ita & reſalutaberis.*
Ut ſementem feceris, ita & metes.

Ut pro *poſtquam* indicativo jungitur; ut,
Ut ventum eſt in urbem.

Quaſi, *ceu*, *tanquam*, *perinde-acſi*, *haud-ſecus-acſi*, quum proprium habent verbum, ſubjunctivo apponuntur; ut,
Tanquam feceris ipſe aliquid.
Terentius, *Quaſi non nôrimus nos inter nos.*

Alias copulant conſimiles caſus; ut,
Novi hominem tanquam te. Arridet mihi, quaſi amico.

Ne prohibendi, vel imperativis, vel ſubjunctivis præponitur; ut,
Virgilius, *Ne ſævi magna ſacerdos.*
Terentius, *Hîc nebulo magnus eſt, ne metuas.*

Ne pro *non* cæteris modis inſervit.

Adverbia, accedente caſu, tranſeunt in Præpoſitiones; ut,
Juven. *Cantabis vacuus coram latrone viator.*

DE CONJUNCTIONUM CONSTRUCTIONE.

COnjunctiones copulativæ & disjunctivæ, cum his quatuor, *quam, niſi, præterquam, an*, ſimiles omnino caſus nectunt; ut *Socrates docuit Xenophontem & Platonem. Utinam calidus eſſes, aut frigidus.*

Albus an ater homo ſit, neſcio. Eſt minor natu quam tu.

Nemini places niſi (vel *præterquam*) *ſibi.*

Excepto, ſi caſualis dictionis ratio aliqua privata repugnat, vel aliud poſcat; ut,

Emi librum centuſſi & pluris. Vixi Romæ & Venetiis.

Horatius, *In Metii deſcendat judicis aures, & patris, & noſtras.*

Conjunctiones copulativæ & disjunctivæ, aliquoties ſimiles modos & tempora conglutinant; ut,

Recto ſtat corpore, deſpiciuque terras.

Aliquoties autem ſimiles modos, ſed diverſa tempora; ut,

Ter. *Niſi me lactâſſes amantem, & vanâ ſpe produceres.*

Tibi gratias egi, & te aliquando collaudare poſſum.

Etſi, tametſi, etiamſi, quamquam, in principio orationis indicativos modos, in medio ſubjunctivos ſæpius poſtulant.

Quamvis & *licet*, ſubjunctivos frequentius; ut,

Etſi nihil novi afferebatur. Quanquam animus meminiſſe horret.

Virgil. *Quamvis Elyſios miretur Græcia campos.*

Ovid. *Ipſe licet venias Muſis comitatus, Homere,*
Nil tamen attuleris, ibis, Homere, foras.

Ni, niſi, ſi, ſiquidem, quod, quia, quam, poſtquam, poſteaquam, ubi pro *poſtquam, nunquam, priuſquam*, & indicativis & ſubjunctivis adhærent; ut, *Quod redieris incolumis, gaudeo. Caſtigo te, non quod odio habeam, ſed quod amem. Aliud honeſtum judicas, quam quod Philoſophi ſtatuunt.* Plinius. *Gravius accuſas, quam patitur tua conſuetudo.*

Si, utrique modo jungitur: at *ſi* pro *quamvis*, ſubjunctivo tantum; ut Ter. *Redeam? non ſi me obſecret.*

Siquis, tantum indicativo; ut, *Siquis adeſt.*

Quando, quandoquidem, quoniam, indicativo junguntur; ut,

Virgil. *Dicite* (*quandoquidem in molli conſedimus herbâ*)
Quoniam mihi non creditis, ipſe facito periculum.

Quippe, cum proprium habet verbum, gaudet indicativo; ut,

Danda eſt huic venia, quippe ægrotas.

Si addideris *qui*, utrumque admittit modum; ut,

Non eſt huic danda venia, quippe qui jam bis pejeravit, ſive *pejeraverit.*

Qui cum habet vim cauſalem, ſubjunctivum poſtulat; ut *Stultus es, qui huic credas.*

Cum pro *quamvis*, pro *quandoquidem*, vel *quoniam* ſubjunctivis ſemper adhæret; ut,

Cicero, *Nos, cum præcipi nihil poſſe dicamus, tamen aliis de rebus diſſerere ſolemus.*

Virgil. *Cum ſis officiis, Gradive, virilibus aptus.*

Cum & *tum*, item *tum* geminatum, ſimiles modos copulant; Eſt autem in *cum*, quiddam minus, atque ideo in priore clauſulæ parte ſtatuitur; in *tum*, quiddam majus, ac proinde in poſteriore clauſulæ parte collocatur: ut,

Amplectitur cum eruditos omnes, tum imprimis Marcellum.
Odit tum literas, tum virtutem.

Ne, an, num, interrogandi particulæ, indicativum amant: ut,

Virgil. *Superat ne, & veſcitur aurâ Æthereâ?*

At cum accipiuntur dubitative aut indefinite, ſubjunctivum poſtulant; ut, *Viſe num redierit.*
Nihil refert feceris ne an perſuaſeris.

Ut, cauſalis ſeu perfectiva conjunctio, & *ut* pro *ne*, *non*, poſt verba timoris, nunc potentiali, nunc ſubjunctivo jungitur: ut,

Ter. *Filium perduxêre illuc ſecum, ut una eſſet, meum.*
Idem, *Te oro Dave, ut redeat jam in viam.*
Idem, *Metuo ut ſubſtet hoſpes*, id eſt, *ne non ſubſtet.*

Ut, concedentis, ſeu poſitum pro *quanquam*, & *ut* pro *utpote*, ſubjunctivo ſervit; ut,

Ut omnia contingant quæ volo, levari non poſſum.
Non eſt tibi fidendum, ut qui toties fefelleris.
Ut qui ſolus relictus fueris.

Ut pro *poſtquam*, pro *quemadmodum* vel *ſicut*, & interrogativum, indicativis nectitur: ut,

Cic. *Ut ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin ſcriberem.*
Terent. *Tu tamen hâc nuptias perge facere, ut facis.*
Idem, *Credo ut eſt dementia.*
Horatius, *Ut valet? ut meminit noſtri?*

Quanquam de hoc in Adverbii quoque Conſtructione paulo ſupra eſt dictum.

PRÆPOSITIONUM CONSTRUCTIO.

PRæpoſitio ſubaudita interdum facit ut addatur Ablativus; ut,
Habeo te loco parentis, id eſt, *in loco.*
Apparuit illi humanâ ſpecie; id eſt, *ſub humanâ ſpecie.*
Diſceſſit magiſtratu, id eſt, *à magiſtratu.*

Præpoſitio in compoſitione, eundem nonnunquam caſum regit, quem & extra compoſitionem regebat; ut,

Virgil.

LINCOLN'S INN LIBRARY

Virgil. *Nec poſſe Italiâ Teucrorum avertere regem.*
Prætereo te inſalutatum.
Idem, —— *emoti procumbunt cardine poſtes.*
Idem, *Detrudunt naves ſcopulo.*

Verba compoſita cum *A, ab, ad, con, de, è, ex, in,* nonnunquam repetunt eaſdem Præpoſitiones cum ſuo caſu extra compoſitionem, idque eleganter; ut, *Abſtinuerunt à viris.*
Terent. *Amicos advocabo ad hanc rem. Cum legibus conferemus.*
Cicer. *Detrahere de tuâ famâ nunquam cogitavi.*
Cum ex inſidiis evaſeris.
Terentius, *Poſtquam exceſſit ex ephebis. In Rempublicam cogitatione curâque incumbe.*

In pro *erga, contra, ad,* Accuſativum habet; ut,
Virgil. *Accipit in Teucros animum mentemque benignam.*
Idem, *Quid meus Æneas in te committere tantum?*
Quid Troës potuêre?
Idem, *Quo te Mari pedes? an, quo via ducit, in urbem?*

Item cum Accuſativo jungitur, quoties diviſio, mutatio, aut incrementum rei cum tempore ſignificatur; ut,
Virgil. *Eſtque locus partes ubi ſe via findit in ambas.*
Ovid. *Verſa eſt in cineres ſoſpite Troja viro.*
—— *amor mihi creſcit in horas.*

In, cum ſignificatur actus in loco, Ablativum poſtulat; ut,
Ovid. *Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum.*

Sub, pro *ad, per,* & *ante,* Accuſativo innititur; ut, *Sub umbram properemus.* Liv. *Legati fere ſub id tempus ad res repetendas miſſi;* id eſt, *per id tempus.*
Virgilius, —— *ſub noctem cura recurſat;* id eſt, *paulo ante noctem,* vel *inſtante nocte.* Alias Ablativum admittit: ut,
Quicquid ſub terrâ eſt, in apricum proferet ætas.
Virgilius, —— *ſub nocte ſilenti,* id eſt, *in nocte ſilenti.*

Supra pro *ultra,* Accuſativo jungitur; ut,
Virgil. —— *ſuper Garamantas & Indos proferet imperium.*

Super pro *de* & *in,* Ablativo; ut,
Tacit. *Multum ſuper eâ re variuſque rumor.*
Virgilius, *Fronde ſuper viridi.*

Subter, uno ſignificatu utrique caſui apud Authores jungitur; ut,
Liv. *Pugnatum eſt ſuper ſubterque terras.*
Virgil. —— *omnes Ferre libet ſubter denſâ teſtudine caſus.*

Tenus gaudet Ablativo & ſingulari & plurali; ut,
Pube tenus. Pectoribus tenus.

At Genitivo tantum plurali: ut, *Crurum tenus.*

Præpoſitiones cum caſum amittunt; migrant in Adverbia; ut,
Virgil. —— *longo poſt tempore venit.*
Idem, *Pone ſubit conjux, ferimur per opaca locorum.*
Idem, —— *coram quem quæritis adſum Troïus Æneas.*

INTER-

INTERJECTIONIS CONSTRUCTIO.

INterjectiones non raro abſolutè, & ſine caſu ponuntur; ut,
Virgil. *Spem gregis (ah!) ſilice in nudâ connixa reliquit.*
Terentius, *Quæ (malum!) dementia.*

O exclamantis, Nominativo, Accuſativo, & Vocativo jungitur; ut,
O feſtus dies hominis.
Virgil. *O fortunatos nimium, bona ſi ſua nôrint, Agricolas!*
Idem, *O formoſe puer, nimium ne crede colori.*

Heu & *prô*, nunc Nominativo, nunc Accuſativo adhærent; ut,
Heu pietas! Virgil. *Heu priſca fides!* Idem, *Heu ſtirpem inviſam.*
Terent. *Prô Jupiter! tu homo adiges me ad inſaniam.*
Idem, *Prô Deum atque hominum fidem!*
Prô ſancte Jupiter! apud Plaut.

Hei & *væ*, Dativo apponuntur; ut,
Ovid. *Hei mihi quod nullis amor eſt medicabilis herbis!*
Terent. *Væ miſero mihi, quamvîs de ſpe decidi!*

Interjectiones nullum naturâ ſuâ caſum regunt. Nam is qui iis additur aliunde dependet: nimirum à voce aliquâ, quæ, ut plenus ſit ſermo, animo concipitur, ob affectum vero reticetur: vel iſtiuſmodi ſit ut caſus etiam ſine Interjectione conſiſtat. Sic *O feſtus dies hominis!* integre erit, *O quam eſt feſtus dies hominis. O fortunatos!* valet, *O quam dicamus* vel *credamus fortunatos!* In tertio Vocativus non regitur ab Interjectione, ſed per ſe ſufficit. *Heu pietas!* integre erit, *heu quanta eſt hac pietas! Proh Deum atque hominum fidem*, ſuppleas addendo *imploro* vel *obteſtor.*

At in iis *hei mihi*, & *væ mihi*, Interjectio ponitur loco nominis, cum ſignantis affectum, cujus Interjectio ſignificationem habet. E. g. *væ* eſt Interjectio comminantis triſte aliquid, & ſæpe funeſtum. Ergo ponitur pro *magno malo.* Proinde *væ tibi* ſignificat *magnum malum ſit tibi.*

DE SYNTAXI FIGURATA.

POſtquam egimus de Syntaxi analogâ, ſive regulari, hoc eſt eâ, quæ ſequitur nativam loquendi formam, regulaſque artis maxime communibus conſentanea eſt: ſupereſt dicamus de Conſtructione Figuratâ; ſive irregulari, quæ quidem conſuetudini convenit recte loquentium; à nativâ tamen ac primigeniâ loquendi formâ recedit, uti & à ſimpliciſſimis maximeque communibus artis regulis. Ita ut, ſi eam conferamus cum nativâ & ſimpliciſſimâ locutione, aliquid reperias vel deeſſe, vel ſupereſſe, vel immutari, vel tranſponi.

Atque hinc omnes figurarum ſpecies cum doctiſſimo Sanctio ad quatuor reduximus; nempe *Ellipſin*, *Pleonaſmum*, *Syllepſin*, & *Hyperbaton.* Quibus ſubjecimus *Helleniſmum*, ſive Conſtructionem Græcam, quæ fit, cum à Latinâ conſuetudine recedente, imitamur Græcos. Quod autem *Antiptoſin*, ſive *Enallagen* ſpectat, oſtendemus eam non minus ſuperfluam eſſe quam

quam alias hîc omiſſas; & nullam eſſe loquendi formam quæ non ad aliquam ex his commode ſatis reduci poſſit.

CAPUT PRIMUM.

De primâ Figurâ, quæ dicitur Ellipſis.

Figura prima vocatur *Ellipſis*, hoc eſt, defectus in Oratione. Eſtque duplex. Primo, cum aliquid in oratione de integro ſubintelligitur. Secundo, cum deficit Nomen aut Verbum, quod antea erat expreſſum, vel in eodem ſenſu, vel in diverſo, & vocatur *Zeugma*.

Porro, ut primum Ellipſeos genus plenius innoteſcat, Canones ſequentes diligenter obſervandi ſunt.

I. *De Verbo ſubintellecto.*

Canon I. Omnis Oratio conſtat ex Nomine & Verbo. Quare ſi Verbum non exprimitur, neceſſario ſubintelligi debet.

Hinc patet *Appoſitionem* vulgo dictam, eſſe Ellipſeos genus ubi intelligitur Verbum Subſtantivum. Ut, *Anna ſoror*, pro *Anna ens ſoror*, vel (quia Participium non eſt amplius in uſu) *qua es ſoror*. *Urbs Athenæ*, pro *urbs quæ eſt*, vel *dicitur Athenæ*: Quemadmodum dixit Cæſar, *Carmonenſes, quæ eſt firmiſſima civitas*.

Porro Appoſitio interdum eſt plurium vocum, cum quaſi oratio adtexitur, illuſtrandi cauſâ, ut, *Donarem tripodas, præmia fortium. Vicina coegi, ut quamvis avido parerent arva colono —— Gratum opus Agricolis*, Virgil.

Sæpe autem ad appoſitionem referunt ea, quæ ad naturam adjectivorum proxime accedunt; ut, *Homo ſervus, Victor exercitus, Nemo homo*, &c.

Eſt etiam ubi Verbum alias intelligitur. Ut, *In Pompeianum cogito*, Cic. ſupple *ire*. *Dii meliora*, ſupple *faciant*. Potiſſimum autem Verbum Subſtantivum; ut, *Sed vos qui tandem*, ſupple *eſtis*? Cujus generis plura habes in Sylvulâ ſecundâ ſequenti.

II. *De Nominativo ſubintellecto.*

Canon II. Omne Verbum ante ſe habet Nominativum expreſſum, vel ſubintellectum. Supprimitur autem Nominativus tribus potiſſimum modis.

1. Cum eſt primæ vel ſecundæ perſonæ; ut, *Amavi te, quo die cognovi*, Cic. ſupple *ego*. *Quid facis*? ſupple *tu*, &c.

2. In verbis, quæ homines communiter reſpiciunt; ut, *Aiunt, ferunt, prædicant*, nempe *homines*.

3. In verbis, quæ vulgo imperſonalia dicuntur; ut, *vivitur*. ſupple *vita*. Nam ſi *vivere vitam* rectum eſt, rectum quoque erit *vivitur vita*. Siquidem accuſativus poſt Verbum Activum ſemper reddi poſſit per Nominativum cum paſſivo. Sic cum dicitur *peccatur*, intelligitur *peccatum*. Ut apud Ciceronem *quo in genere multa peccantur*. Sic *vigilatur*, puta *nox*. Ut apud Ovid. *Noctes vigilantur amaræ*. Sic *feſtinatur*, puta *res* vel *fuga*: ut apud Virgil. *Feſtinate fugam*.

Huc refer verba naturæ, ſive exemptæ quæ vocant actionis, ut, *pluit, tonat, fulgurat, ningit, luceſcit*, in quibus ſubintelligitur *Deus, Cælum*, vel *Natura*, aut nomen ejuſdem originis, ut *pluvia, nix, lux*, &c.

III. *De Accuſativo ſubintellecto poſt Verbum.*

Canon III. Omne Verbum activæ ſignificationis habet poſt ſe accuſativum expreſſum vel ſubintellectum.

Sæpe

Sæpe autem ſupprimitur Accuſativus, & potiſſimum ante relativum *qui, qua, quod*, ut *Facilius reperias* (ſupple *homines*) *qui Romam proficiſcantur, quam ego qui Athenas.* Vide quæ ſuper hac re diximus in Regulâ de Accuſativo.

Notandum vero Infinitivum ut Nomen verbale, ſæpius intelligi poſt Verbum, & Accuſativi locum ſupplere. Ut cum dico, *currit*, intelligitur *curſum* vel τὸ *currere*, quod tantundem eſt. Sic *pergit*, puta *pergere*. Quomodo dixit Plautus, *pergis pergere*. Et Terentius, *Pergam ire domum*. Sic apud Græcos ἔφη φάναι. *dixit dicere*, & ſimilia.

Infinitivus quóque intelligitur in Participiis neutris; ut *lectum eſt, legendum erit*, ſupple τὸ *legere*; ut alibi dictum.

Canon IV. *De Infinitivo per ſe poſito, & Verbo à quo regitur ſubintellecto.*

Canon IV. Quoties Infinitivus per ſe in oratione occurrit, Verbum à quo pendeat ſubintelligi debet, puta *cœpit, ſolebat*, aut ſimile. Ut, *Ego illud ſedulo negare factum*, Ter. ſupple *cœpi*. *Facile omnes perferre ac pati*. Id. puta *ſolebat*.

Hoc Poëtis & Hiſtoricis familiare eſt, quanquam & apud Ciceronem occurrat. *Galba autem multas ſimilitudine afferre, multaque pro aquitate dicere.*

Aliquando etiam Participium reticetur. Ut, *Divitiacus complexus obſecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem ſtatueret: ſcire ſe illa eſſe vera*, &c. Cæſar, pro *dicens ſe ſcire*.

Canon V. *De Adjectivo per ſe poſito, & Subſtantivo intellecto.*

Canon V. Omne Adjectivum habet Subſtantivum ſuum expreſſum vel ſuppreſſum. Sic in his *juvenis, ſervus*, &c. ſubintelligitur *homo*: in *bubula*, & *ſuilla*, &c. intelligitur *caro*: vide plura hujuſmodi in Sylvulâ ſequenti.

Quoties vero Adjectivum in neutro genere ponitur, reticetur *negotium*, quod apud veteres tantundem erat ac *res*; ac πρᾶγμα apud Græcos, *verbum* apud Hebræos.

Ita eo uſus Cicero, *Teucris illa, lentum negotium*. Et alibi, *ad tanti belli opinionem, quod ego negotium*, &c. Imo ſæpiſſime apud eundem *res* & *negotium* confunduntur. Ut, *Ejus negotium ſic velim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea*. Et alibi, *Rerum autem omnium nec aptius eſt quidquam ad opes tuendas quam diligi, nec alienius quam timeri*; ubi *aptius* & *alienius* ſupponunt *negotium*, quamvis reſpiciant *res*, quo tanquam ſynonymo antea uſus eſt. Sic in iſto. *Fecerunt, ut iſtum accuſarem, à quo mea longiſſime ratio voluntaſque abhorrebat*, nempe *à quo negotio Accuſationis*, juxta Aſconium. Sic in hoc Terentii, *Utinam hoc ſit modo defunctum*. Quo loco Donatus, *Hoc, id eſt negotium, id eſt, raptus virginis.*

Nec ſoli ſic Grammatici veteres ſupplent, ſed ipſi etiam ſcriptores claſſici addunt ſæpius. Ut Horatius, *Aliena negotia curo, excuſſus propriis*; elliptice extulit Terentius, *Aliena ut cures*.

Quare cum dicitur *triſte lupus ſtabulis: Varium & mutabile ſemper femina*, fruſtra reſolvunt Grammatici, per *res triſtis, res mutabilis*, cum *negotium* eodem fungi poſſit officio.

Porro ſubintelligitur etiam *negotium*, cum Relativum in neutro ponitur. Ut, *Non eſt quod gratias agas*, hoc eſt, *non eſt negotium*, vel *nullum eſt negotium propter quod gratias agas*. Sic *Claſſe viriſque potens, per quæ ferè bella geruntur*, Ovid. Et ſimiliter, *Lunam & ſtellas quæ tu fundâſti*, nempe *quæ negotia*.

Perperam itaque Grammatici hic ſyllepſin ſtatuunt, & ex eo neutrum genus in inanimatis maſculino & feminino dignius eſſe contendunt, cum tantum

tantum ſupprimatur *negotium*; quodque pariter in rebus animatis reticetur. Ut, *Parentes liberos & fratres, vilia habere*, Tac. hoc eſt, *vilia negotia*. Et *Ductores Danaûm delecti prima virorum*, Lucret.

VI. *De Antecedente ſubintellecto.*

Canon VI. Omne Relativum reſpicit Antecedentem, cujus locum tenet. Quare elliptis ſtatuenda eſt, quoties Antecedens, qui Relativum præcedere, & conſequi debet, tantum præcedit; ut, *Eſt pater quem amo*, pro *quem patrem amo*.

Atque hæc gemina eſt, cum utrobique reticetur. Ut, *ſunt quos arma delectant*. Sed de his ſatis dictum eſt in Syntaxi regulari.

VII. *De eo, quod intelligitur, cum Genitivus ſequitur Adjectivum vel Verbum.*

Canon VII. Quoties Genitivus conſtruitur cum Adjectivo aut verbo, vel eſt Helleniſmus & pendet à Præpoſitione, vel Nomen aliquod generale ſubintelligitur.

Atque hoc potiſſimum quinque modis fit.

1. Cum reticetur Subſtantivum *negotium*, vel *tempus*, aut ſimile; ut, *Ultimum dimicationis*, Liv. puta *tempus*. *Amara curarum*. Hor. nempe *negotia*.

2. Cum reticetur correlativum; ut, *Sophia Septimi*, Cic. nempe *filia*. *Hectoris Andromache*, Virg. ſupple *uxor*.

3. Cum reticetur *causâ* vel *ratione*, ut apud Græcos, ἕνεκα vel χάριν. Ut, *Cum ille ſe cuſtodia diceret in caſtris remanſiſſe*, puta *causâ*.

4. Cum Genitivus additur Præpoſitioni locali; ut, *Ad Caſtoris*, Cic. *In Veneris*, Plaut. nempe *ædem*. Sic *Per Varronis*, ſupple *fundum*. *Ex Apollodori*, Cic. puta *Chronicis*.

5. Cum Genitivus additur Verbo. Ut, *Eſt regis*, puta *officium*; *æſtimare litis*, nempe *causâ*. *Abeſſe bidui* puta *itinere*. *Accuſas furti*, ſupple *crimine*. *Eſt Romæ*, puta *in oppido*. Et ſimilia, de quibus in Syntaxi regulari dictum.

VIII. *De eo quod ſubintelligitur, cum Accuſativus per ſe ponitur.*

Canon VIII. Omnis Accuſativus regitur vel à Verbo Activæ ſignificationis, vel à Præpoſitione, (niſi conveniat cum Infinitivo; ut, *me amare*.) Quare ubi Verbum reticetur, defectus ſuppleri debet. Ut, *me miſerum*, puta *ſentio*.

Sæpe autem Præpoſitio reticetur. Ut, *Eo ſpectatum ludos*, pro *ad ſpectatum*. *Pridie Calendas*, pro *ante Calendas*. Vide Sylvulam tertiam.

IX. *De eo quod ſubintelligitur, cum Ablativus per ſe ponitur.*

Canon IX. Omnis Ablativus regitur à Præpoſitione expreſsâ vel intellectâ. Hujus exempla habes in Sylvulâ ſequenti.

X. *De duobus aliis Ellipſeos generibus maxime obſervandis.*

1. Nominativus qui cum verbo conſentiat, ſæpiſſime reticetur, & ex ſenſu periodi ſupplendus eſt. Ut, *Cujus belli cum ei ſumma eſſet data, eoque cum exercitu profectus eſſet*, &c. Corn. Nepos, pro *eoque is cum exercitu profectus eſſet*. Sic *Id cum factum multi indignarentur, magnaque eſſet invidia Tyranno*, Id. pro *magnaque id factum eſſet invidia*. *Dum equites præliantur, Brutus cum peditibus, quos filius ejus adduxerat, neque in priore pugnâ adfuerant, poſtremam Romanarum aciem invadunt*, Sall. pro *neque ii aderant*.

2. Verbum ſæpius deſideratur ex ſenſu itidem orationis ſupplendum. Ut,

Ut, *Diſce puer virtutem ex me verumque laborem, Fortunam ex aliis*, Virg. ubi *fortunam* regitur ab *opta, pete*, vel ſimili intellecto, & non à *diſce*. quia fortuna non diſcitur. Sic *Sacra manu, victoſque Deos, parvumque nepotem ipſe trahit*, Id. ubi *trahit* reſpicit tantum *nepotem*, & *ſacra*, & *Deos*, reguntur à *portat* vel ſimili ſuppreſſo.

Similiter in illo Ejuſdem, *Ne tenues pluviæ, rapidive potentia Solis Acrior, & Boreæ penetrabile frigus adurat*; ubi *noceant* intelligendum cum quo *tenues pluviæ* conſentiat. Sic in illo Ciceronis, *Fortunâ, quâ illi florentiſſimâ, nos duriori conflictati videmur*. Ubi *conflictati* reſpicit tantum ſecundum membrum, & *uſi* in priori intelligitur.

XI. *De aliis particulis ſubintellectis.*

Sæpenumero contingit, ut *magis* vel *potius* ſupprimatur. Ut, *Tacita ſemper eſt bona mulier, quam loquens*, hoc eſt, *magis bona. Oratio fuit precibus quam jurgio ſimilis*, Liv. hoc eſt *magis ſimilis. Si quiſquam eſt qui placere cupiat bonis, quam plurimis*, nempe, *bonis potius quam plurimis*.

Cum *ſimul* intelligendum *ac* vel *atque*. Ut, *At ſimul Heroum laudes & facta parentis. Jam legere & qua ſit poteris cognoſcere virtus*. Et illo Ciceronis, *Itaque ſimul exſurrexi ſumus, viſa illa contemnimus*.

Si ſupprimitur in iſto, *Tu quoque magnam partem opere in tanto, ſineret dolor, Icare haberes*, Virgil.

Ut non ſumitur pro *quamvis*, ut vulgo putant, ſed intelligitur *eſto* vel *fac*. Ut, *Protinus ut redeam, facta videbor anus*, hoc eſt, *eſto ut ſtatim redeam, tamen*, &c.

Utique nec pro *utinam*. Nam iſto Terentii; Ut, *Syre, te magnus perdat Jupiter*, intelligitur *oro* vel *precor ut*.

Cum dicitur *cave cedas*; *faxis*, &c. reticetur *ne*: Quomodo dixit Cicero, *Nonne caveam ne ſcelus faciam*.

Quin & modus *Potentialis*, ſive *Conceſſivus* dictus, reſolvi poteſt per Ellipſin; ut, *frangas potius quam corrigas*, hoc eſt, *fiet potius ut frangas. Vicerit*, id eſt, *eſto ut Vicerit. Obſit, proſit, nihil curant*, pro *an obſit*, &c. Sic *Bono animo ſis*, integre erit, *fac ut ſis bono animo. Ames, legas, moneo te, ut*, vel *fac ut ames, legas*.

Poſt *non modo, non ſolum, non tantum*, ſæpe intelligitur *non*. Ut, *Alexander non modo parcus, ſed etiam liberalis*, hoc eſt, *non modo non parcus*. Ita *ut non modo civitas, ſed ne vicini quidem proximi ſentiant*, Cic. *Non modo illi invidetur ætati, verum etiam favetur*, Idem.

Particula *nempe* ſæpe ſupprimitur. Ut, *Sic video Philoſophis placuiſſe, nihil eſſe ſapientis præſtare niſi culpam*, Cic. pro *nempe* nihil *eſſe*, &c. *Hoc vero ex quo ſuſpicio nata eſt, me quæſiviſſe aliquid in quo te offenderem, tranſlatitium eſt*. Id eſt, *nempe me quæſiviſſe*, &c.

Ex prædictis Canonibus, de cæteris Ellipſeos generibus judicium eſto. Verum quia voces ad ſupplendum defectum neceſſariæ, interdum non ita obviæ ſunt, tres Sylvulas adjiciemus quibus Nomina, Verba, & Præpoſitiones in Conſtructione omiſſæ exhibentur.

XII. SYLVULA PRIMA.

De Nominibus quæ in Auctoribus Latinis reticentur.

Ædes, reticetur, cum dicitur *eſt domi* hoc eſt, *in ade domi*.

Æs, intelligitur in iſto, *Ratio* vel *tabulæ accepti & expenſi*; uti cum dicitur, *parvi pendo, non ſolum ſolvendo*.

Ambo, cum dicitur, *Mars & Venus capti dolis*, Ovid. *Caſtor & Pollux alternis orientes & occidentes*. Niſi ma-

vis

vis ad ſyllepſin refetre, quia duo ſingularia plurali æquipollent.

Amnis, in *confluens*, *profluens*, *torrens*, *fluvius*.

Animi, cum dico, *Rogo te ut boni conſulas*, hoc eſt, *ut ſtatuas hanc rem eſſe boni animi*.

Ars vel *ſcientia*, cum dicitur *Medicina*, *Muſica*, *Rhetorica*, &c.

Arvum, cum dicitur *novale*, *Culta novalia*, Virg. At cum legimus *tonſas novales* intelligitur *terras*.

Bona, cum dicitur *Homo frugi*. Nam veteres dixerunt *bona frugi*, poſtea *bona frugi*, & tandem *frugi*.

Campum, cum dicitur, *per apertum ire*.

Carcer, quod olim neutrum erat, intelligitur, in *Priſtinum*, *Tullianum*, &c.

Cauſa deficit, cum dicitur *Exercitum opprimendæ libertatis habet*, Sall. *Succeſſorum Minerva indoluit*, Ovid. *Integer vitæ ſceleriſque purus*, Hor. &c.

Caro, in *agnina*, *bubula*, *caprina*, *ferina*, *ſuilla*, &c.

Caſtra, in *Stativa*, *Hyberna*.

Centena intelligitur, cum dico; *debet decies*, vel *decies ſeſtertium*.

Clitellas deeſt, cum dicitur *imponere alicui*, nam proprie ſignificat, *tractare aliquem aſini more*.

Cælum vel *tempus*, in *ſerenum*, *nubilum*, *purum*, &c.

Conſilium, in *arcanum*, *ſecretum*, *propoſitum*. *Perſtat in propoſito*, &c.

Copia, cum dico, *Eges medicina*, *abundans pecuniarum*.

Coronâ, cum dicitur, *Civicâ donatus*. *Muralem*, *obſidionalem adeptus*, &c. Item in *ſerta*. Uti in *ſertum coronamentum*, quo poſt Catonem uſus Plinius.

Crimine vel *actione*, cum dico *Furti damnatus repetundarum poſtulatus*, &c.

Dies, cum dico, *illuxit*, vel *meus eſt natalis*, &c.

Dii deeſt in *ſuperi*, *inferi*. Item *in manes* pro *mani*, id eſt, *boni*.

Domus, in *Regia* & *Baſilica*.

Domum, cum dico, *Uxorem duxit*.

Exta cum dicitur *Caſa & porrecta*; ut apud Ciceronem, *Neque inter caſa & porrecta oneris nobis addatur aut temporis*.

Facultas, vel *poteſtas*, cum dico, *Cerere erat*. *Non eſt te fallere cuiquam*, &c. Sic *quoad ejus facere poteris*, Cic. ſupple *facultatem*.

Feſta, in *Bacchanalia*, *Saturnalia*, *Agonalia*, & ſimilibus.

Finis, *in hactenus*, *quatenus*. Nam integre fit *hac fine tenus*.

Frumenta, in *ſata*; *uti fruges* in *ſata*.

Funera, in *juſta*, *ſuprema*, *ſolemnia*.

Homo, in *adoleſcens*, *amicus*, *juvenis*, *maritus*, *nuncius*, *ſervus*, *ſocius*, & ſimilibus. Et in his, *miſer ſum*, *ſalvus ſum*. Uti in *optimates*, *magnates*, *mortales*, *Germani*, *Galli*, &c.

Ingenium vel *inſtitutum*, vel *morem*, in iſtis, *Antiquum obtinet*, Plaut. *Nunc cognoſco veſtrum tam ſuperbum*. Ter.

Is pro *talis* vel *tantus* ſæpe reticetur; ut, *Homo improbus*, *ſed cui pauces ingenio pares invenias*, pro *is cui*.

Iter, in iſtis, *quo pergis*, *quo tendis*? Virgilius integre dixit. *Tendit iter velis*, *portumque relinquit*.

Judices, cum dicitur, *mittere in Conſilium*, ut apud Ciceronem, *Teſtibus editis ita mittam in conſilium*, *ut*, &c.

Judicio vel *jure*, *in falſo*, *merito*, *immerito*, quæ vere adjectiva ſunt.

Lapis, in *molaris*.

Laudem, in iſto, *cur mihi detrahis*?

Liber, in *annalis*, & *diurnus*. Sic *Annales*, puta *libri*; *pugillares*, ſupple *libelli*.

Lineas, cum quis dicitur *ad incitas redactus*. Lucilius apud Nonium pro eo dixit, *ad incita*, ubi *loca* intelligitur.

Literas, in iſto Plauti, *Hodie in ludum accepi literarium*, *ternas jam ſcio*. Intelligit tres literas, A, M, O, unde Verbum *amo* conflatur. Sed hic *literarum* vox cognoſcitur ex eo quod proxime de ludo literario antecefſit. Eſt vero cum pro *Epiſtola* ſumpta penitus reticetur. Ut in iſto Cic. *Tridua abs te nullas acceperam*.

Locus, cum dicitur, *Hic ſenex de proximo*. *Ab humili* (puta *loco*) ad *ſummum* (ſup. *locum*.) *In medium*; *Convenerunt in unum*, &c. *Primo*, *ſecundo*, *tertio*, &c. ſupple *loco*.

Loca, in *æſtiva*, *hyberna*, *ſtativa*, *pomaria*, *roſaria*, *ſupera*, *infera*, &c.

Ludi, in *Circenſes*. *Megaleſii*, *ſeculares*, *funebres*, &c.

Malum, cum dico, *Cavео tibi*, *timeo tibi*.

Metus

Metuo à te, de te, pro te, &c. Sed *cavere malo*, integrè erit, *cavere ſe à malo*.

Mare, in *profundum*, *altum*, *tranquillum*.

Menſis, in *Januarius*, *Aprilis*, *October*, &c.

Modia, cum dicitur *millia frumenti*.

Modo, in *perpetuo*, *certo*, &c.

Mortem, cum dicitur, *obiit*.

Navim, in iſtis, *ſolvit*, *conſcendit*, *appulit*.

Negotium. De eo dictum in Canonibus generalibus. Amplius autem notandum nomen hoc ſubintelligendum in, *tanto*, *quanto*, *aliquanto*, *hoc*, *eo*, *quo*, *multo*, *paulo*, *nimio*. Nam *multo doctior* integrè eſt *multo negotio doctior*. Sic cum dico, *quî fieri poteſt*? *quî* eſt Ablativus, pro *quo*, hoc eſt, *quo modo*, vel *quo negotio*.

Porro in *id*, *quid*, vel *aliquid*, deeſt *negotium*: quippe naturâ ſuâ adjectiva ſunt, ut in illo Terentii, *Andria id erat illi nomen*. Et iſto Plaut. *Quid eſt tibi nomen*? *Niſi occupo aliquid mihi conſilium*.

Imo cum *quid* regit Genitivum *negotii*, ſupponit *negotium* pro Subſtantivo ſuo: ut *Viden' egeſtas quid negotii dat homini miſero mali*, Plaut. pro *quid negotium mali negotii*, &c. Ubi *quid negotium negotii*, idem eſt *ac qua res rei*, vel *rerum* apud eundem autorem. *Summum Jovem obteſtor*, inquit Menechmus, cui, *qua de re*, *aut cui rei rerum omnium*, reſpondet ſenex.

Numus, vel *nummus*, in *Denarius*, *quinarius*, &c.

Nuntium, cum dicitur, *Obviam illi miſimus*.

Nux, in *avellana*, *juglans*, *pinea*, *perſica*, *caſtanea*.

Officium, cum dico, *non eſt meum*. Vel *Regium eſt bene facere*. Et in illo, *Eſt Regis*, &c.

Opera, in *Bucolica*, *Georgica*, *Rhetorica*, *-orum*, &c.

Opus, cum dicitur, *Hoc non ſolum laboris*, *verum etiam ingenii fuit*.

Oratio, in *proſa*, *à prorſâ* quod valet *rectâ*, cui opponitur *verſa*. Sic *prorſi limites* apud Feſtum. Et *proſa*, *pexa tunica*, πεξὸν ἱμάτιον, ut eſt in *Gloſſis*.

Oſtium, in *poſticum*.

Oves, in *bidentes*, *fœta*. Ideo *bidens* muliebre. At virile idem, ſi jungatur cum *verre*; ut apud Nonium, *bidenti verre*.

Pars, in *antica*, *poſtica*, *decima*, *quadrageſima*; *primas*, *ſecundas*, &c. *Non poſteriores feram*, Ter. *Ei ſecundas defert*. Quint. ſupple *partes*. Sic *pro ratâ*, *pro virili*, puta *parte*.

Paſſus, cum dico, *ire duo millia*, Mart. *Latitudo ſeptingentorum millium*. Cæſ.

Puer, vel *puella*, in *infans*, nam adjectivum eſt; unde apud Val. Max. reperitur *puerum infantem*, qui loqui non potuit.

Raſter, in *bidens*, *tridens*, &c.

Ratio, in *expenſa*, *impenſa*, *ſumma*; uti *rationes*, in *conturbare*.

Rem familiarem, cum dico *decoquere*: unde *decoctor*.

Sermo in iſtis Ciceronis, *Brevi dicam*: *Complecti brevi*: *brevi reſpondere*: *Circumſcribi* & *definiri brevi*: ſupple *ſermone*: ita cum dicit, *brevibus agere*, *brevibus aliquid dicere*, ſupple *ſermonibus*, vel *verbis*.

Servus, vel *miniſter*, in iſtis, *Eſt illi à pedibus*: *à manu*: *à ſecretis*: *à libellis*, &c.

Seſtertium (pro *ſeſtertiorum*) cum dico *centum millia*. Utrumque vero deeſt, cum dicitur, *debet mihi decies*.

Signum, cum dico, *bellicum* vel *claſſicum canere*.

Singuli, in iſtis, *in naves*, *in annos*, *in horas*, &c.

Solum, cum dicitur, *terra defigitur arbor*, Virg. puta *in ſolo*. Unde apud Salluſtium. *Arbores*, *qua humi aridæ*, *atque arenoſo naſcuntur*, hoc eſt, *in ſolo humi aridæ*.

Tabella, in *eborea*, *laureata*, *pugillares*, *duplices*, *triplices*, &c.

Taberna, in *Medicina*, *ſutrina*, *textrina*, *tonſtrina*, *fabrina*, *laniena*, &c.

Tabula, in *duodecim*.

Tempus, in iſtis, *ex eo*, *ex quo*, *ex illo*; *tertio*, *quarto*, *poſtremo*, &c. *optato*, *brevi*, *ſero*, &c. *Tertium Conſul*: *poſtremum ad me venit* &c. *hoc noctis*, *id ætatis*, &c. *Antehac*, *poſthac*, (nam *hac* valet *hac*:) *antea*, *poſtea*, *prætera*, *poſt illa*, ſup. *tempora*. *Non licebit niſi profinito loqui*, puta *tempore*. *Erit cum feciſſe nolles*, nempe *tempus*, & ſimilibus.

Terra,

Terra, in *patria*, *continens*. Etiam cum dico, *jacet humi*, pro *in terrâ humi*: nam terra dividitur in *aquam* & *humum* juxta Varronem. Sic cum dicitur *natus eſt Ægypti*, ſupple *in terrâ*.

Vada, in *brevia*.

Vaſa, in *fictilia*, *vitrea*, *cryſtallina*. Ut *vas*, in *atramentarium*, *ſalinum*.

Verba, in his, *Docere paucis*, Virg. ſupple *verbis*. *Reſponſum paucis reddere*, Idem. *Pro re pauca loquar*, Id. *Paucis te volo*, Ter. puta *verbis alloqui*. *Paucis eſt quod te volo*, pro *Eſt negotium propter quod paucis te verbis alloqui volo*.

Viâ, in iſtis, *hac*, *illac*, *iſtac*, *qua*, *eâ*, *rectâ*, &c. *Appiâ*, *Aureliâ*, &c. Sic *viam*, deeſt, cum dico, *ire*, *ingredi*. Virgilius integre dixit, *Itque reditque viam*.

Vinum, in *muſtum*, *Falernum*, *Maſſicum*, &c.

Vir, vel *uxor*, vel *femina*, in *conjux*, *maritus*, vel *marita*. Et in pluralibus *Optimates*, *magnates*, *primates*, *majores*, &c. ſupple *viri*, vel *femina*.

Virga cum dicitur, *Rudem accipere*.

Urbs, cum dico, *natus Roma*, pro *in urbe Roma*.

Utile, vel *commodum*, in iſtis, *Conſulo tibi*, *proſpicio tibi*, &c.

XIII. SYLVULA SECUNDA.

De Verbis in ſtructurâ ſubintellectis.

Adſpicio, vel *video*, cum dico, *En quatuor Ædes*. *Eece hominem*. *En Priamum*. At ſi Nominativus hujuſmodi particulis jungitur, ut *Ecce homo*, *En Priamus*, intelligitur *adeſt*, vel *venit*, aut ſimile.

Amet, vel *adjuvet*, in *Mehercule*, *Mecaſtor*, *Medius-fidius*; nam integre ſint, *Me Hercules*. *Me Dei filius amet*, vel *adjuvet*.

Sic *Ædepol*, tribus vocibus conſtat, puta *e* pro *me*, *de* pro *Deus*, & *pol* pro *Pollux*, nempe *adjuvet*. Quare non recte ſcribitur cum *æ* diphthongo, quaſi eſſet *per ædem Pollucis*.

Canere, cum dicitur, *Scit fidibus*.

Capit, in iſto, *Ire Prior Pallas*, & ſimilibus.

Dici, cum dico, *Male audit*. Nam integre fit, *Male audit de ſe*, vel *in ſe*, vel potius *ſibi dici*, ut *male* non reſpiciat *audit*, ſed *dici*. Sic in iſtis, *audit bonus*, *audit doctus*, nempe *audit dici eſſe bonus*, juxta conſuetudinem Græcam.

Dico, in iſtis, *Bona verba quaſo*, ſupple *dic*. *Nugas*, puta *dicis*. *Sed hac hactenus*, ſupple *dixerimus*, vel *dictum ſit*. *Quid multa?* puta *dico verba*.

Eſſe, vel *fuiſſe*, vel *fore*, in his, *actum illi volo*. *Ne dicas non prædictum*. *Promiſi ultorem*, ſupple *me fore*, &c.

Eſto, vel *fac*, *da*, vel *pone*, in iſtis, *Hac negotia*, *ut ego abſim*, *confici poſſint*, pro *poſito ut ego abſim*, vel *eſto*, vel *fac ut*. *Bono ſis animo*, hoc eſt. *Fac ut bono ſis animo*, vel *in animo*.

Facio, cum dico, *Dii meliora*, ſupple *faciant*. *Studes*, *an piſcaris*, *an venaris*, *an omnia ſimul?* ſupple *facis*. *Illâ nocte nihil præterquam vigilatum eſt in urbe*, hoc eſt, *nihil factum eſt præterquam*, &c.

Ire, in iſtis, *In Pompeianum cogito*; *Rhodum volo*, *inde Athenas*, &c.

Loqui, cum dico, *ſcit Latine*, *Græce*, &c.

Moneo ut, vel *fac ut*, in iſtis, *ames*, *legas*, *ametis*, *legatis*. *Iſtud ne dicas*. *Iſtud cogites tecum*. *Nil mihi reſcribas*.

Obſecro, vel *imploro*, cum dico, *Proh Deûm atque hominum fidem!*

Oro ut, vel *precor ut*, cum dicitur, *Dii meliora ferant*. *Ut te perdat Jupiter*.

Paro, *invenio*, vel ſimile, cum dico, *Unde mihi lapidem? Martis ſignum*, *quo mihi pacis autori?* &c.

Verbum, *ſum*, *es*, *eſt*, ſæpiſſime deeſt, Ut, *Quid mihi tecum?* ſupple *eſt*. *Haud mora* (ſupple *eſt*) *feſtinanti juſſi*. *Hei mihi*, *Væ tibi*, ſupple *eſt*. *Quanam* (*malum*) *iſta ſervitus voluntaria*, puta *eſt*.

Timeo, *cave*, *vide*, vel ſimile in iſtis, *Ah ne te frigora ladant*. *At ut ſatis contemplata ſis*. *Verum ne quid illa titubet*, &c.

XIV. SYLVULA TERTIA.

De Præpoſitionibus in ſtructurâ intellectis.

A, ab, ad, in, deſunt in Nominibus locorum, ubi non ſunt expreſſæ. Ut, *Ægypto remeans*, ſupple *ab. Degit Carthagine*, puta in.

A, ab, deſunt in Nominibus, cauſæ, inſtrumenti, pœnæ, *&c.* Ut *Culpa palleſcere. Enſe perforatus, Plectere capite*, &c.

In Nominibus temporis cum ſignificant, *poſt*, ut *redit, hoſte ſuperato*, hoc eſt, *poſtquam hoſtem ſuperaverat*, qui Ablativus dicitur *abſolutus*.

Cum ſignificatur differentia, vel diſtantia, ut, *Stulto intelligens quid intereſt? Abeſt virtute illius.*

Cum notatur pars altera; ut, *animo otioſus*, pro ab *animo*. *Multis rebus melior*, pro *à multis rebus.*

Ad reticetur in Nominibus menſuræ vel ſpatii; ut, *latus quinque pedes.*

Cum finis ſignificatur; ut, *Quid fruſtra laboramus?* pro *ad quid. Eamus viſum*, vel *viſere*, pro *ad viſum*, vel *ad viſere.*

Ante, in Nominibus temporis; ut, *pridie Calendas*, ſupple *ante. Multos abhinc annos*, puta *ante.*

Circa, cum notatur tempus; ut, *Homo id ætatis*, pro *circa id ætatis.*

Cum, cum ſignificatur inſtrumentum; ut, *Sagittâ ſaucius.* Sic cum dico, *officio, honore, odio, proſequi*, &c. Nam eodem ſenſu dixit Cicero, *Cum ejus perſecuti ſunt.* Ita cum notatur tempus; ut *Cræ primâ luce.* Quamvis & hîc *in* intelligi poſſit.

De, e, ex, in Nominibus quibus ſignificatur copia vel ſubjectum. Ut, *Nugis referti libri. Plenus vino. Equus ligno fabrefactus. Sacrificare tauro*, vel *agno*, &c.

In nominibus à loco; ut *exire Româ; Italiâ cedere.*

In iis quæ ſignificant cauſam vel modum: ut, *Flere alicujus obitum. Victitare lolio. Quare* pro *de quâ re.* Sic *labore dolore*, pro *è dolore. Virtute clarus*, &c. *Sic lege agere cum aliquo. Vocare aliquem nomine*, &c.

In, Nominibus loci & temporis; ut, *Domo me continuo*, Cic. *Sardiniam venit.* Id.

Superioribus diebus, veni in Cumanum, Id.

In Nominibus, quæ notant ſubjectum vel objectum; ut, *Opus eſt mihi libris.* Sic in iis quibus cauſa ſignificatur; ut, *Accuſat me eo quod*, pro *in eo quod.* Item in his & ſimilibus. *Sum magno timore*, pro *in magno timore*, *Magnâ eſt apud omnes gloriâ. Libris me oblecto. Ludis delectari. Ordine aliquid facere. Non armis præſtantior quam toga*, &c.

Ob, vel *præter* ſæpe deeſt cum Infinitivus habet locum Accuſativi: ut, *Doleo mihi illum iraſci*, pro *ob iraſci.*

Quod etiam ab iiſdem Præpoſitionibus ſæpiſſime regitur: ut, *Quod ego te per hanc dextram oro*, hoc eſt, *propter quod. Quod utinam minus vita cupidus fuiſſem*, pro *quam ob rem.*

Per ſæpe deeſt in Nominibus temporis & diſtantiæ: ut, *Vixit centum annos: diſtat quinque milliaria.* Sic cum pars aliqua notatur: ut, *Hirſutus brachia*, pro *per brachia.*

Pra, in Comparativis: ut, *Doctior cæteris*, pro *pra cæteris.* Sic cum cauſa ſignificatur: ut, *Homini lacryma cadunt gaudio*, hoc eſt, *pra gaudio.*

Pro in Nominibus pretii: ut, *Emi magno*, ſupple *pro magno pretio.*

Sub, in Nominibus abſolute poſitis: ut, *Te conſule, Sole ardente*, &c. De quibus omnibus vide plura in Annotationibus ad Regulas Syntaxeos regularis.

CAPUT

CAPUT II.

De ſecundo Ellipſeos genere Zeugmate *dicto.*

Secundum genus Ellipſeos eſt, cum Verbum aliquod ſubintelligitur, quod antea erat in Oratione expreſſum, & dicitur *Zeugma*, ſive *connexio* vel *adjunctio*, quia in unâ voce aliæ ab eâ dependentes includuntur.

Eſt autem triplex: Primum cum repetitur Nomen vel Verbum eodem modo quo expreſſum erat: ut,

Trojugena interpres Divûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarii radios, qui ſydera ſentis,
Et volucrum linguas, & prapetis omina penna.

Ubi *ſentis*, ſemel expreſſum, quinquies ſubintelligitur.

Secundum, cum vox expreſſa ſubintelligi nequit ſine aliquâ mutatione vel generis: ut, *Et genus & virtus, niſi cum re, vilior algâ eſt*, Hor. *Utinam aut hic ſurdus; aut hac muta facta ſit*, Ter.

Vel caſus: ut, *Quid ille fecerit, quem neque pudet quicquam, nec metuit quenquam, nec legem putat tenere ſe ullam*, Ter. pro *qui nec metuit*, &c.

Vel numeri: ut, *Sociis & rege recepto*, Virgil. *Hic illius arma, hic currus fuit*, Idem.

Vel perſonæ: ut, *Ille timore, ego riſu corrui*, Cic. *Quamvis ille niger, quamvis tu candidus eſſes*, Virgil.

Tertium, cum exprimitur vox aliqua totum ſignificans quæ in Partibus mox non explicatur, ſed intelligitur: ut, *Aquila volârunt, hac ab Oriente, illa ab Occidente*, Cic. *Conſules profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium*, Liv.

CAPUT III.

De ſecundâ figurâ, quæ dicitur Pleonaſmus.

Pleonaſmus eſt, cum vox aliqua ſupra neceſſitatem abundat: ut, *Magis majores nugas agere*, Plaut. ubi *magis*, ſuperfluum eſt. *Se ab omnibus deſertos potius quam abs te defenſos eſſe malunt*, Cic. ubi *potius* abundat, ob vim verbi *malo*. Sic apud Ciceronem, *Omnia quacunque*: Et apud Terentium, *Nihil quicquam*, ubi *omnia* & *quicquam*, abundant. Ita cum Nomen & Pronomen in eâdem Oratione ponuntur: ut, *Sed urbana plebs, ea vero præceps erat multis de cauſis*, Sall. *Poſthumius autem, de quo Senatus decrevit ut ſtatim in Siciliam iret, is negat ſe iturum ſine Catone*, Cic. ubi *is* redundat. Sic cum duæ occurrunt particulæ eandem vim obtinentes: ut, *Oportuit præſciſſe me ante*, Ter. *Nullam eſſe alteram*, Plaut. *Quis alter, quis quiſquam*, &c.

Interim notandum, Grammaticos Pleonaſmum plerumque ſtatuere, ubi ſermo eſt maxime ſimplex & nativus: ut in his, *Venit ad Meſſenam*, Cic. *Ab Româ abire*, Sall. & ſimilibus, ubi ad conſtructionem neceſſaria eſt Præpoſitio.

Sic Pleonaſmus dici poſſit in his, *Vivere vitam, gaudere gaudium, ſervire ſervitutem*, &c. ſi uſum & ſenſum ſpectes, at quoad Conſtructionem potius eſt Ellipſis, ubi non exprimuntur.

Pronomina itidem *mihi*, *tibi*, *ſibi*, ſæpius πλεονάζειν dicuntur, cum revera ſint Dativi acquiſitionis: ut & *me*, *te*, *ſe*, vere Accuſativi, & ad Conſtructionem

ſtructionem neceſſarii: ut, *Qui mihi tum fiunt ſenes*, Ter. ubi *mihi* ſignificat *reſpectu mei*. *Me id facere ſtudeo*. Plaut. ubi *me facere* eſt vera Infinitivi Conſtructio: Et *ſtudeo facere*, eſt Ellipſis Pronominis.

CAPUT IV.

De tertiâ Figurâ, quæ dicitur Syllepſis.

Syllepſis, ſive conceptio eſt, ſtructura ſenſu, non voce congrua. Eſt ea duplex: ſimplex, ſive abſoluta, & Relativa.

I. *De Syllepſi ſimplice.*

Syllepſis ſimplex eſt, cum voces in ſtructurâ differunt, vel genere tantum, vel numero tantum, vel genere & numero ſimul.

1. Genere tantum. Ut, *Samnitium duo millia caſi*, Liv. ubi reſpicitur ad *homines*. *Daret ut catenis fatale monſtrum, qua generoſius perire quærens*, &c. ubi *qua* reſpicit *Cleopatram*. Sic *duo impertuna prodigia, quos egeſtas*, &c. Cic. *ubi eſt ſcelus qui me perdidit?* Ter.

2. Numero tantum. Ut, *Turba ruunt*, Virg. quia *turba* ſignat multitudinem. *Alterum in alterius mactatos ſanguine ecrnam*, Virg. *Ut alter alterum nec opinato viderimus*, Cic. *Miſſi magni de rebus uterque legati*, Hor. *Propterea quod*, pro *propter id quod*. *Si tempus eſt ullum jure necandi homines, qua multa ſunt*, Cic. *Aperite aliquis oſtium*, Ter. Sic idem Poëta dixit, juxta Scioppium, *abſente nobis*, & Plaut. *præſente nobis*.

3. Genere & numero ſimul. Ut, *Pars in carcerem acti, pars beſtiis objecti*, Sall. *Pars merſi tenuêre ratem*, Virg. *Mars & Venus capti*, Ovid. *Ilia cum Niſo de Numitore ſati*, Ovid. *Syrus cum illo veſtro ſuſurrant*, Ter. ubi *cum* valet *&*.

II. *De Syllepſi Relativâ.*

Syllepſis Relativa eſt, cum Relativum refertur ad antecedentem, qui non exprimitur, ſed à ſenſu integræ periodi concipitur. Ut, *Inter alia prodigia etiam carne pluit, quem imbrem aves feruntur rapuiſſe*, Liv. ubi *imber* ad quod reſpicitur, includitur in voce *pluit*, ac ſi eſſet *carnis imber pluit*. Sic *Per literas me conſolatus ſum, quem librum ad te mittam*, Cic. ubi *literas* ſumitur pro *opere quod ſe miſſurum pollicetur*.

De Pratianâ hæreditate quæ quidem mihi magno dolori eſt, valde enim illum amavi, hoc velim cures, Cic. ubi *illum* reſpicit *Pratium* amicum ſc. in *Pratianâ hæreditate* incluſum. *Sed antea conjuravêre pauci contra rempublicam, in quibus Catalina fuit, de qua breviſſime potero dicam*, Sall. hoc eſt, *de qua* conſpiratione. *Et laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum*. Ter. hoc eſt, *meas* hominis qui, &c. *Deinde Philenorum ara, quem locum habuêre Carthaginienſes*, Sall. ubi intelligitur *locus*, ac ſi eſſet *ara* locus, *quem* locum, &c. *Atque in hoc genere illa quoque eſt infinita Sylva, quod Oratori plerique duo genera ad dicendum dederunt*, Cic. ubi *quod* ſupponit *negotium*; ut ſit, *Quod negotium*, nempe *ſilvam illam infinitam, plerique dederunt Oratori*, tanquam *duo genera ad dicendum*.

Interdum Syllepſis Zeugmati conjuncta eſt, ut cum Adjectivum vel Relativum non refertur ad genus Subſtantivi propioris, ſed alterius quod præceſſit. Ut, *Amor tuus ac judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie ſit allaturus, non facile dixerim*, Cic. ubi *allaturus* reſpicit tantum *amor tuus*, ac *allaturum* intelligi debet, quod cum *judicium* conſentiat.

ſentiat. *Gens cui natura corpora animoſque magis magna quam firma dedit*, Liv. *Ne fando quidem auditum eſt, Crocodilum aut Ibim, aut felem violatum ab Ægyptio*, Cic. *Philippi vim atque arma toti Gracia cavendam metuendamque eſſe*, Gellius.

Interdum etiam integræ Ellipſi, ut cum Adjectivum conſentit cum voce aliquâ nullibi expreſsâ. Ut, *Timidi dama, Talpa oculis capti.* Virg. ubi *maſculi* intelligi debet. *In ſuam Eunuchum*, ſupple *fabulam, Hoc error eſt, non ſcelus*; id eſt, *hoc negotium eſt error, non ſcelus.*

CAPUT V.

De quartâ figurâ, quæ dicitur Hyperbaton.

Hyperbaton eſt ordo Verborum confuſus & perturbatus. Ejus quinque ſunt ſpecies.

1. Anaſtrophe, ſive vocum inverſio; ut, *mecum* pro *cum me. Quamobrem*, pro *ob quam rem. His accenſa ſuper. Quam potius*, pro *potius quam.*

2. Tmeſis, ſive vocis compoſitæ interſectio, per unam pluresve interpoſitas. Ut, *Septem ſubjecta Trioni*, pro *Septentrioni. Per mihi inquam gratum feceris, Quo me cunque rapit tempeſtas.*

3. Parentheſis, cum ſenſus aliis vocibus interpoſitis interrumpitur. Ut, *Tityre dum redeo (brevis eſt via) paſce capellas*, Virgil.

Synchyſis, cum in periodo conſtructionis naturalis ordo confunditur. Ut, *Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras*, Virg. hoc eſt, *Itali vocant aras ſaxa illa, quæ ſunt in mediis fluctibus.*

Si mala condiderit, in quem quis carmina jus eſt,
Judiciumque: eſto, ſiquis mala, ſed bona ſiquis
Judice condiderit laudatur Cæſare. Hor.

Hoc eſt, *Si quis bona carmina condiderit, laudatur judice Cæſare.*
Et, *male laxus in pede calceus hæret*, Id. pro *male hæret.*

5. Anacoluthon, cum ſequentia prioribus non cohærent; ut, *Nam omnes nos, quibus eſt aliunde aliquis objectus labor, Omne quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt lucro eſt*; Ter. *Prator interea, ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque aliquid ſuâ ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt*, Cic. *Etenim ſi Orationes, quas non multitudinis judicio probari volebamus (popularis eſt enim illa facultas, & effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio) ſed ſi reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, niſi quod ſe imitari poſſe confiderent*, Cic.

Hujuſmodi in Claſſicis Scriptoribus vocamus σολοικοφανῆ, in vulgo autem, Solœciſmos.

CAPUT VI.

De Helleniſmo.

Figuris modo enumeratis accedit Helleniſmus, ſive Conſtructio Græca, quæ fit, cum Latini à nativâ ſuâ conſuetudine deflectentes imitantur Græcos.

1. Atque hîc diſtinguendum imprimis inter *attractionem* & *regimen*, Græci nempe è duobus caſibus (ſi ſe mutuo reſpiciant) alterum tantum regunt, alterum illi adjungunt, ita ut alter ab altero trahatur; ut, περὶ λόγων οἷς εἶπα, *de verbis quibus dixi*, pro *qua dixi.* Sic Latini, *Quum ſcribas & aliquid agas quorum conſueviſti*, Cic. pro *qua conſueviſti. Sed iſtum quem quæris ego ſum. Occurrunt*

anima quales neque candidiores terra tulit, pro *qualibus*, Hor. per eandem figuram dicitur, *Non licet mihi esse securo, cupio esse clemens. Uxor invicti Jovis esse nescis*, Hor.

Hellenismus etiam est, cum casus inter duo verba ab altero sæpius attrahitur, quod non respicit. Ut, *Illum ut vivat optant*, Ter. *Hæc me, ut confidam, faciunt*, Cic. Ubi Accusativi videntur esse loco Nominativi. Sic *Metuo lenonem ne quid suo suat capiti*, pro *metuo ne leno*. Ter. *Atque istud quicquid est fac me ut sciam*, Id. pro *fac ut ego sciam*.

Quin & Genus etiam alterum ab altero attrahitur: ut, *Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat*, ubi *qui* est pro *quod*.

Huc etiam referri debent quæ dicta sunt in Syntaxi regulari de Relativo inter duo antecedentia diversi generis.

2. Porro ut Græci omittunt Præpositionem κατὰ vel περὶ, ita Latini faciunt ad eorum imitationem. Ut, *Expleri mentem nequit. Tractus membra, similis Deo os humerosque. Pacem te poscimus. Doceo te artes*, & similia. Sic dicimus, *primum, tertium, tantum, quantum, nimium, principium*, ut Græci τὸ πρώτιστον, τὴν ἀρχὴν, τὸ τέλος.

3. Græci etiam sæpius omittunt Præpositionem ἐκ, quæ Genitivo inservit. Atque hinc Grammatici verba plurima eum casum regere existimant, cum revera dependeat à Præpositione suppressâ. Ut, *Abstine irarum*: *Desine lacrymarum*: *Regnavit populorum*, &c. Sic *imperti me divitiarum*: *Arripiunt illum pedis. Gustavit mellis, audivit musicæ*, &c. Unde apud Vitruvium *ex* etiam Genitivum regit, ut, *Descriptio ex duodecim signorum cœlestium*, &c. quod tamen non est imitandum.

Porro ad Hellenismum referenda sunt & hæc. Cum Nominativus loco Vocativi ponitur, ut, *Da meus ocellus. Da anime mi.*

Cum Nominativus præcedit Accusativum: ut, *Ceu pius Æneas eripuisse ferunt*. Cum Infinitivus regitur à particulâ intellectâ, quæ respondet ὥστε: ut, *Et pectore lævo excutias guttas, latari pratrepidum cor*. Pers. pro *usque ad latari*. Unde Latini *ut*, aliquando usurpant: ut, *Neu Babylonios tentaris numeros; ut melius quicquid erit pati*: hoc est, ὥστε φέρειν, *ut melius patiaris* juxta Vossium.

CAPUT VII.

De Antiptosi & Enallage.

Addunt Grammatici Antiptosin & Enallagen. Atque Enallagen vocant omnem in Oratione mutationem, cujus nullum videatur fundamentum: ut cum modus alter pro altero ponitur, tempus pro tempore, genus pro genere, &c. & cum casus alter alterius loco ponitur, Antiptosin vocant.

Ac si mutationes hujusmodi liberæ essent & arbitrariæ, omnes regulæ statim inutiles evadent. Atque hinc Sanctius Antiptosi Grammaticorum nihil imperitius esse ait, quod figmentum si esset verum, frustra quæreretur quem casum verba regerent.

Videamus itaque annon exempla à Despauterio allata alio fundamento niti videantur, & sine Antiptosi explicari possint.

In hoc Livii, *Quando duo Consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periissent*, &c. Nominativum ait poni pro Genitivo *duo Consules*, pro *duorum Consulum*. At quis non videt hîc esse Ellipsin seu potius Zeugma: ubi Verbum semel expressum bis intelligitur: ut sit, *Duo consules periissent, alter morbo periisset, & alter ferro periisset.*

Cum dicit, *in fortiora horum*, Genitivum poni pro Ablativo, planum est esse partitionem, vi cujus Genitivus additur Comparativis & Superlativis.

Porro

Porro in iſtis, *Saltui, & velocitati certare*, Dativus non ponitur pro Ablativo, ſed eſt caſus acquiſitionis, quem omnibus Verbis & Nominibus addi diximus, ut *vino modo cupida eſtis. Moderari orationi. Alienis rebus curas.*

In *ferax oleo* apud Virgilium, Ablativus quem pro Genitivo poni ait, eſt Ablativus modi: ut Ovidius dixit, *Terra ferax Cereris multoque feracior uvis.* Quin & in pluribus editionibus legitur *ferax olea.*

Ad exemplum à Nonio allatum, *Quot latitias inſperatas modo mihi irrepsêre in ſinum*, reſpondemus, vel *irrepsêre* ſumi ut activum, adeoque vel regere Accuſativum: vel ſolœciſmum eſſe, nec excuſari poſſe. Nam quod Nonius exemplum non intellexerit, vel inde conſtat, quod ſimile eſſe ait huic, *urbem quam ſtatuo veſtra eſt*, quæ eſt Conſtructio legitima, & apud Poëtas familiaris.

Accuſativus *quas*, quem in iſto Nævii, *Quot res hunc vis privari pulcras, quas uti ſolet*, pro Ablativo poni ait, eſt Conſtructio naturalis activi, nam *utor* olim Accuſativum regebat. Et *privari res pulcras*, eſt Helleniſmus, ubi ſupponitur *xaλὰ*, ut *lator hanc rem.*

In iſto Virgilii *haret pede pes, denſuſque viro vir, pede* eſt antiquus Dativus, nam olim Dativus & Ablativus eodem modo terminabantur.

Denique cum apud eundem Poëtam legitur, *Forte ratis celſi conjuncta crepidine ſaxi, expoſitis ſtabat ſcalis & parte parata; crepidine*, non eſt pro *crepidini*, ut vult Deſpauterius, ſed vere regitur à *conjungo*, quod ſæpius apud Ciceronem cum Ablativo legitur; ut, *Declarat enim ſummam benevolentiam conjunctam pari pudentiâ.* Et alibi, *Ea ſumma miſeria eſt ſummo dolore conjuncta*, ubi Ablativus regitur à *cum* ſuppreſsâ, quæ interdum exprimitur, ut *Varro cum Sicinio ætate conjunctus.*

Quod autem ad Enallagen ſpectat omnia ejus exempla vel ad regulas Grammatices, vel ad alteram ex prædictis figuris, referri poſſunt.

In iſto, *Tamen virtus tua me vel vicinitas, quod ego*, &c. *quod* non ponitur pro *qua*, ſed ſupponit negotium. In iſto, *Pictis bellantur Amazones armis*, Virg. *bellantur* uſurpatur more aliorum Verborum, quæ olim communia erant. In iſto, *Si quis me quæret rufus*, Dav. *Præſto eſt deſine*: ſi ſit aliqua figura, eſt figura elocutionis; ut in *vicimus*, pro *vincemus*: Nam in Narrationibus frequens eſt uſus unius temporis pro alio. Cum autem ait *valebis* interdum poni pro *vale*, oſtendimus Imperativum eſſe verum futurum, adeoque non mirum eſſe ſi promiſcue interdum uſurpentur. In iſtis autem, *Romani feſtinare, parare*, &c. eſt ellipſis verbi *cœperunt.* Atque hinc de cæteris eſto judicium.

Verum quia recta ſcribendi ratio ex uſu & conſuetudine Romanâ addiſcitur, non alienum fore videbatur, Sylvulam Verborum diverſæ ſtructuræ hîc coronidis loco adjicere, quæ forſan in Dictionariis fruſtra quæſiveris.

SYLVULA VERBORUM
diverſæ ſtructuræ.

A.

Abalienare aliquid, *vel* aliquid alicujus, *Cic. To alienate.* Aliquem ab altero ſe ab alio, alium à ſe, voluntatem alicujus ab aliquo. *Cic.*

Abdere ſe literis & in literas: ſe in tenebris, *Cic. To hide himſelf.*

Abdicare, *ſimpliciter, vel* magiſtratum, *vel* ſe magiſtratu, *Cic. to quit himſelf of a Charge.*

Abdicare aliquem, *Tacit. to renounce.*

Abducere à conſuetudine, *Cic. to diſuſe.*

Ab omni reipublicæ curâ, *Cic. to withdraw himſelf from employment.* Vi & per vim, *Cic. to carry away by force.* In aliquem locum, *Cic.* Ex acie, *Cic.* A fide, *Id.* Ad nequitiam. *Ter.*

Me convivam abducebant ſibi, *Cic.*

Equitatum ad ſe abducere, *Cic. to entice away.*

Aberrare propoſito, & à propoſito, *Cic. to go from the ſubject.*

Nihil quidem levor, ſed tamen aberro, *Cic. yet I divert my ſelf.*

Aberratio à dolore, *Cic. a diverting.*

Aberrat ad alia oratio, *Cic. digreſſeth.*

Aberrant inter ſe orationes, *Liv. diſagree.*

Artificem ne in melius quidem ſines aberrare, *Plin. let him keep to his model.*

Abeſſe urbe, domo: & ab urbe, ab domo, *Cic.* alicui abeſſe, *to fail.*

In altercationibus abeſſe, *Cic. to be out of the way.*

Abhorret facinus ab illo, *Cic. he is very far from doing ſuch a wicked thing.*

Parum abhorrens famam, *Liv. not concerned for a ſcandal.*

Illud abhorret à fide, *Cic. that is not to be believed.*

Ab ducendi uxore abhorret, *Cic. he is averſe to marriage.*

Abjicere ſe alicui ad pedes, & ad pedes alicujus, *Cic. to caſt himſelf at ones feet.*

Abjicere ſe & proſternare, *Id.* Conſilium ædificandi abjicere, *Cic. to quit the deſign one had of building.*

Abjicere ad terram, *Cic.* In herbam *Id.* Humi, *Plin.*

Cogitationes in rem humilem abjicere, *to ſubmit his thoughts.*

Abjicere animum, *Cic. to deſpond.*

Abire magiſtratu, *Cic. to quit his office.* Ab emptione, *Cic. to retract his bargain.* Ad vulgi opinionem, *Cic. to abandon himſelf to the.*

Abire, à, ab, de, è, ex, loco, *Cic. to go away: to go out: to retire.*

Non hoc ſic tibi abibit, *Ter. It ſhall not paſs ſo.*

Abi in malam crucem, *Ter. Go hang your ſelf.*

Abjudicare libertatem, *Cic. to quit ones liberty.* Se vitâ. *Plaut. To kill ones ſelf.*

Abnuere aliquid alicui, *Cic.* Alicui de re aliquâ. *Sall. to refuſe.*

Abrogare legem, *vel* legi. *Sed prius uſitatius.*

Abrogare ſeſe dedecore. Animum à ſcelere. *Cic. to abſtain.* Ignem ab ædibus. *Liv. not to fire the houſe.* Ægrum à cibo, *Celſ.*

Abſtinere jus belli ab aliquo. *Liv. not to treat one rigorouſly.*

Abſtinere maledictis, & à maledictis, *Cic.*

Abſtinere irarum, *Hor.* Placidis bonis, *Ovid.*

Abſtine iſti hanc tu manum, *Plaut.*

Abſtrudere in profundo, in ſylvam, *to hide within.*

Abuti ſtudiis, *Cic. not to profit.* Operam abutitur, *Ter. loſes his labour.*

Accedere alicui proxime, *Cic. Virg.* Deo ad ſimilitudinem, *Cic. to be like.*

Ad aliquem, *Cic. to draw near.* Alicui ad aurem, *Id.*

Quos accedam? *Sall. Supple* ad. *to whom ſhall I addreſs my ſelf?*

Quas vento acceſſerit oras, *Virgil. ſupple* in. *On what coaſts he ſhall be thrown by the winds.*

Accedit quod, *Cic. moreover, beſides.*

Accidere.

Accidere. Omnia enim ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis accidiſſe, *Cic. unde conflat verbum hoc ſumi pro aquâ & adversâ fortunâ.*

Accipere ab aliquo, *Ter.* de aliquo, *Cic.* ex aliquo, *Plaut. to receive, or to learn of one.*

Accipere in contumeliam, *Tsr. to take in bad part.*

Acceptum plebi, *Caſ.* apud plebem, *Plaut.* in plebem, *Tac. agreeable to the people.*

Acceptum, *vel* in acceptum referre, *Cic. to be obliged.*

Acquieſcere lecto, *Catul. to repoſe himſelf.* Alicui rei, *Cic. to ſet his mind on.*

In tuo vultu acquieſco, *Cic. your ſight comforteth me.*

Adæquare cum virtute fortunam, *Cic. not to be leſt happy than valiant.* Aliquem ſibi, *Id. to make him equal.* Judices adæquarunt, *Cic. were divided.*

Addicere morti, *Cic.* in ſervitutem, *Liv. to condemn to.*

Addicere liberum, *Cic. to declare one free.*

Ni aves addixiſſent, *Liv. if the birds had not confirmed the augury by their flight. Contrarium eſt* abdicere.

Adeſſe omnibus pugnis, *Cic. to be in all the battels.* Ad exercitum, *Plaut.* Ad portum, *Cic.* in cauſâ, in aliquo loco, ad tempus, *Id.*

Adeſſe alicui, *Cic. to favour one to aſſiſt him with credit.*

Adhærere caſtris, *Appul.* in re aliquâ, *Ovid.* ad rem aliquam, *Plaut.* in rem aliquam, *Cic. to be conſtant at, to be near, to hold.*

Adhibere ſeveritatem in aliquo, *vel* in aliquem, *Cic.* reverentiam adverſus, *vel* erga aliquem, *Cic.*

Adhibere vinum ægrotis, *Cic. to give them wine.*

Adigere jusjurandum, *vel* aliquem jurejurando, *vel* aliquem ad jusjurandum, *Liv.* per jusjurandum, *Caſ. to bind by oath.*

Adire aliquem, ad aliquem, in jus, *Cic.* Illa pericula adeuntur in præliis, *Id. we are expoſed to.*

Adjungere aliquem alteri, & ad amicitiam alterius, *Cic. to make a friend.* In ſocietatem adjungere, *Liv.*

Admiſcere aliquid in aliud, *Plin.* alicui, *vel* cum aliquo, *Cic.*

Admiſceri ad aliquod concilium *Cic. to be admitted to.*

Adoleſcit ætas, ratio, cupiditas, *Cic. Virg. increaſeth, grows ſtrong.*

Adoleſcere ad aliquam ætatem, *Plin.* annos ter ſenos, *Ovid.* in partum. *Col.*

Adoleſcunt ignibus aræ, *Virg. are covered with the fire of the Sacrifices.*

Flammis adolere penates, *Id.*

Adoptare ſibi filium, *Cic.* aliquem pro filio. *Plaut.* aliquem in divitias, *Plin. to make his heir.* Aliquem ab aliquo, *Cic.* ſe alicui ordini, *Plin.*

Adſcribere civitati, in civitatem, *vel* in civitate, *Cic. to make free.*

Adverſari alicui, *Cic.* aliquem, *Liv.* contra & adverſus aliquem, *Plaut. to reſiſt or contradict.*

Ambitionem ſcriptoris adverſari, *Tac.*

Adverſari quo minus aliquid fiat, *Cic. to hinder.*

Advertere *ſimpliciter*, *Ter.* animum, *Liv.* animo, *Plin.*

Advertere urbi agmen, *Virg. to cauſe to approach.*

Scythicas adverterat oras, *Ovid. was arrived at.*

Advertere in aliquem, *Tac. to puniſh.*

Adulare. Pinnatâ caudâ noſtrum adulat ſanguinem, *Cic. ex veteri poëtâ.* Si Dionyſium non adulares, *Val. Max. Inde* adulor *paſſivum.* Cavendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures, ne adulari nos finamus, *Cic.* Tribunus militum adulatus erat, *Valer. Vax.*

Adulari *deponens.* Adulari aliquem, *Cic.* alicui, *Quint. to flatter. Sed prius melius eſt juxta ipſum Quint.*

Æmulari alicui, *Cic. to envy one.* Aliquem, *Id. to endeavour to ſurpaſs.*

Æmulari inſtituta alicujus, *Cic. to equal, to excel.*

Æſtimare aliquem, *Plaut.* de aliquo, *Cic.*

Æſtimare magni, *vel* magno, *Cic.*

Æſtimare litem capitis, *Cic. to judge one worthy of death.*

Aggredi aliquem dictis, *Virg.* Aliquem de re aliquâ, *Plaut.* aliquid, *Cic.* ad injuriam faciendam, *Id.*

Agere rem, *vel* de re, *Cic.* aliquem, *vel* partes alicujus, *Cic.* Cum populo, *Cic.* Lege, *vel* ex lege, *Cic.*

Agere ſe pro equite, *Suet. to act like a cavalier.* Agere gratias de re, in

in re, pro re, in res ſingulas. *Cic.* Agitare animo, *Liv.* Cum animo, *Sall.* Mente, *Id.* in mente, *Cic.* Secum, *Ter. to revolve in the mind.*

Allatrare magnitudinem alicujus, *Liv. to rail againſt.*

Allatrant maria oram maritimam, *Plin. to beat againſt.*

Allegare alicui, *vel* ad aliquem, *Cic. to ſend to.* Hominem alicui rei, *Plaut. to ſend one to treat.*

Allegare ſenem, *Ter. to ſuborn.*

Ambulare pedibus, *Cic.* Foro tranſverſo, *to croſs the market.* In jus, *Cic.* In littore, *Id.*

Ambulat hoc caput per omnes leges, *Plin. is found every where.*

Ambulare maria, *Cic.*

Ambulare ſtadia bina, *Plin.*

Angere ſeſe animi. *Plaut.* aliquem incommodis. *Id.* Angit animum quotidiana cura. *Ter.*

Angi animo, *Cic.* re aliquâ, *vel* de re, *Id.*

Anhelare ſcelus, *Cic. to breathe nothing but himſelf.*

Amnis anhelat vapore, *Plin. ſends out vapours.*

Animadverto aliquid, *Ter. I conſider and take notice of.* In aliquem, *I puniſh.*

Annuere cœptis, *Virg. to favour.* Victoriam, *Virg. to promiſe,* aliquos, *Cic. to point at.*

Anquirere aliquid, *Cic. to make inquiſition or information of.* Capitis, *vel* de capite, *Liv. to proceed to an examination of a great offence.*

Antecedere alteri, *vel* alterum ætate, *Cic. to ſurpaſs in age.*

Antecello tibi hac re, *Cic.* Illum hac re, *Id.* Aliis in re aliquâ, *Idem.* Qui cæteris omnibus rebus his antecelluntur, *Cic.*

Anteire alicui, *Plaut.* aliquem, *Sall.*

Anteſtare alicui, *vel* aliquem, *Gell. to excel one.*

Antevenire alicui, *Plaut. to come before one.* Aliquem, *Id. to prevent.* Omnibus rebus, *Id. to excel.* Nobilitatem, *Sall. to exceed the Nobility.*

Antevertere alicui, *Ter. to get before.*

Fannius id ipſum antevertit, *Cic. hath prevented me in that.*

Appellare aliquem ſapientem, *Cic. to ſtile one a wiſe man.* Suo nomine. *Cic. to call by name.*

Appellare Tribunos, *Liv.* ad Tribunos, *Cic. to appeal to the Tribunes.*

Appellare pecuniâ, *Quint.* De pecuniâ, *Cic. to ſue for a debt.*

Cæſar appellatus ab Æduis, *Caſ. was implored for his aſſiſtance.*

Appellare ad aliquem, *Cic. to approach to.* Aliquem alicui loco, *Cic.*

Animum ad Philoſophiam, *Cic. Ter. to apply.*

Appellere claſſe in Italiam, *Virg.* appellere claſſem, *Cic.* ad villam noſtram navis appellitur. *Cic.*

Appropinquare portas, *vel* ad portas, *Hirt.* Britanniæ, *Caſ. to approach.*

Ardere *vel* flagrare odio, *active pro eo quo alios proſequimur, & paſſive pro eo quo alii nos proſequuntur. Exempla obvia ſunt.*

Ardebat Sirius Indos, *Virg.* pro *adurebat.* Ardebat Alexin, *Virg. was paſſionately in love with.*

Ardeo te videre, *Plin. jun. I burn with deſire to ſee you.*

Ardere in arma, *Virg.* Avaritiâ, *Cic.* Amore, *Idem.*

Arridere alicui, *Cic. Hor. to pleaſe.* Arrident ædes, *Plaut. pleaſe me.* Flavius id arriſit, *Gell. ſhewed that it was agreeable to him.*

Arrideri *paſſivum, contrarium eſt* derideri, *Cic.*

Aſpergere labem alicui, *vel* dignitati cujus, *Cic. to blacken, to ſpeak ill of one.*

Maculis vitam aſpergere, *Id.*

Aſpirare in Curiam, *Cic.* ad aliquem, *Cic. to endeavour to attain, to equal.*

Aſpirat primo fortuna labori, *Virg. favours.*

Aſſentire *vel* -iri alicui, *ſimpliciter, vel* alicui aliquid, *vel* de re aliquâ, *vel* in re aliquâ.

Aſſervare in carcerem, *Liv.* Domi ſuæ, *Cic. to keep in cuſtody.*

Aſſerere aliquid, *Cic. to affirm.* Aliquem manu, *Liv. to make free.* In libertatem, *Id.* aſſerere ſe, *Ovid. to ſet himſelf at liberty.* Aliquem cœlo, *Ovid. to canonize.* A mortalitate, *Plin. Jun.* Sibi aliquid, *Plin.* ſe ſtudiis, *Idem.*

Adſtare in conſpectu, *Cic. to ſtand before*

before. In tumulum, *to be preſent at.*

Adſtitit mihi contra, *Plaut. he reſiſted* or *oppoſed me.*

Aſſurgere ex morbo, *Liv. to recover.* Alicui, *Cic. to reverence.* In arborem, *Plin. to grow to be a tree.*

Aſſurgi *paſſivum*, *Cic. to be reverenced.*

Attendere aliquem, *Cic. to hearken to.* Primum verſum legis, *Id. to conſider.* Animum, *vel* animum ad aliquid, *Cic. to apply.* Alicui rei, *Id. to take heed.*

Attinere aliquem, *Tac. to ſtay one.* Aliquid, *vel* ad aliquid, *to belong to.* Nunc jam cultros attinet, *Plaut. he holds them now.*

Attineri ſtudiis, *Tac. to be kept at come with ſtudies.*

Auſcultare alicui, *Plaut. Cic. to obey.* Aliquem, *Plaut. to hear.*

B.

Bellare alicui, *Stat.* Cum aliquo, *Cic. to fight againſt.*

N. B. Omnia iſtiuſmodi verba elegantius conſtrui cum Ablativo & Præpoſitione *cum*, quam cum Dativo.

C.

Cadere alte, *vel* ab alto, *Cic.* In plano, *Ovid.* In terram, *Lucr.* In unius poteſtatem, *Cic.*

Non cadit in virum bonum mentiri, *Cic. An honeſt man is uncapable of lying.*

Nihil eſt quod in ejuſmodi mulierem non cadere videatur, *Cic. there is nothing that doth not become her.*

Honeſta & jucunda ceciderunt mihi à te, *Cic. are happened to me.*

Cælare argentum, argento, & in argento, *Cic. to grave in ſilver.*

Cælare flumina & beſtias in vaſis, *Ovid.* Opus Cælatum novem Muſis, *Hor. wherein all poſſible art and induſtry is employed.*

Calere. Thure calent aræ. *Virg.* Aures noſtræ calent illius criminibus. *Cic. Our ears glow with often hearing his faults.*

Cum caletur maxime, *Plaut.* ſupple calor.

Canere aliquem, *Cic.* ſuper aliquo, *Idem. to ſing ones praiſes.* Sibi intus canere, *Cic. to regard none but himſelf.*

Carere commodis, *Cic. to want.*

Præterquam tui carendum quod erat. *Ter. but that I muſt be without your company.*

Id quod amo, careo, *Plaut.*

Caruit te febris, *Plaut. your ague miſt its fit.*

Cavere aliquid, *Cic. Hor. to avoid.* Alicui, *Cic. to watch for his own preſervation.*

Ab aliquo, *Cic. to beware of.* Malo, *pro* à malo, *Petron.* De verbis alicujus, *Plaut.* Cavere obſidibus de pecuniâ, *to give hoſtages for ſecurity of mony.* Sibi obſidibus ab aliquo, *to take hoſtages for ſecurity.*

Quod nihil de iis Auguſtus teſtamento caviſſet, *Suet.*

Dicitur cavere aliquo, *vel* per aliquem, *Cic. to take ones ſecurity.*

Cætera quæ quidem provideri poterunt, cavebuntur.

Cedere locum, *Stat.* loco, *Cic. Cæſ. to leave the place.* Ad locum, *Liv. to retire to.* E vitâ, *Cic. to dye.* Exitio, *to fly from ruin.* In proverbium, *Plaut. to be gone into a proverb.* Intra finem juris, *Liv. to ſtay within the bounds of his right.*

Cedere alicui, *Virg. to obey.*

Ceſſit mihi, *Id. is arrived to me.*

Honori non cedere, *Virg. not to have deſerved leſs honour than is given.*

Hæreditas alicui cedit, *Virg. falleth to.* Pro pulmentario cedit. *Colum. is taken for nouriſhment.*

Cedit dies, *Ulp. the day of payment draweth nigh.*

Certare laudibus alicujus, *Virg. to oppoſe himſelf to ones greatneſs.* Cum aliquo. *Cic. to fight.* Bello de re aliquâ, *Liv.* ſecum, *Cic. to try to excel himſelf.*

Certat vincere, *Virg. ſtrives to overcome.*

Certare aliquid, *Hor. to contend to do a thing.*

Si res certabitur, *Hor. if the matter come to be diſputed.*

Circumdare oppidum caſtris, *Cæſar.*

Oppido mœnia, *Cic. to encloſe.*

Cogitare animo, *Cic.* In animo, *Ter.* Cum animo, *Plaut.* ſecum, *Ter.* Aliquid, *vel* de re aliquâ, *Cic.*

Coire in unum, *Virg. to aſſemble together.* Societatem cum aliquo, *Cic. to make an alliance.*

Societas

Societas coitur, *Cic.*

Immitia placidis coeunt, *Hor. mix with.*

Milites coeunt inter ſe, *Caſ. rally.*

Colloqui alicui & aliquem, *Plaut.* cum aliquo, *Cic. to ſpeak with.*

Inter ſe colloqui, *Cic. Caſ. to diſcourſe together.*

Committere ſe alicui, *Cic.* Se in fidem alicujus, *Ter. to put himſelf into ones protection.* Aliquem cum alio, *Mart.* Inter ſe omnes, *Suet.*

Lacum mari, *Plin. to joyn.*

Commodare aurum, *Cic. to lend.* Alicui *ſimpliciter, vel* ſe alicui, *to aſſiſt, Cic.*

In rebus alicui, *Id.* de loco alicui, *Idem.*

Complere armato milite, *Virg.* Completus mercatorum carcer, *Cic.*

Componere aliquid alicui, *vel* cum aliquo, *Virg. to compare.*

Componere ſe ad exemplum, *Quint. to conform.*

Concedere fato, *Plaut. to dye.* Petioni alicujus, *Cic. to grant.*

De jure ſuo, *Cic.* Injurias reipublicæ, *Id.*

Conciliare aliquem, *Cic.* Ad alterum, *Plaut.* Homines inter ſe, *Cic.*

Animos aliquorum ad benevolentiam erga alios, *Cic.*

Conjunctionem cum aliquo, *Id.*

Pacem ab aliquo, *Plaut. pro* cum aliquo.

Concludere ſe in cellam, *Ter.* In caveâ, *Plaut. to ſhut in.*

Res multas in unum, *Ter.*

Concurrere cum aliquo, *Sall.* Alicui, *Virg. to fight with.*

Condemnare crimine, criminis, de crimine, *Cic.*

Condere in ſepulcro, *Cic.* Humo, & in humo. *Ovid. to bury.*

In furnum, *Plaut.*

Mœnia, *Virg. to build.*

Condicere cœnam alicui, *Suet.*

Ad cœnam aliquem, *Plaut. to invite to ſupper.*

Condicere alicui, *ſimpliciter, Cic. to promiſe to ſup with one.*

Conducere virgines in unum locum, *Cic. to convey.* Aliquem, *Plautus, to hire.*

Conducere de Cenſoribus, *Cic. to farm of the Cenſors.*

Conducit hoc tuæ laudi, *Cic.*

In rem, *Plaut.* Ad rem aliquam, *Cic.*

Conferre tributa, *Cic. to pay.*

Noviſſima primis, *to compare.*

Se in, *vel* ad urbem, *Cic. to go to.*

Omne ſtudium ad rem aliquam, *Cic. to apply.*

Crimen in aliquem, *Cic. to caſt on.*

Seria cum aliquo, *Ovid. to confer.*

Capita, *Cic. to ſpeak face to face.*

Peſtem hominibus conferunt, *Cic. Colum. give them the plague.*

Neminem cum illo conferendum pietate puto, *Cic.*

Conferunt ad temperandos colores, *Colum. ſerve.*

Hæc oratori futuro conferunt, *Quint. are uſeful to.*

Confidere virtuti, *Caſ. to truſt to his ſtrength.* Animo & ſpe, *Caſ.*

In aliquo, *Hirt.* Aliquâ re. Multum naturâ loci confidebant, *Caſ.*

Confiteri crimen, *Cic.* De maleficio, *Id.*

Ut de me confitear, *Cic. to ſpeak freely of that which concerns me.*

Conflictare, & ri. Conflictari tempeſtatibus & ſentinæ vitiis, *Caſ.*

Qui cum ingeniis conflictatur ejuſmodi, *Ter. hath to do with.*

Rempublicam conflictare, *Tac. to afflict.*

Congerere titulos alicui, *Sen.* crimen in aliquem, *Cic.*

Congredi alicui, *Caſ.* aliquem, *Plaut. to draw near to.*

Cum hoſte, & contra hoſtem, *Cic. to attack.*

Congruere. Congruunt literæ literis aliorum, *Cic.*

Congruunt inter ſe, *Ter.*

Congruit ſermo tibi cum illâ, *Plaut.*

Conjungere. Conjuncta virtuti fortuna, *Cic.*

Conjuncta & ſociata cum alterâ, *Cic.*

Conjuncta mihi cura de republicâ cum illo, *Cic.*

Conjungi hoſpitio & amicitiâ, *Cic.*

Conqueri rem aliquam, *vel* de re aliquâ, *Cic.*

Ob rem aliquam, *Suet.*

Cum aliquo, *Cic.* pro aliquo, *Id.*

Conquieſcere à re aliquâ, *Cic. to reſt*

reſt from doing any thing.

In re aliquâ, *Cic. to be ſatisfied in.*

Hyeme bella conquieſcunt, *Cic. ceaſe.*

Niſi perfectâ re de me non conquieſti, *Cic.*

Conſcendere navem, *Cic.* in navem, *Lent. Ciceroni.*

Conſentire ſibi, *vel* ſecum, *Cic.* Alicui, *vel* cum aliquo, *to agree with.*

Aliquid, *vel* de aliquo, *vel* ad aliquid, *Cic. to agree about.*

In aliquem. *Ulp. to agree to take for an Umpire.*

In eum omnes illud conſentiunt elogium, *Cic.*

Aſtrum noſtrum conſentit incredibili modo, *Hor.*

Conſequi aliquem itinere, *Cic. to overtake.*

Aliquid conſequi, *Cic. to obtain.*

Conſerere manum, *vel* manu cum hoſte, *Cic. Prius uſitatius.*

Diem nocti, *Ovid. to joyn.*

Artes belli inter ſe, *Liv.*

Baccho aliquem locum, *Virg. to plant vines.*

Conſidere aliquo loco, *vel* in aliquo loco, *Cic. to Hay.*

Conſtare per ſeipſum, *Cic. depends only on it ſelf.* Sibi, *Cic. Hor. not to lye.*

Ex multis rebus, *Cic. to be compoſed of.*

Agri conſtant campis & vineis, *Plin.*

Conſtat gratis tibi navis, *Cic. coſts you nothing.*

Auri ratio *Cic. the ſum is right.*

Non conſtat ei color, neque vultus, *Liv. he changes colour.*

Mente vix conſtat, *Cic. he is diſtracted.*

Hoc conſtat, *vel* conſtat inter omnes, *Cic. this is certain.*

Conſtat hac de re, *Quint. Plin.*

Conſtat hoc mihi tecum, *Ad Her.*

Conſueſcere alicui, *Ter.* cum aliquo, *Plaut. to frequent.*

Conſueſcere pronunciare, *Cic. to accuſtome ones ſelf to.*

Adeo in teneris conſueſcere multum eſt, *Virg.*

Plauſtro & aratro juvencum conſueſcere, *Colum.*

Omnia pericula à pueritiâ conſueta habeo, *Sall.*

Conſulere boni, *Quint. Plaut. to take in good part.*

Alicui, *Cic. to ſeek ones good.*

Aliquem, *Id. to ask counſel of.*

Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem, *Cic. Sed pro* do tibi conſilium, *elegantius dicitur*, Autor tibi ſum.

Conſulo te hanc rem, *vel* de hac re, *Cic.*

Conſulo in te, *Ter. I ſtudy ſomething for you or againſt you.*

Conſulere in commune, *Ter. to ſeek the publick good.*

Contendere alicui. *Hor.* cum aliquo, *Id.* contra aliquem, *Id. to diſpute, or maintain a thing againſt.*

Contendere aliquid ab aliquo, *Cic.*

Contendere animum, *Ovid.* animo, *Cic.* curſum, *Plaut.* in aliquem locum, *Cic.*

Contendere rem cum aliâ re, *Cic.*

Alicui rei, *Hor. to compare.*

Contingere ſe inter ſe, *vel* inter ſeſe, *Plaut. to touch.*

Atque in magnis ingeniis id plerumque contingit, *Cic. often happens.*

Contingit mihi, *Cic. it touches, it concerns me.*

Contingere funem, *Virg. to touch.*

Convenire cum aliquo, *Cic. to agree with.*

Sibi, *Cic. to keep always an even temper.*

Ad aliquem, *Cic. to go to ſeek.*

Aliquem, *Plaut. to treat with.*

In jus, *Plaut. to accuſe.*

Convenit inter utrumque, *Cic. they are at an accord.*

Mihi cum illo, *Cic. I am of his opinion.*

Ad eum hæc contumelia, *Cic. concerns him.*

Aliam ætatem aliud factum, *Plaut.*

Hæc fratri mecum non conveniunt, *Ter. we diſagree in this.*

De hoc parum convenit, *Quint. this is not agreed of.*

Hoc maledictum in illam ætatem convenit, *Cic.*

Cupere alicui, *Cic. Cæſ.* alicujus causâ, *Cic. to be ready to do a kindneſs.*

Aliquem, *Ter. Cic. to ſeek.*

Cupit te videre, *Plaut.* Te conventum, *Idem.*

Damnare

D.

Damnare ſceleris, *vel* nomine ſceleris aliquem, *Cic.* De vi, de majeſtate. *Id.* Ad pœnam, in opus, in metallum, *Plin. Jun.*

Dare literas alicui, *Cic to give into ones hand.* Literas ad aliquem, *Id. to ſend a letter.* Se fugæ, & in fugam, *to run away.* Se ad lenitatem, *Id. to ſtudy.* Gemitum, & ſe gemitui. *Id. Virg. to grieve.* Operam, & operam alicui rei, in rem aliquam, ad rem aliquam faciendam, *Cic. to labour.* Mandata alicui, *Id.* aliquid in mandatis, *Plaut. to command.* Se in viam, *Cic.* in manum, & in manu, *Ter. Cic.*

Dederat comas diffundere ventis, *Virg. let them looſe.* Dare manum alicui; *Plaut. to ſhake hands.*

Dare manus, *Cic. to yield.* Cibo dare, *Plin. to give to eat.* Dare vitio, *Cic. to blame.*

Da Tityre nobis, *Virg. tell us.*

Dare oblivioni, *Liv. to forget. Contrarium eſt* mandare memoriæ: *ſed* oblivioni mandare, *non eſt Latinum.*

Debere amorem & omnia in aliquem, *Cic.* Tibi debemus, *Id. we are engaged to you.*

Tibi video hoc non poſſe deberi, *Cic. I cannot refuſe you this.*

Decedere alicui, *to give place to, Plaut. to fly from out of deteſtation, Caſ.*

Decedere (*Cic. ſup.* è vitâ) *to dye.* De ſuo jure, *vel* ſuo jure, *Cic. to part from ones right.*

De ſummâ nihil decedet, *Ter. the ſum ſhall be entire.*

Decernere aliquid, *vel* de re aliquâ, *Cic. to determine,* Armis, *Id. to fight.* Pugnam, *Liv.* Pugnâ, *Val. Max.* ſuo capite, *Cic. to put himſelf in danger.*

Decidere (*à* cado) ſpe, *vel* de ſpe, *Liv.* ſpe, *Ter.* in laqueos, *Ovid.*

Decidere (*à* cædo) *Vell. to cut off.* Quæſtionem, *Pap. to decide,* damnum. *Ulp. to determine.* Cum aliquo, *Cic. to tranſact.* De aliquo negotio, *Id.* Prælio cum aliquo, *Id. to end a difference by arms.*

Pro ſe, *Cic.* pro libertate, *Sen. to compound for ones life.*

Decidere jugera ſingula ternis medimnis, *Cic. to tax.*

Deciſa negotia, *Hor. ended.*

Declinare loco, à loco, *vel* de loco, *Cic. to turn away.* Se extra vicem, *Plaut.* ictum, *Liv. to avoid a blow.*

Agmen aliquo, *Liv. to remove the army.* Nomina & Verba, *Quint. to decline.*

Dedere ſe hoſtibus, *Caſ.* In ditionem & arbitrium hoſtium, *Plaut.* Aliquem in priſtinum, *Ter.*

Ad ſcribendum ſe dedere, *Cic. to apply.* Deditâ operâ, *Cic. purpoſely.*

Deferre ſtudium ſuum & laborem ad aliquem, *Cic. to offer his ſervice.* Opes ad aliquod negotium deferre alicui, *Cic.* Deferre aliquid in beneficii loco. *Cic. to make a preſent.* In beneficiis delatus, *Cic. one that hath a penſion from the commonwealth.*

Deferre aliquem, *Cic. to accuſe.*

Defendere aliquem contra iniquos, *Cic.* aliquem ab injuria, *Id.* Injuriam alicujus, *Id. to revenge a wrong.*

Defendere & obſiſtere injuriæ, *Cic.*

Defendere ac propulſare injuriam. *Idem.*

Defendere civem à periculo, *Cic.* Myrtos à frigore, *Virg. to preſerve from.*

Æſtatem capellis, *Hor.* Solſtitium pecori, *Virg. to keep from the heat.*

Deficere ab aliquo, *Cic. Liv. to forſake his party.* Animo, *vel* animis, *Cic.* animam, *Varr. to be faint hearted.*

Dies & latera & vox me deficiunt, *Cic. fail me.*

Deficiunt mihi tela, *Caſ. I want arms.*

Animus ſi te non deficit æquus, *Horatius.*

Deficio à te ad hunc, *Suet. I leave you to go to him.*

Mulier abundat audaciâ, conſilio & ratione deficitur, *Cic.*

Deficior prudens artis ab arte meâ, *Ovid.*

Defigere oculos in rem aliquam, *Cic.* Mentem in aliquo, *Id.*

Defigere furta alicujus in oculis populi, *to expoſe.*

Definire aliquid alicui, *Cic. to ſhew or preſcribe.* Imperium terminis, *Cic. to bound.* Magnitudinem alicujus rei, *to tell preciſely.*

Certus & definitus locus, *Cic.*

Deflectere iter. *Lucan.* Ex itinere, *Plin. Cic. to turn out of the way.*

Declinare propoſito & deflectere ſententiam, *Cic.*

Amnes

Amnes in alium in alium deflectere, *Cic.*

Degenerare à gravitate paternâ, *Cic.*

A familiâ ſuperbiſſimâ, *Liv.*

In feritatem, *Plin.*

Hoc animos degenerat, *Colum. enervates and weakens.*

Delinquere aliquid, & in aliquâ re, *Cic.* in aliquem, *Ovid. to fail.*

Depellere loco *Caſ.* de loco, *Cic. to drive away.*

Suſpicionem à ſe, *Cic. to remove.*

Deperire aliquem, *vel* aliquem amore, *Plaut.* Amore alicujus, *Liv. to love paſſionately.*

Naves deperierunt, *Caſ. are loſt.*

Deplorare vitam, *Cic. to deplore.*

De ſuis miſeriis, *Id. to bewail ones ſelf.*

Deponere in gremio, *Plin. Cic.* ſtratis, *Ovid.* ſub ramis, *Virg.* in terram, *Colum.* in ſylvas, *Caſ. to lay in, upon, or under any thing.*

Deponere ædificationem, *Cic. to lay aſide the deſign.*

Ægrum, *Cic. to give over.*

Aliquid, *Virg. to wager.*

Deponere aliquid in alicujus fide, *Cic.*

In fidem, *Liv.* apud fidem, *Trajan. Plin. to put confidence in.*

Deprecari aliquid ab altero, *Cic. to beg a thing of.* Aliquem pro re aliquâ, *Id.* Alicui ne vapulet, *Plaut. to intercede for.*

Calamitatem abs ſe, *Cic. to turn from by prayer.*

Derogare fidem alicui, *vel* de fide alicujus, *Cic.*

Sibi derogare, *Cic. to wrong his reputation.*

Deſinere artem, *Cic. to quit a profeſſion.*

Deſiſtere à ſententiâ, *vel* de ſententiâ.

Deſperare ſalutem, ſalute, *vel* de ſalute, *Cic. to deſpair of.* Ab aliquo, *Id. to expect no more from.* Sibi, *Caſ.* de ſe, *Plaut. Cic. to be deſperate.*

Non deſpero iſta eſſe vera, *Cic.* Sive deſtituitur ſive deſperamur, *Cic.*

Deſpondere filiam alicui, *Cic. to betroth.* Sibi domum alicujus, *Id. to promiſe to himſelf, to make ſure of.*

Deſpondere animis, *Liv. to promiſe himſelf to do ſomething.* Animum, *Id. to be out of heart.*

Detrahere alicui, *Ovid.* de aliquo, *Cic. to detract from.* Aliquid alteri, *Id. to take by force.* Laudem, *vel* de laudibus, *Id. to leſſen his reputation.* In judicium, *Id. to bring in judgement.*

Deturbari ſpe, de ſpe, *vel* ex ſpe, *Cic.*

Differre famam aliquam alicui, *Plaut. to make a report of.* Rumorem, *Ter.* Aliquid rumoribus, *Ter.*

Differre aliquem, *to make one wait. Mart. to vex and torment, Ter.*

Orationem ſperat inveniſſe ſe quæ differat te, *Ter.*

Differri doloribus, *to feel.*

Amore, cupiditate, lætitiâ, *&c. Plaut. to be tranſported with.*

Differre veſtitu ab aliquo, *Cic.* in candore, *Plin.* Differt ab hoc, *Cic.* huic, *Hor.*

Differunt inter ſe, *Cic.*

Ad aliquod tempus aliquid differre, *Cic.* In annum, *Hor. to defer.*

Dimicare de re, *Cic.* pro re, *Plin. to diſpute for.*

Dimicant inter ſe, *Plin.*

Dimicandum omni ratione, ut, *&c.* Cic. *we muſt endeavour.*

Diſceptare aliquid juſte, *Cic. to decide.* Eodem foro, *Plaut. to come and plead in the ſame place.*

Diſceptant inter ſede negotiis, *Lall.*

Diſceptare rei alicui, *Hor.* A re aliquâ, *Cic. poſterius magis uſitatum.* In re aliquâ, *Id.*

Diſcrepant inter ſe, *Id.*

Diſcrucior animi, *Plaut.* Animo & animum *juxta Diomedem, qui tamen exemplum nullum affert.*

Diſputare aliquid & de aliquo, *Plaut. Cic.* Circa aliquid, *Quint.*

Multa diſputat quam ob rem is qui torqueatur beatus eſſe non poſſit, *Cic.*

Diſſentire de veritate ab aliquo, *Cic.* In re aliquâ ab altero, *Id.*

Cum aliquo de re aliquâ, *Id.* Alicui opinioni, *Quint.*

Ne orationi vita diſſentiat, *Sen.*

Diſſentiunt inter ſe, *Cic.*

Diffidere capitali odio ab aliquo, *Id. to hate mortally.* Diffidere à ſeipſo, ſecumque diſcordare, *Id.*

Inter ſe diſſident & diſcordant, *Id.*

Si toga diffidet impar, *Hor.*

Dividere

Dividere nummos viris, *Cic.* in viros, *Plaut. to diſtribute.* Factum cum aliquo, *Plaut.*

Dividere ſententiam, *Cic.*

Docere de re aliquâ, *Id. to give advice.* Rem aliquam aliquem, *to ſhew one.*

Dolere ab animo, ex animo, *Plaut.* Succeſſu alicujus, *Ovid.* Dolore alicujus, *Virg.*

Dolet mihi cor. *Plaut.* Hoc cordi meo, *Id.* Caput à ſole, *Id.*

Doleo me, *Plaut.* Vicem alterius, *Cic.* Caſum aliorum, *Id.* Propter aliquem, *Quint.* de aliquo, *Ovid.*

Donare aliquem re, *vel* rem alicui, *Cic. to make a preſent.*

Dubitare de fide alicujus, *Ad Heren. to miſtruſt his fidelity.*

Hæc dum dubitas, *Ter. whilſt you are conſidering.*

Dominari alicui, *Cic.* In aliquem, *Ovid.* in re aliquâ, *Cic.* Inter aliquos, *Caſ.*

Omne pecus indomitum curari ac dominari poteſt, *Nigid. may be tamed.*

O domus antiqua, heu! quam diſpari dominare domino, *Cic. ex veteri Pottâ.*

Ducere agmen, *Cic. to conduct.* Sibi alapam gravem, *Phad. to give himſelf a box on the ear.* Ilia, *Hor. to pant like a broken winded horſe.*

Ducere æra, *Hor.*

Aliquem ex ære, *Plin.* Rationem ſalutis, *Cic. to take care of.*

Ducere verſum, *Ovid. to make a verſe.* Uxorem, *Cic. to marry.*

Ducere uſuras, *Id. to continue the payment of uſe.*

Ducere laudi, *Ter. to eſteem it an honour.* In gloria, *Plin.* In hoſtium numero, *Cic.* Infra ſe, *Id. to undervalue.* Pro nihilo, *Id.*

Duci deſpicatui, *Id. to be deſpiſed.*

E.

Efferre pedem domo, *vel* portâ, *Cic. to go out.* Pedem aliquo, *Id. to go to.* De nave in terram, *Id. to unload.*

Efferre laudibus, *Id. to commend very much.*

Efferre fruges, *Id. to carry fruit.*

Efferri funere, *&* cum funere, *Id. to be carried forth to burial.*

Efferri ſtudio in re aliquâ, *Id. to have a violent paſſion for.*

Efferri in amorem, *Plin. to be beloved.*

Egere conſilii *&* conſilio, *Cic.*

Egere multa, *Active, Cenſor. apud Gell. Unde Plaut. dixit,* egetur *in paſſivo. Et exinde probat Santtius, dici non inelegantèr,* turpem egere egeſtatem.

Nihil indigere, *Var.*

Egredi ab aliquo, *Ter. to go out of ones houſe.*

Ex provinciâ, *Cic.* extra fines & terminos, *Id.* urbe, *Id. officia, Id.* à propoſito, *Id.*

Elabi de, è, ex, manibus, *Cic. to eſcape.* Inter tela & gladios, *Liv.* Pugnam aut vincula, *Tac.*

Paulatim elapſus Bacchidi, *Terent. weaning himſelf of her by little and little.*

Elaboratæ in literis, *Cic.* in aliquid, *Quint.* aliquid, *Plin.* Orationem, eamque inſtruere, *Cic.* Ad judicium alterius, *Id.*

Emergere ex malis, *Id. Ter.* Incommodâ valetudine, *Cic.* extra terram, ſuper terram, *Colum.*

Se *vel* ſeſe emergere, *Id.*

Unde emergi non poteſt, *Ter.*

Eminebat inter omnes, *Cic.* in novo populo, *Liv.*

Eminebat ex ore crudelitas, *Cic.* in voce ſceleris atrocitas, *Curt.*

Moles aquam eminebat, *Id. appeared above the water.*

Emungere aliquem argento, *Ter. to cheat one of.*

Alicui oculos, *Plaut. to tear out.*

Enunciare conſilia amicorum adverſariis, *Cic.*

Apud homines enunciare quod tacitum erat, *Id. to divulge.*

Eripere è morte aliquem, *Id.*

Eripere morti aliquem, *Virg.* Mortem alicui, *Sen.* Ex periculo aliquem, *Cic.*

Erubeſcere in re aliquâ, *Id.* Ora alicujus, *Id. to be aſhamed to be in ones preſence.* Preces, *Claud.* loqui, *Cic.* Fortunæ, *Curt.*

Epiſtola non erubeſcit, *Cic.*

Genis erubuit, *Ovid.*

Malis alterius erubeſcere, *Ovid.*

Erumpere ex tenebris, *Cic.* In aliquem regionem, *Idem.*

Erumpere in hoc tempus, *Cic.* In actum, *Id.* In effectum, *Quint.* portis, *Virg.* per caſtra, *Plin.*

Loco

Loco aliquo, *Caſ.* Subito clamore, *Virg.*

Erumpunt ſeſe radii, *Virg.* ſeſe portis foras, *Caſ.*

Erumpere ſtomachum in aliquem, *Cic.* gaudium, *Ter.*

Vereor ne iſthæc fortitudo in nervum erumpat denique, *I fear you'l bend the bow ſo far as to endanger the ſtring.*

Evadere manus alicujus, *Virg.* E manibus, *Liv.* pugnâ, *Virg.*

Omnem viam, *Virg. to go along all the way.*

Ante oculos, *Virg. to come before one.*

Ad ſumma faſtigia tecti, *Virg. to aſcend.*

In aliquod magnum malum, *Ter. to become a great miſchief.*

Exardere, & -eſcere irâ, indignatione, *Liv.* In iras, *Mart.*

Dolor exarſit imis oſſibus, *Virg.*

Exarſit in id quod nunquam viderat, *Cic.*

Exarſêre ignes animo, *Virg.*

Excellere ſuper alios, *Liv.* Longe aliis, *Cic.* Inter alios, *Id.*

Præter cæteros, *Idem.*

Excuſare ſe alicui, & apud aliquem, *Id.* Valetudinem alicui, *Plin. to alledg to one indiſpoſition for an excuſe.*

Ille Philippo excuſare laborem & mercenaria vincula, *Hor.*

Excuſare ſe de re aliquâ, *Caſ.*

Exigere aliquem è civitate, *Cic. to drive out.* Honoribus, *Plin. to deprive of.*

Exigere aliquid acerbius, *Cic. to exact with threats.*

Columnas ad perpendiculum exigere, *Id. to apply the plummet to ſee if they are ſtrait.*

Ævum in ſilvis, *Virg.* Vitam cum aliquo, *Id.* Enſem per medium juvenem, *Id. to run one through.* Sues paſtum, *Varr. to drive.*

Exigere de re aliquâ, *Plin. jun. to diſcuſſe.*

Eximere è vinclis, *Cic.* vinclis, *Plaut.* metu, *Id.* in libertatem, *Cic. to ſet at liberty.* Aliquid de dolio, *Id. to draw out.*

Eximere diem, *Id. to conſume the time.*

Eximi noxæ, *Liv. to be abſolved of a fault.*

Exorare, expetere, & expoſcere aliquid Deos, & à Diis, *Cic.*

Expectare alicujus adventum in aliquem locum, & in aliquo loco, *Caſ.*

Expellere, expedire, ejicere, exterminare, extrudere, exturbare, urbe, *vel* ex urbe, *Cic. to chaſe, to drive out of.*

Explere aliquem, *Cic. Ter.* animum alicui, *Ter. content.*

Explicare rem aliquam, *vel* de re aliquâ, *Cic. to explain any thing.*

Expoſtulare cum altero injuriam, *Id.* de injuriâ, *Ter.*

Exprimere vocem alicujus, *Caſar. make him ſpeak.* Riſum alicui, *Plin. jun.* pecuniam ab aliquo, *Cic.*

Exprimere effigiem, *Id. to draw to the life.* Verbum verbo, de verbo, è verbo exprimere, *Id. to tranſlate word for word.*

Exprimere ad verbum de Græcis, *Id.* Vim Græcorum Poëtarum, *Id.*

Exprobrare vitia adverſariis *vel* in adverſariis, *Id. to reproach.*

Exuere jugum, & jugo, *Liv. to caſt off.* Veſtem alicui, *to ſtrip.*

Hominem ex homine, *to diveſt himſelf of all humanity.*

Exulare Romæ, *Cic. to live at Rome an exul.* Domo, *Ter. to be baniſhed from.* A patriâ, *Plaut.*

Per externas profugus pater exulat oras, *Ovid.*

Reſpublica diſceſſu alicujus exulat, *Cic.*

Exulatum abiit res patris, *Plaut.*

F.

Facere ab aliquo, *Cic.* cum aliquo, *Id. to take part with one.* Bona alicui, & aliquem, *Plaut. to do good to.* Conſilio alicujus, *vel* de conſilio, *Plin. by ones advice.*

Cum pro populo fieret, *Cic. when ſacrifices were offered.*

Flocci non facere, *Id.* Floccum facere, *Plaut. not to value.*

Facis ex tuâ dignitate, *Cic. you act according to your quality.*

Hoc facit ad difficultatem urinæ, *Plin. it is good againſt the Strangury.* *Sed* facere alicui rei, *pro* inſervire, *Latinum non eſt.*

Conſtruitur etiam eleganter cum accuſativo pluribus modis, ut,

Nos magnum feciſſemus, *Cic. we had done a great matter.* Facere gratiam alicui, *Liv. to beſtow a favour.* Facere ſtipendium, *Liv. to ſerve in war.* Facere nomina, *Cic. to borrow money.* Facere rebellionem, *to rebel,* & ſimilia.

Faſtidire aliquem, *Cic. Virg. Hor.* Alicujus, *Plaut.* A me faſtidit amari, *Ovid.*

Fateri ſcelus, & de ſcelere, *Cic. Hor.*

Fœnerari aliquid alicui, *Cic. to put out to uſe.* Fœnerare (*& non* fœnerari) ab aliquo, *App. to take up upon intereſt.* Hæc omnes fœnerat una deos, *Mart.*

Fidere nocti, *Virg.* terrâ, *Id.*

Formidare alicui, *Plaut. to fear leſt any miſchief ſhould happen to one.* Ab aliquo, *vel* aliquem, *Cic. to ſtand in fear of.*

Fraudare aliquem pecuniâ, *Cic. to cheat.* Militum ſtipendium, *Caſ. to retain the ſoldiers wages.* Genium ſuum *Plaut. to deprive himſelf of all delight.*

Fugere conſpectum alicujus, *Cic.* E conſpectu, *Ter.* Oppido, *Caſ.* De civitate, *Quint.* de illo fugit me ad te ſcribere, *Cic. I forgot.*

Fungi officio, *Id. Ter.* Officium, *Ter.* Vice, *Hor.* Vicem alterius, *Liv. Suet. to do the office of another.* Fungi munere, *to execute a charge, Cic. Caſ. &* interdum *to make a preſent.* Cic.

G.

Gaudere gaudio, *Plaut.* Gaudium, *Ter.* de aliquo propter aliquem, *Cic.* Fugit homines gaviſos ſuum dolorem, *Id.* Mihi gaudeo, *Id.*

Gigni capite, *vel* in caput, *Plin. to be born with the head foreward.*

Glaciare. Poſitas ut glaciet nives Jupiter, *Hor.* Humor glaciatur in Gemmas, *Plin.*

Gloriari aliquid, de re aliquâ, in re aliquâ, ob rem aliquam, *Cic.*

Gratulari adventu, *vel* de adventu, *Id. to expreſs his joy for ones arrival.*

Gratulari victoriam alicui, *Id. to congratulate for a victory.*

Gratulor tibi in hoc, *vel* de hac re, pro hac re, *Id.*

Gravare & -ri. At tu fortunam parce gravare meam, *Ovid.*

Gravari dominos, *Lucan. not to be able to ſuffer.* Cætera tanquam ſupervacua gravari ſolet, *Quint.*

Ne gravêre exædificare id opus quod inſtituiſti, *Cic.* Gravatus ſomno, *Ovid.* Pluviâ cum forte gravantur, *Virg.*

H.

Habere rem certam, *vel* pro certo, *Cic. to know certainly.* Aliquid certi, *Idem.*

Habere quædam dubia, *Id.* in dubiis, *Quint.* Pro dubio, *Liv.*

Habere aliquem deſpicatui, vel deſpicatum, *Ter. to contemn.*

Habere aliquem præcipuo honore, *Caſ.* In honore, *Cic.* Honores alicui, *Cic.* de aliquo, *Tac. to honour.*

Habere aliquem loco patris, *Brutus.* In loco patris, *Cic.* pro patre, *Liv. to eſteem as a father.*

Pro ſtercore habere, *Plaut. to eſteem no more than the dirt,*

Habere aliquid odio, *Plaut.* In odium, *Cic. to hate.*

Habere in numero, & in numerum ſapientûm, *Id.*

Habere orationem apud aliquem, *Quint.* ad aliquem, *Cic.* cum aliquo, *Caſ. to ſpeak to or before any one.*

Habere in poteſtate, & in poteſtatem, *Caſ. to have it in ones power.*

Belle habere, & Belle ſe habere, *Cic.* Habere uſum alicujus rei, *Id. Caſ.*

Ex re aliquâ, *Cic.* In re aliquâ, *Caſ. to be experienced.*

Habet ſe erga ædem, *Plaut. ſhe dwelleth.*

Habitare in plateâ, *Ter.* Vallibus imis, *Virg.* ſilvas, *Idem.*

Hærere. Hæret peccatum illi, & in illo, *Cic. reſteth in.*

Obtutu hæret defixus in uno, *Virg.* In multis nominibus hærebitis, *Cic.* Si hic terminus hæret, *Virg. If this purpoſe is fixed and unchangeable.*

Horrere divinum nomen, *Cic. to dread and fear.* Omnium conſpectum, *Id. to be afraid of ſeeing any body.*

Frigoribus hyemis intolerabiliter horrent, *Colum. they are very cold in the winter.*

Horreſcunt comæ, *Ovid. ſtand an end.*

Horrebant denſis aſpera crura pilis, *Ovid.*

I.

Jactare ſe in re aliquâ, & de re

re aliquâ, *Cicero*, ob rem aliquam.

Jactare rem aliquam, *Virg.*

Illabi. Illabitur urbi, *Virg. ſlips into the Town.* Animis illabere noſtris, *Id.* Pernicies illapſa civium animis, *Cic.* Medios illapſus in hoſtes, *vel* delapſus, *Virg.* Ad eos cum ſuavitate illabitur, *Cic.*

Illudere alicui, aliquem, in aliquem, in aliquo, *Virg. Ter. Cic. to mock.* Veſtes auro illuſæ, *Virg. embroidered.*

Imminere in occaſionem opprimendi ducis, *Liv. to ſeek an occaſion.*

Imminent duo Reges toti Aſiæ, *Cic.* Homò ad cædem imminens, *Id.*

Imminenti avaritiâ eſſe, *Id. to think of nothing but getting.*

Geſtus imminens, *Id. an earneſt geſture.*

Impendere. Impendebat mons altiſſimus, *Caſ. hung over their heads.*

Contentio impendet inter illos, *Cic. will ſhortly happen.*

Impendet nobis malum, *Id.* nos mala, *Ter. Threaten us.*

Impertire & -ri. Impertire alicui ſalutem, *Cic.* aliquem ſalute, *Ter. to ſalute.* Fortunas aliis impertiri, *Cic. to impart.* Altari de re aliquâ impertire, *Id.* Collegæ meo laus impertitur, *Id.*

Implere veteris Bacchi, *Virg.* Mero pateram, *Id.* de re aliquâ, *Mart.*

Implicare offibus ignem, *Virg. to caſt into.* Implicari morbo, & in morbum, *Liv. to be taken ill.*

Vim ſuam cum naturis hominum implicant Dii, *Cic.* Implicat ad ſpeculum caput, *Plaut. to dreſs.*

Imponere arces montibus, *Virg. to build.*

In collum, in manum, in navim, *Plaut. Liv. to put upon or into.* Summam manum alicui operi, *Virg.* in aliquâ re, *Quint. to make an end of a thing.*

Imponere alicui, *Cic. to deceive.*

Imponere vim alicui, *Cic. to compel.* Vulnera, *Cic. to wound.* Nomen alicui, *Cic. to give a name to.* Regem regioni, *Cic. to appoint.* Partes alicui, *Cic. to aſſign an office to.*

Improbam perſonam alicui, *to make him paſs for a wicked man.* Leges alicui, *Cic. to command.* Exercitum Brundiſii, *Cic. to make a garriſon.*

Imponere onus alicui, *Cic.* in aliquem, *Plaut.*

Frumentum imponere, *Cic. to tax at a certain quantity of corn.*

Imponere ſervitutem fundo, *Cic. to appoint a certain ſervice to land.*

Hujus amicitia me in hanc perditam cauſam impoſuit, *Cic. hath made me to embrace this bad ſide.*

Imprimere aliquid animo, *Plin. jun.* In animo, & in animum, *Cic.*

Inceſſere hoſtes jaculis, & ſaxis, aut pilis, *Liv. to purſue with.* Inceſſere aliquem dolis, *Plaut.* Inceſſit eum cupido, *Livius, Curtius.* Illi, *Salluſt. Liv. Curt. Val. Max.* In te religio nova, *Ter. Virg.* Morbus in caſtra, *Liv. was got into.*

Incidere (*à* cædere) ſaxis, *Plin. jun. to cut in.* In æs, *Liv.* in ære, *Cic. to engrave.* Ludum incidere, *Hor. to break off play.*

Inclinare omnem culpam in aliquem, *Liv. to throw all the faults on one.*

Hos ut ſequar inclinat animus, *Liv. my mind inclines me.*

Inclinat acies *vel* inclinatur, *Liv. the army gives ground.*

Se fortuna inclinaverat ut, *Caſ. Fortune was turned, that.*

Includere in carcerem & in carcere, *Cic. to caſt into priſon.* Orationi ſuæ, *Cic. to include in.*

Vocem includit dolor, *Cic.*

Smaragdi auro includuntur, *Lucr.*

Incubare ova, & ovis, *Colum. to ſit abroad upon.*

Quod ſi una natura omnes incubaret, *Plin.*

Incumbere gladio, *Ad Heren.* lecto, aratro, toro, *Virg.* in gladium, *Cic.* in aliquem, *Id.*

In *vel* ad aliquid, *Cic. Caſ.* Alicui rei, *Sil. Plin. to apply ones ſelf to any thing.*

Venti incubuêre mari, *Virg.* In mari, *Quint.*

Incumbit in ejus perniciem, *Cic. endeavours to deſtroy him.*

Verbo incumbit illam rem, *Sall.*

Incumbit illa ſpes ſucceſſionis, *Suetonius.*

Incurſare aliquem pugnis, calcibus, *&c. Plaut.*

Incurſare in aliquem, *Liv.*

Lana cui nullus color incurſavê-

rit, *Plin. that is undied.*

Indicare conjurationem, *Cic.* de conjuratione, *Sall.*

Indicare in vulgus, *Cic. to divulge,* Se alicui, *Cic. to diſcover.*

Poſtulabat ut ſibi fundus indicaretur, *Cic. that the price ſhould be told.*

Inducere animum ad aliquid, *vel* aliquid in animum, *Ter. to apply.*

Inducere aliquid, *to bring into, and alſo to cancel, to abrogate.* Aliquem, *Cic. to deceive.*

Inducere animum, *ſimpliciter, vel* animum ut, *vel* ne, *vel* ut ne, *Ter. to perſwade himſelf.*

Inducere ſcuta pellibus, *Caſ. to cover with skins.*

Inducere colorem picturæ, *Plin. to varniſh.*

Induere ſe veſte, *Ter.* ſibi veſtem, *Plaut.*

Cum in nubem ſe induerint anhelitus terræ, *Cic. are converted into clouds.*

Induere ſe in laqueos, *Cic. to caſt himſelf into.* Induit ſe in florem, *Virg.*

Indulgere alicui, *Caſ.* in aliquem, *Liv. to treat gently.*

Nimis me indulgeo, *Ter.* Indulgent patientiam flagello, *Mart.*

Qui malis moribus nomen oratoris indulgeat, *Quint. who gives the name of Orator to men of bad lives.*

Jus trium liberorum mihi princeps indulſit, *Plin. jun. granted me.*

Quando animus eorum laxari indulgerique potuiſſet, *Gell.*

Inferre litem capitis in aliquem, *Cic.* Periculum capitis alicui, *Id. to draw up an indictment againſt one.*

In periculum capitis ſe inferre, *Cic. to put himſelf in danger of his life.*

Inferre rationibus, *Cic. to ſet upon the ſcore.*

Infundere in naribus & per nares, *Colum.* in aures, *Cic.* cribro, *Sen.*

Infundere venenum alicui, *Cic.*

Ceris opus infundite, *Phæd.*

Ingerere convicia alicui, *Hor.* In aliquem, *Plaut.*

Pugnos in ventrem ingerere, *Ter.*

Ingredior orationem, & in orationem, *Cic. to begin to ſpeak.*

Veſtigiis patris ingredi, *Cic. to follow his fathers profeſſion.*

Ingurgitare ſe cibis, *Cic. to gormandiſe.* Se in flagitia, *Id. to plunge himſelf into.*

Inhiare hæreditatem, *Plaut. to gape after.* Uberibus, *Sueton. poſterius uſitatius.*

Inire gratiam ab aliquo, & cum aliquo, *to endeavour to inſinuate himſelf into favour.*

Inſanire amore, *Plin.* amoribus, *Hor.*

Hilarem inſaniam, *Plaut. Sen.*

Inſcendere currum, *Plaut.* in arborem, *Id.* ſupra pilam, *Cato, to get up into.*

Inſervire ſuis commodis, *Cic. to labour for gain.* Honoribus, *Id. to uſe all diligence to procure honour and preferment.*

Matronæ eſt unum inſervire amantem, *Plaut.* Nihil eſt à me inſervitum temporis causâ, *Cic.*

Inſilire defeſſos, *Suet.* in equum, *Liv.* in ſcapham, *Plaut. to leap into.*

Inſiſtere viis, *Cic.* viam, iter, *Virg. to march.* Haſtæ, *Plin. to lean on.*

In rem aliquam, *Plaut. Caſ.* In re aliquâ, *Quint.*

Alicui rei, *Plinius, Tribul. to apply himſelf to.*

Inſiſtebat in manu dextrâ Cereris, ſimulacrum victoriæ, *Cic. there was in the right hand.*

Inſputare aliquem, & alicui, *Plaut. to ſpit at.*

Inſtare aliquem, *Plaut. to urge.*

Currum, pro in currum, *Virg.* operi, *to heat ones ſelf at work.*

Inſternere. Pelle leonis inſternor, *Virg. I am covered.*

Tabulaſque ſuper inſtravit.

Terræ inſterni, *Stat.*

Tori inſtrati ſuper pelle leonis, *Silius.*

Inſultare, *ſimpliciter. Virg.* ſolo, *Id. to leap on the ground.* Alicui, & in aliquem, *to inſult over.* Multos, *Sall. apud Serv.*

Inſultare fores calceis, *Ter. to knock at.*

Intendere arcum, *Plin. to bend.*

Animum ſtudiis, *Hor. to apply the mind to.*

Animum in, vel ad rem aliquam, *Liv.*

Intendere alicui rei, vel curam alicui

alicui rei, *Plin. to take care of.*

Intendi animo in rem aliquam, *Liv.*

Pergin' ſceleſte intendere? *Plaut.*

Repudio conſilium quod primum intenderam, *Ter. I diſlike the deſign I had at firſt.*

Intercludere aditus ad aliquem, *Cic. to ſhut the avenues.*

Commeatum inimicis, *Plaut.* Inimicos commeatibus, *Plaut. Caſ.*

Interdicere hiſtrionibus ſcenam, *Suet.*

Feminis uſum purpuræ, *Liv. to forbid to hinder.*

Omnia Gallia Romanis interdixit, *Caſ. forbid them to be in any place of France.*

Male rem gerentibus bonis paternis interdici ſolet, *Cic.*

Interdico tibi domo meâ, *Liv.*

Dicitur interdum Interdico tibi hanc rem, & *uſitatius* tibi hac re, *ſed vix occurrit* Interdico te hac re. *Quanquam in paſſivo legatur,* Interdicor aquâ & igni, *&* ignis & aqua mihi interdicuntur, *Suet. Liv.*

Cui nemo interdicere poſſit, *Cic. whom no body could reſiſt.*

Interdicere veſtigiis, *Plin. to forbid to march one way.*

Interdico ne hoc facias, *Ter. ſupple,* tibi.

Prætor interdixit de vi hominibus armatis, *Cic. gave an order that they who had violently put any out of poſſeſſion, ſhould be obliged to reſtore it again.*

Intereſſe conviviis, & in convivio, *Cic.* in cædem, *Id. to be aſſiſtant at, to be preſent at.*

Inter belluam & hominem hoc maxime intereſt, quod, &c. *the greateſt difference between a man and a beaſt, is, that,* &c.

Nihil intereſt hoc & illa, niſi diviſim legas, *Sen.*

Hoc morari victoriam quod intereſſet amnis, *Liv.*

Hoc pater ac dominus intereſt, *This is a difference between a father and a maſter.*

Stulto intelligens quid intereſt, *Ter.* Quoniam πμισᾷ intereſt τὸ φρονεῖν.

Seri radices illitas ſimo intereſt, *Col.*

Intereſt regis, *Liv. it concerns the king.*

Intereſt omnium recte agere, *Cic.*

Magni meâ intereſſe putavi, *Cic.*

Ad noſtram laudem non multum intereſſe video, *Cic.*

Interjacere. Planities Capuam Tipharamque interjacet, *Liv. lies between them.*

Spatium quod ſulcis interjacet, *Col.*

Interjacet hæc inter eam, *Plin.*

Intueri aliquem, & in aliquem, *Cic.*

Invadere aliquem, & in aliquem, urbem & in urbem, *Cic. Virg.*

In pecunias alieniſſimorum hominum invadere, *Cic.*

Invaſit cupiditas pleriſque & pleroſque, *Var. Sall.*

Furor invaſerat improbis, *Cic.*

Invehere per mare, *Plin. to tranſport.*

Invehi ex alto in portum, *Cic.*

Portum, urbem, *Plin. to be carried into.* In aliquem, *to enveigh againſt.*

Invidere laudes alicui, *Liv. Hor. Cic.* Laudibus alicujus, *Cic. to envy ones praiſes.*

Invidere alicui, *Ter.* aliquem, *Ovid.* Alicujus, *Plaut.*

In hac re tibi invideo, *Cic.*

Invideat Hermogenes quod ego canto, *Hor.*

Accuſativus ſine dativo acquiſitionis rarius occurrit, ſed cum eo frequens eſt.

Ut nobis optimam naturam invidiſſe videantur, qui, &c. *Cic.*

Jampridem nobis cœli te regia, *Cæſar,* invidet, *Virg.*

Invitare hoſpitio, & in hoſpitium, *Liv. Cic.* Ad legendum, *Cic.* domum, *Liv.* tecto ac domo, *Cic. to deſire to come to.*

Invocare ſubſidium, *Cic. to beg aid.*

In auxilium aliquem, *Quint.*

Ire viam, *Virg. to go.* Itineribus alicujus, *Cic. to travel the ſame way.* Subſidio, *Caſ.* in ſubſidium, *Cic.*

Accerſitum, *Ter. to go to fetch.*

Si porro ire pergent, *Liv. If they ſhall paſs on farther.*

Eamus viſere, *Ter.*

Jungere prudentiam cum eloquentiâ, *Cic.* dextram, *Virg.*

Rhedam equis, *Cic.* Res inter ſe, *Id.*

Jurare alicui, *Plin. jun.* per ſidera. *Virg.*

In leges, *Cic.* In verba aliqua, *Caſ.* Maria aſpera, *Virg.* Pulcherrimum jusjurandum, *Cic.*

Qui denegat & juravit morbum, *Id.* Bellum ingens juratur, *Stat.*

Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras, *Hor.*

Poſteriora hæc exempla evincunt verbum hoc poſſe accuſativum regere vi ſuâ, ſine præpoſitione *per*, contra quam putat Voſſius.

L.

Laborare invidiâ, vel ex invidiâ, *Cic. to be envied.* Ex pedibus, *Id. to be ill in the feet.*

De verbo, non de re, *Cic. to be ſolicitous about words.* A veritate, *Liv. to be examined for not having ſpoken the truth.*

Laborare arma, *Stat. to work and forge them.* Ad rem aliquam, *Cic.*

Ambitioſe circa aliquid, *Quint.*

Ad quid laboramus res Romanas? *Cic.* Laboratur vehementer, *Id. they are very diligent.*

Latere alicui, *Id.* Aliquem, *Virg.*

Legare ad aliquem, *Cic. to ſend an ambaſſadour to.* Alicui, *Id. to give a legacy by will.* Ab aliquo, *Id.*

Sibi aliquem legare, *Id. to make his Lieutenant.*

Levare metum alicui, vel aliquem metu, *Id. to eaſe one of fear.*

Liberare aliquem metu, *Ter.* aliquem culpæ, *Liv. to abſolve wholly*, fidem ſuam, *Cic. to be as good as his word.* Aliquem à creditoribus, *Sen. to deliver.*

Loqui alicui, *Ter.* de aliquo, *Cic.* Apud aliquem, *Id.* Cum aliquo, *Id.*

Ludere pilâ, *Id.* Ludum, *Hor.* Aleâ, & aleam, *Suet.* In numerum, *Virg. to play in time.*

Luere æs alienum, *Curt. to pay ones debts.* Pœnas, *Cic. to be puniſhed.* Se, *Ulp. to pay a ranſom.*

Oblatum ſtuprum voluntariâ morte luit Lucretia, *Cic. expiated.*

M.

Maledicere alicui, *Cic.* Aliquem, *Ter. Petron.*

Manare. Mella manant ex ilice, *Hor. drop from.*

Manat picem hæc arbor, *Plin.*

Manat cruore eulter, *Liv.*

Manere ad urbem, ad exercitum, *Liv.*

In urbe, in exercitu, *Cic. Plaut. Hor. Virg. to ſtay for one.*

In propoſito, *Cic.* ſtatu ſuo, *Id.*

Sententia manet, *vel* in ſententiâ maneo, *Cic.* Manere promiſſis, *Virg. to keep ones word.*

Manent ingenia ſenibus, *Cic.*

Ad te pœna manet, *Tibul.*

Maneat ergo iſtud, *Cic. let this ſtand good.*

Maneat ea cura nepotes, *Virg. let our poſterity take care for that.*

Mederi alicui rei, *Cic. to heal.*

Quas minus mederi poſſis, *Ter.*

Contra ſerpentium ictus medentur, *Plin.*

Hæc mederi voluerunt, *Cic.*

Medicare capillos, *Ovid.* ſemina, *Virg. to mix with drugs.* Alicui, *Ter.* Cuſpidis ictum, *Virg. to dreſs a wound.*

Meditari rem aliquam, *aut* de re aliquâ, *Cic.*

Memini me videre & vidiſſe, *Id.*

Rem aliquam, & rei alicujus, *Id.*

De alicujus periculo. *Id.* Ciceronis, & Ciceronem.

Merere, & -ri, bene vel male de aliquo, *Id. to oblige or diſoblige.*

Apud aliquem, *Liv. to bear arms under ones command.* Sub aliquo, *Id.*

Stipendium in aliquo bello, *Cic.* equo, pedibus, *Liv. to ſerve on horſeback, on foot.* Alicui, *Stat. Luc. to ſerve to ones profit.*

Mereri laudem, *Caſ.* Offenſam, *Quintil.*

Scio hanc meritam eſſe ut memor eſſes ſui, *Ter.*

Sæpe quod vellem meritam ſcie, *Ter. She hath often done that which I deſired.*

Mergere aliquem æquore, *vel* ſub æquore, *Virg.* Undâ, *vel* in undis, *Ovid.*

Metuere alicui, *Plaut.* Pro aliquibus, *Celſ.* Propter aliquos, *Plaut.*

Aliquem, *Cic.* ab aliquo, *Id.* De vitâ, *Id.*

Mirari aliquem, *Cic.* De aliquo, *Id.* In aliquo, *Id.* Juſtitiæne prius mirer, bellique laborum, *Virg.* Mirari ſe, *Mart.*

Miſcere vinum aquâ, & aquam vino, *Plin.*

Miſcere

Miſcere in aciem, *Liv.* Miſtos in ſanguine dentes, *Virg.*

Miſcere ad, *Colum.* cum, *Cic.*

Miſcere ſacra profanis, *Hor.*

Moderari animo, orationi, *Cic.*

Cantus numeroſque, *Id.*

Mœrere mortem filii, *Id.* Incommodo ſuo, *Id. to afflict ones ſelf.*

Monere aliquem rem, *Id. Ter.* Alicui rem, *Plaut.* Terentiam de teſtamento, *Cic.* Aliquem alicujus rei, *Sall.*

Morari in re confeſsâ, *Plin.* Circa aliquid, *Hor.* Apud aliquem, *Caſ.* cum aliquo, *Pomp.* In urbe, *Ovid.* ſub dio, *Hor.*

Iter alicujus morari, *Cic. to ſtop.*

Quid moror? *Virg.*

Purpuram nihil moror, *Plaut. I care not for.*

Movere ſe loco, *vel* ex loco, *Caſ.* De convivio, *Cic.* Ab urbe, *Liv.*

Movere aliquem ſenatu, *vel* à ſenatu, *Cic. to degrade.* A ſe moram, *Plaut. to uſe no delay.* Riſum & jocum movere alicui, *Hor. to cauſe laughter.*

Ego iſtæc moveo aut curo? *Ter. Am I concerned for this?*

Mutare rem aliâ re, *Hor.* Bellum pro pace, *Sall.* Aliquid cum aliquo, *Ter.*

Mutare locum, *Cic.* Mutari civitate, *Cic. to be tranſported from one city to another.*

Mutuari auxilio ad rem aliquam; *Caſ.* in ſumptum, *Cic. to borrow.*

A viris virtus nomen eſt mutuata, *Id. hath taken its name.*

N.

Narrare aliquid, *vel* de re aliquâ, *Cic. to relate any thing.*

Natare aquas, *Virg.* Unda natatur piſcibus, *Ovid.* Pars multa natat, *Hor. the generality of men are inconſtant.* Natabant pavimenta vino, *ſwam with wine.*

Niti ſub pondere, *Virg.* In adverſum, *Ovid.* Ad ſidera, *Virg. to tend towards.* Gradibus, *Virg. to aſcend.* Haſtâ, *Id. to lean on.* Humi, *Id. to go on the ground.* Contra honorem alicujus, *Cic. to oppoſe.* Pro aliquo, *Liv.* De æquitate, *Cic. to defend.*

Cujus in vitâ nitebatur ſalus civitatis, *Id. to depend.*

Alternos longâ nitentem cuſpide greſſus, *Virg.*

Tantum quantum quiſque poteſt, nitatur, *Cic. let him do what he can.*

Nocere alicui, *Id.* aliquem, *Plaut. Sen.* Qui deorum quenquam nocuerit, *Liv.*

Nubere alicui, *vel* cum aliquo, *Cic.* Prius uſitatius.

O.

Obambulare muris, *Liv. to walk round.* Ante portas, *Liv.*

Obequitare ſtationibus hoſtium, *Liv.* agmen, *Curt. to ride about.*

Objicere feris, *Cic. to expoſe.* Ad omnes caſus, *Id.* Se in impetus hominum, *Id.* aliquid crimini, *Plin.* loco criminis, *Id.* & *Cic.*

Obliviſci aliquem, *Virg.* ſuæ dignitatis, *Cic.*

Artificium obliviſcatur licebit, *Id.*

Obrepere ad magiſtratum, *Id. to ſteal into an office.*

Adoleſcentiæ ſenectus obrepit, *Id. ſucceeds.* Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus, *Id.* ſtatim te obrepet fames, *Id.*

Obruere telis, *Id. to oppreſs with darts.* Terrâ, *Cato.* In terrâ, *Ovid. to bury.* Se vino, *Cic. to make drunk.*

Nox terram obruit umbris, *Lucr. covers.*

Obſtrepere portis, *Liv. to make a noiſe.* Literis alicui, *Cic. to importune by Letters.*

Hinc illi geminas avium vox obſtrepit aures, *Virg.*

Clamore obſtrepi, *Cic. to be deafned with noiſe.*

Obtrectare laudibus, & laudes alicujus, *Liv. to ſpeak ill of.*

Obtrectare legi, *Cic. to oppoſe.*

Obſervari oculis, *Liv.* ante oculos, *Cic.* in ſomnis, *Liv.*

Obvertere ſigna in hoſtem, *Liv. to turn againſt.* Terga alicui, *Virg. to run away.*

Obumbrare. Oleaſter obumbrat veſtibulum, *Virg.*

Sibi ipſa non obumbrat, *Plin.*

Occumbere morti, *Virg.* Morte, *Cic.* Mortem, *Liv. Suet. to dye.*

Ferro occumbere, *Ovid. to be killed.*

Occupare aliquem, *Cic. Curt. to ſurpriſe.* Se in aliquo negotio, *Cic. Ter.* Ad aliquod negotium, *Plaut.*

to employ. Occupare pecuniam alicui, vel apud aliquem, *Cic. to put out to uſe.*

Quorum magnæ res aguntur in veſtris vectigalibus occupatæ, *Id.*

Offendere aliquem, *Cic.* Apud aliquem, *Id.* In aliquo, *Id.*

At credo ſi Cæſarem laudatis, in me offenditis, *Caſ.*

Offendere in arrogantiam, *Cic.*

Sin quid offenderit, ſibi totum, tibi nihil offenderit, *Cic.*

Cecidiſſe ex equo, & latus offendiſſe, *Id. to hurt.*

Si in me aliquid offendiſtis, *Id.*

Cum offendiſſet populum Athenienſem prope jam delipientem ſenectute, *Id. having found.*

Offendere in ſcopulis, *Ovid.* Ad ſtipitem, *Colum. to knock againſt.*

Naves in redeundo offenderunt. *Caſ. had an ill rencounter.*

Offendere alicujus exiſtimationem, *Cic. to wound ones reputation.*

Alicui animum offendere, *Id. to diſpleaſe.*

Olere. Olet unguenta, *Ter. he ſmells of perfumes.*

Olet huic aurum meum, *Plaut. He ſuſpects that I have money.*

Olent illa ſupercilia malitiam, *Cic. thoſe brows ſignifie him to be malitious.*

Olentia ſulphure, *Ovid.*

Redolentque thymo, *Virg.*

Opponere periculis, *Cic.* ad omne periculum, *Id.*

Opponere pignori, *Ter. Plaut. to wager, to lay down a pawn.*

Opponere manum fronti, *vel* ante oculos, *Ovid. to put before.*

Oppugnare aliquem clandeſtinis conſiliis, *Cic. to endeavour under hand to ruin.*

Oppugnare conſilia alicujus, *Plaut. to oppoſe.*

P.

Pallere argenti amore, *Hor. to become pale.*

Pindarici fontis hauſtus non expalluit, *Hor. afraid of.*

Palpare & -ri. Palpare aliquem munere, *Juv. to allure.*

Cui male ſi palpêre, recalcitrat, *Hor.*

Pectora palpanda manu, *Ovid.*

Parcere labori, *Ter. to ſpare.*

Aliquid alicui, *to pardon.*

Parcite oves nimium procedere; *Virg. dont ſuffer them to go too far.*

Precantes ut à cædibus & incendio parceretur, *Liv. that they would abſtain from.*

Participare ſervum conſiliis, *Plaut. to make him conſcious to.*

Suas laudes cum aliquo, *Liv.*

Rem aliquam, *Cic. to ſhare.*

Paſcere pratum, & in prato, *Ovid. to feed.*

Cibo paſto paſci, *Ovid. to chew the cud.*

Beſtias paſcere, *Cic. Virg.*

Animum picturâ paſcit inani, *Virg.*

Hîc paſcor bibliothecâ Fauſti, *Cic. Id eſt,* delector.

Paſci *deponens.* Apes paſcuntur arbuta, *Virg.*

Armenta paſcuntur per herbas, *Virg. & Ovid.*

Pellere tectis, *Ovid.* A floribus, *Plaut.*

E foro, *Cic.* Ex aliquâ regione, *Plin.* Domo, regno, civitate, agro, ſedibus, &c. *Cic.*

Pendere promiſſis, *Id. to depend on promiſes.* Animi & animis, *Id. to be in ſuſpenſe.*

Pendet animus, *vel* animus tibi pendet, *Ter.*

Cui ſpes omnis ex fortunâ pendet, *Cic.*

De te pendentis, te reſpicientis amici, *Hor.*

Pendent opera interrupta, *Virg. are unfiniſhed.*

Caſu pendemus ab uno, *Luc. we depend, rely on.*

Ad ſua vota pendentes, *Sen.*

In ſententiis civium fortunas noſtras pendere, *Cic.*

Dumoſâ pendere de rupe, *Virg. to be at the top of a rock.*

Hi ſummo in fluctu pendent, *Virg.*

Scopuli pendentes, *Virg.*

Nubila pendentia, *Virg.*

Pendere pœnas temeritatis, *Cic.*

Pœnas pro ſcelere, *Luc.*

Pater is nihili pendet, *Ter. doth not trouble himſelf.*

Magni pendi, *Luc. to be much eſteemed of.*

Penetrare in cœlum, *Cicero.* Atlantem,

lantem, *Plinius*, ſub terras, *Cicero*.

Se in fugam, *Plaut. to run away.* Pedem intra ædes, *Plaut. to enter.*

Ad Romanos penetrare, *Plin. to go towards.*

Penſare unâ laude crimina, *Plin. to recompenſe.*

Laudem cum crimine, *Claud.*

Penſari eâdem trutinâ. *Hor. to be weighed in the ſame ballance.*

Percunctari aliquem, *Quint. Hor.* Ab aliquo, *Cic.* Aliquid aliquem, *Plaut.*

Aliquid ex alio, *Id. Cic.* Aliquem de re aliquâ, *Cic. to enquire.*

Pergo præterita, *Id. I am ſilent of.* Perge facere, *Ter. continue to do.*

Permittere in fidem, vel fidei alicujus, *Caſ. to put himſelf into the protection of.*

Equum in hoſtem, *Liv. to let go againſt.*

Vela ventis, *Quint.*

Perſequi veſtigia alicujus, *Cic.*

Aliquem veſtigiis ipſius, *Id.*

Artem aliquam, *Id.*

Perſonare æquora conchâ, *Virg. to make the ſea reſound.*

Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem, *Hor.*

Perſonabat domus cantu tibiarum, *Cic.*

Ululatus perſonant totâ urbe, *Liv. nothing is heard beſides.*

Pertœdere thalami, *Virg.*

Ignaviam ſuam, *Caſ.*

Morum perverſitatem, *Suet.*

Pervadere. Pervaſit murmur totam concionem, *Liv.*

Incendium per agros, *Cic.*

Pars belli in Italiam, *Id.*

Conſul ad caſtra, *Liv.*

Petere ab aliquo, *Cic. to ask.* Aliquem, *Virg. to ſupplicate.*

Auxilium ſibi ab aliquo, per aliquem, *Cic.* Pœnas ab aliquo, per aliquem, *Cic.* Pœnas ab aliquo, *Id. to cauſe to be puniſhed.*

Veniam errati & errato, *Id.*

Aliquem gladio, lapide, &c. *to ſtrike at.* Locum, *Cic. to go to ſome place.*

Pignerare, & -ri. Ex aure matris detractum unionem pigneravit ad itineris impenſas, *Suet. pawned.*

Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignerare ſolet, *Cic. takes as it were for a pledge.*

Plaudere aliquem, *Stat.* ſibi, *Hor.*

Pedem ſubplaudere, *Cic. to knock with the foot.*

Propter vicinum malum nec victoria quidem plauditur, *Id.*

Pollere moderatione & conſtantiâ, *Id.*

Pollet ejus auctoritas, *Sall. is great.*

Ponere coronam in caput, vel in capite, *Gell.* Curam in re aliquâ, *Cic.* Dies multos in rem aliquam, *Id.* Fidem pignori, *Plaut.* Cuſtodias portis, *Hirt.* Inſidias alicui *vel* contra aliquem, *Cic.* Officium apud aliquem. *Id.* ſibi aliquid in ſpe optimâ, *Id.* ſpem in armis, *Id.*

Ponere in beneficii loco, *Id. to eſteem it as a great favour.*

Ponere de manibus, *Id. to lay aſide.*

Ponuntque ferocia Pœni Corda volente Deo, *Virg.*

Poſcere munus ab aliquo, *Cic.* aliquem cauſam differendi, *Id.* Filiam alicujus ſibi uxorem, *Plaut. to demand.*

Poſcere majoribus poculis, *Cic. to require that one ſhould pledge him in greater glaſſes.*

Poſtulare aliquem de ambitu, *Cic. to accuſe of.*

Servos in quæſtionem, *Id. to make one put his ſlaves to the rack, to get out the truth of them.*

Poſtulabatur injuriam, *Suet. he was accuſed of.*

Potiri præſentibus, *Cic.* Gaudia, *Tr.* Voluptatum, *Id. to enjoy.*

Potiri hoſtium, *to remain victorious over. Et apud Plaut. to be taken priſoner.*

Præbere ſtrenuum hominem, *Ter. to ſhew himſelf valiant.* Se æquum, *Cic.*

Præcavere ab inſidiis, *Liv.* Peccata, *Cic. to avoid.*

Præcedere. Ut veſtræ fortunæ meis præcedunt, *Plaut.* Vinum aliud aliud amœnitate præcedit, *Colum.*

Præcedere in re aliquâ, *Plin.*

Præcurrere aliquem & alicui, *Cic. to prevent, to run before.*

Præire verbis, *Plaut.* Verba, *Liv. to ſpeak firſt.* De ſcripto, *to read to one what he ought to ſay.*

Præeunt diſcipulis præceptores, *Quint. teach them.* Sed præire alicui, *pro* excellere, *non eſt in uſu.*

Præſtare,

Præſtare, præcellere, præcedere, prævertere, alicui vel aliquem (inquit Voſſius) *to excell.*

Homo cæteris animantibus præſtat, *Cic.*

Virtus præſtat cæteris rebus, *Id.* Quantum Galli virtute alios præſtarent, *Liv.*

Præſtat ingenio alius alium, *Quint.* Vel magnum præſtat Achillem, *Virg. tho he were valianter than Achilles.*

Inter ſuos æquales longe præſtare, *Cic. to hold the firſt rank.*

Præſtare benevolentiam alicui, *Id. to ſhew one kindneſs.*

Sapientis non eſt præſtare niſi culpam, *Id. a wiſe man ought to anſwer for nothing but his own fault.*

Sed motos præſtat componere fluctus, *Virg.* 'tis better.

Præſtare rempublicam, *Cic. to maintain the commonwealth.* Se & miniſtros ſociis reipublicæ, *Id. to anſwer for himſelf and his officers to the allies of.* Factum alicujus, *Id. to approve.*

Aliquem ante ædes, *Plaut. to bring to.* Hoc finibus hîs præſtabis, *Id.* i. e. *conſtitute.*

Se incolumem præſtare, *Id. to keep himſelf ſafe.*

Principem præſtare, *Suet. to do the office of a Prince.*

Præſto hæc. *Cacil. I bring this.*

Præſtare vitium, *Cic. to anſwer for the fault of any thing.*

Præſtolari aliquem, *Ter.* Alicui, *Cic. to expect one.*

Prævertere aliquem præ republicâ, *Plaut. to eſteem of more.* Aliquid alicui rei, *Cic. Plaut. to prefer, or, to ſpeak before.*

Huic rei prævertendum exiſtimavit, *Caſ. that he ought to obviate.*

Illuc prævertamur, *Hor. let us ſee this firſt.*

Procedere in virtute, ad virtutem, ad virtutis aditum, *Cic. to advance in virtue.*

Ætate proceſſit, *Id. he is advanced in age.*

Omnia ut ſpero proſpere procedent, *Id. all things will ſucceed.*

Procumbere genibus, *Ovid.* Ad genua, *Liv.* ante pedes alicujus, *Ovid.*

Ad arborem, *Mart. to lean againſt.*

Procumbit humi bos, *Virg.* Procumbere in armos, *Mart.* In caput, *Ovid.*

Prodere memoriæ, *Cic.* memoriâ, *Caſ.*

Monumentis, *Cic. to leave to poſterity.*

Prodere memoriam alicujus feſti, *Idem.*

Prodit memoria, *Col. one finds in writing.*

Prohibere vim hoſtium ab oppido, *Caſ. to repulſe.* Aditum alicui, *vel* aliquem aditu, *Cic. to hinder from entring.*

Dolorem dentium, *Plin. to eaſe.* Aliquem ab injuriâ, *Sall. to protect.*

Uxorem prohibent mihi, *Plaut. They refuſe to give me.*

Properare in campum, *Cic.* Ad exitum, *Brutus.*

Properare proficiſci, *Caſ. to diſpatch.*

Pecuniam indigno hæredi properare, *Hor. to make haſt to lay up.*

Hoc opus hoc ſtudium parvi properemus & ampli, *Hor.*

Lanæ properabantur, *Hor.*

Propugnare commoda patriæ, *Cic. to defend againſt the enemies.* Pro ſalute alicujus, *Id. to fight for.*

Propugnat nugis armatus, *Hor. hoc eſt*, pro nugis.

Proſpicere ſibi, ſaluti ſuæ, &c. *Ter. to provide for.* In poſterum, *Cic.* futura, *Id. to foreſee.* Senectutem, *Sen. to be vear to.*

Ni parum proſpiciunt oculi, *Ter. If mine eyes deceive me not.*

Nec oculis proſpicio ſatis, *Plaut.*

Villa quæ proſpicit Tuſcum mare, *Phædr. that hath a proſpect over.*

Providere in poſterum, *Cic.* Alicui contra aliquem, *Id. to protect.* Rei frumentariæ, *vel* rem frumentariam, *vel* de re frumentariâ, *Caſ. to give care of.*

Hæc ſi non aſtu providentur, me aut herum peſſumdabunt, *Ter.*

Proviſum eſt rationibus multis, ne &c. *Cic.* A Diis immortalibus, *Id.*

Pugnare pugnam, *Plaut.* Prælia, *Hor.* Cum hoſte, *Cic.* Contra peditem, *Plin.*

Illud video pugnare te, ut, &c, *Cic. I ſee that you pretend to*, &c.

Pugnare de re aliquâ, *Id. Ter.* pro aliquo, *Id.*

In

In aliquo loco, *Id.*

Pugnata pugna cum rege, *Liv.*

Pugnata bella ſub Ilio, *Hor.*

Quod à vobis hoc pugnari video, *Cic.*

Purgare ſe apud aliquem, *vel* alicui de re aliquâ, *Ter. to juſtify.*

Purgare crimen, *Cic.*

Mores tuos mihi purgatos voluiſti, *Id.*

Putare nihil, *Ter.* Pro nihilo, *Id.*

Aliquid minimi, *Id. to ſet but little value on.*

Rem ipſam putemus, *Ter. let us examine the matter.*

Putare rationem cum aliquo, *Cic.*

Putatur prudens, *Id.*

Q.

Quadrare acervum, *Hor. to make ſquare.*

Omnia in iſtam quadrare apte videntur, Cic. *become her.*

Viſum eſt mihi hoc ad multa quadrare, *Id. may be referred to many things.*

Quare quoniam tibi ita quadrat, *Id. ſince you think it fit.*

Quærere aliquid ab aliquo, *Id. Caſ.* de aliquo, *Liv. Cic.* Ex aliquo, *Id. to enquire of.* In aliquem, *Id. to inform againſt.*

Quærere omnes ad unum exemplum, *Id. to bring all to the ſame model.*

Quærere rem tormentis & per tormenta, *to put to the rack.*

Quærere rem mercaturis faciendis, Cic. *to get an eſtate by merchandiſing.*

Queri. Multa de meâ ſententiâ queſtus eſt Cæſari, *Id.*

Acceperam Milonem meum queri per literas injuriam meam, *Id.*

Is mihi queritur quod, *Id.*

Quereris ſuper hoc quod, *Hor.*

Apud populum queſtus eſt, *Plin. jun.*

Quieſcere totâ nocte, *Cic.* viginti dies, *Id.* Somnum humanum, *App.*

Quibus quidem quam facile poterat quieſci, ſi, &c. *Ter.*

Tanquam per M. Antonium quietus fui, *Cic.*

Quieſcat rem adduci ad integrum, *Id. let him ſuffer.*

R.

Recipere alicui, Cic. *to promiſe.*

Aliquem, *Id. to receive.* Urbem, *Id. to take, or recover.* In ſe omnia, *Id. to take charge of.* Se ad, *vel* in locum, *Id. to go to.* Se ex loco, *Id. to return.* Se ad aliquem, Cæſ. *to retire to.* Se ad frugem, Cic. *to amend.* Se proximo caſtello, *Hirtius, to ſhut up.*

Recipere tectis, Cic. *to entertain.* In navem, *Id.*

Recipitur in cibum hæc herba, *Plin. Is good to eat.*

Recordari alicujus rei, aliquam rem, de re aliquâ, *Cic.* Cum animo ſuo vitam alicujus, *Id. to call to mind.*

Reddere colori aliquid, *vel* colorem alicui rei *Plin.* Vitam pro republicâ, *to dye in ſervice of.* Spiritum alicui, *Liv. to expoſe his life in ones ſervice.*

Referre alicui, *Ovid. to relate.* Ad aliquem, Cic. *to refer to.* Omnia ad aliquem finem, *Id.*

Aliquem ore referre, *Virg. to reſemble.*

In acceptum referre, Cic. *to acknowledge the receit of.*

Referre mandata ad aliquem, Cæſ. Alicui, *Virg.*

In *vel* inter reos referre, *Cic.*

Referre alicui ſalutem, *Id. to return ſalutation.*

Acceptam ſalutem alicujus benevolentiæ referre, *Id.*

Referre enſem vaginæ, *Sil. to ſheath.* Aliquid in commentarium, Cic. *to to write down.* Se in gregem ſuum, *Id.*

Retulit ad me pedem, *Plaut. he is returned to me.*

Me referunt pedes in Tuſculanum, Cic, *I returned a foot to.*

Referunt hæc ad rem, *Plaut. this is of conſequence to the matter.*

Par pari referre, *Cic. to return like for like.*

Hæc ego illorum defenſioni retuli, *Id. I ſaid this in anſwer to what they could bring in their defence.*

Referre cum aliquo, *Id. to confer with one.*

Renuntiare alicui, *vel* ad aliquem, *Id. to relate.*

Renuntiare aliquid, *Id.* De re aliquâ, *Plaut. to treat of an affair.*

Renuntiare Conſulem, Cic. *to declare Conſul.*

Renuntiare alicui amicitiam, *Suet.*

Suet. Hoſpitium, *Cic. to renounce amity and alliance.*

Renuntiare repudium, *Ter. to make a divorce.*

Renuntiare vitæ, *Suet.* Societati, *Paul. Juriſc.* Matrimonio, *Licin. Juriſc.* Muneri, Officio, *Quint.*

Prætor renunciatus eſt, *Cic. is declared Prator.*

Reponere in numero, & in numerum, *Id.*

Omnia ſuo loco, *Id.*

Repoſcere aliquid alterum & ab altero, *Id. to redemand.*

Ad pœnas aliquem repoſcere, *Virg.*

Repugnare alicui rei, *Cic.*

Contra veritatem, *Id.*

Circa aliquid, *Quint.*

Requieſcere lecto, *Tibul.* Humo, *Ovid.* in ſellâ, *Cic. to repoſe.*

In miſeriis, *Id. in the midſt of miſeries.*

Requieſcere à malis, *Id. to have ſome reſpite.*

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus, *Virg. ſtopped.*

Reſcribere literis, *Cic.* Ad literas, *Brutus ad Cic. to anſwer.*

Argentum alicui, *Ter. to return.*

Legionem ad equum, *Cæſ. to make horſe of foot.*

Reſidere humo, *Ovid.*

Siquid reſidet amoris in te mei, *Cic.*

Culpa reſidet in te, *Brutus ad Cic.* Penes te, *Alphen.*

Pecunia publica apud eum reſedit, *Martian.*

Reſidet ſpes reliquis, Cic. *the reſt have ſome hope.*

Quum rumor animi reſidiſſet, *Id. was appeaſed.*

Venter guttuſque reſident eſuriales ferias, *Plaut. hoc eſt* ſedendo agunt, *inquit Sanctius.*

Reſidet horum tectis ac ſedibus bellum, Cic.

Reſpicere aliquem, & ad aliquem, *Ter. to regard or think of one.*

Summa imperii ad nos reſpicit, Cæſ. *belongs to us.*

Reſpondere alicui, *Cic. Virg.*

Ad aliquid, *Plin.*

Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus, *Virg. ſhews it ſelf.*

Reſtituere ſanitatem alicui, & aliquem ſanitati, *Plinius.*

In poſſeſſionem reſtituere, *Cic.*

Retinere memoriam alicujus rei, & memoriâ retinere aliquid, *Id.*

Pudore & liberalitate retinere pueros, *Ter.*

Ridere aliquem, *Cic. Ter.*

De re aliquâ, *Cic.*

Ridere riſum, *Id.*

Domus ridet argento, *Hor. ſhines.*

Rorare. Rorat, ſimpliciter, *Colum. the dew falleth.*

Si roraverit quantulumcunque imbrem, *Plin.*

Rorare aliquem cruore, *Sil. to ſprinkle one with blood.*

Lacrymis oculi rorentur obortis, *Ovid.*

Roratæ roſæ, *Id.*

Ruere ad interitum voluntarium, *Cic.*

In ferrum pro libertate, *Virg.*

Ruere illa non poſſunt, *Cic. cannot fall to the ground.*

Vide ne quid imprudens ruas, *Ter. that you ſpoil not ſomething.*

Spumas ſalis ære ruebant, *Virg.* Cæteros ruerem, agerem, poſternarem, *Ter.*

S.

Saltare laudes alicujus, *Plin. jun. to dance ſinging ones praiſes.*

Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa rogabat, *Hor. that he would repreſent Polyphemus in dancing.*

Nemo fere ſaltat ſobrius, *Cic.*

Sapere. Palatum ei ſapit, *Id. he hath an exquiſite taſt.*

Mare ſapit, *Plin. it hath the taſt of the Sea.*

Si recta ſaperet, *Cic. if he were wiſe.*

Ego meam rem ſapio, *Plaut. I know my own buſineſs.*

Satisfacere alicui de viſceribus, *Cic.*

Alicui de re aliquâ, Cæſ. *concerning an affair.*

Alicui in pecuniâ, *Cæl. ad Cicer. to content in money.*

Satisfactum eſt promiſſo noſtro, *Cic.*

Saturare. Hæ res me vitæ ſaturant, *Plaut. make me weary of my life.*

Pabulo ſe ſaturare, *Varr.*

Scatere moleſtiarum, *Gell.* Ferarum, *Lucret. to be full of.*

Pontus

Pontus ſcatens belluis, *Hor.*

Sedere in equo, *Cic.* equo, *Liv. Mart.*

Poſt equitem, *Hor.* Supra leonem, *Plin.* Ad latus alicujus *Cic.*

Dum apud hoſtes ſedimus, *Plaut. whilſt we are near.*

Si ſedet hoc animo, *Virg. If this be your pleaſure.*

Memor illius eſcæ, quæ tibi ſederit, *Hor. that pleaſeth you moſt.*

Veſtis ſedet, *Quint. ſits well.*

Omnes conſurrexiſſe & ſenem illum ſeſſum recepiſſe, *Cic. roſe up and gave place to.*

Sequi veſtigiis aliquem, *Liv.*

Sententiam alicujus, *Cic. to be of ones opinion.*

Serpere humi, *Hor.*

Per humum, *Plin.*

Serpit draco ſubter ſupraque revolvens ſeſe, *Cic.*

Servire tempori, valetudini, rei familiari, &c. *Cic.* Servitutem, *Id. Plaut. Liv.*

Æternum ſervire, *Hor.* Apud aliquem, *Plaut.*

Liber ſervibo tibi, *Plaut.*

Mortis ſervibo commodis, *Ter.*

Ut communi utilitati ſerviatur, *Cic.*

Non bene, crede mihi, ſervo ſervitur amico, *Mart.*

Sitire ſanguinem, *Cic.*

Sitiunt agri, *Id.*

Sitientes loci, *Plin. dry grounds.*

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur, aquæ, *Ovid.*

Solvere crimine, *Stat. to abſolve from.*

Fidem, *to break ones word, Ter.* Fidem voti, *to pay ones vow, Ovid.*

Argumentum, *Quint.*

Pecuniam, *Cic.*

Vitam alicui, vel aliquem vitâ, *Plaut. to kill.*

Obſidionem urbis, & urbem obſidione, *Liv. to raiſe a Siege.*

Fœdera, *Virg. to break.*

Solvere, *ſimpliciter*, vel ſolvere navem, vel ſolvere è portu, *Cic. Cæſ. to hoiſt an anchor.*

Solvere ab Alexandriâ, *Cic. to part from Alexandria.*

Solvere ab aliquo, *Id. to take money of one to pay debts.*

Nec ſolvitur in ſomnos, *Virg. cannot ſleep.*

Solvendo non eſſe, *Cic. not to be able to pay.*

Soluturuſne ſit eos pro bonis, *Id. If he ſhall give them for good pieces.*

Spectare orientem, *Plin.* ad orientem, *Cæſ.*

In meridiem, *Cato.*

Spectare animum alicujus ex ſuo, *Ter. to judge of another by himſelf.*

Spectare aliquem ex cenſu, *Cic. to conſider one according to his eſtate.*

In unum exitum ſpectantibus, *Id. tending to the ſame end.*

Stare ad curiam, *Id. not to ſtir from the Court.*

In æquo alicui, *ſupple* loco, *Sen. to be equal to.*

Auctore certo, *Liv. to acquieſce in the opinion of a certain Author.*

Ab aliquo, *Cic.* cum aliquo, *Id. & Liv. to be of ones Party.*

Contra aliquem, *Cic. Virg.*

Pro judicio erroris ſui, *Phædr. to maintain obſtinately.*

Animis, *Cic. to take courage.*

Fide, *Liv.* in fide, *Cic. to keep ones word.*

Multo ſanguine ac vulneribus ſtetit, *Liv. coſt.*

Quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt, *Cic. were faſtned to.*

Cum in ſenatu pulcherrime ſtaremus, *Id. our affairs being in a very good poſture.*

Stant lumina flammâ, *Virg. are full of fire.*

Ubi jus ſparſo croco ſteterit, *Horatius.*

Qui ſi ſteterit idem, *If he perſevere in his opinion.*

Modo ſtet nobis illud, *Cic. Provided we continue firm in this reſolution.*

Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis, *He thinks of nothing but him.*

Per me ſtat, *Quint. Plin.* 'tis *in my power.*

Quid agitur? ſtatur, *Plaut.*

Statuere exemplum in hominem, & in homine, *Cic. to make one a publick example.* Capite aliquem in terram, *Ter. to fling headlong againſt the ground.*

Struere calamitatem alicui, *Cic. to contrive a miſchief.*

Odium

Odium in aliquem, *Id. to endeavour to make odious.*

Struere mendacium, *Liv. to invent a lye.*

Studere alicui, *Cic.*

Laudi & dignitati, *Id. to aſpire to.*

Aliquid, *Id. Ter. Hor. to deſire earneſtly any thing.* In aliquâ re, *Gell. to be converſant in.* In aliquid, *Quint. to aim only at that.*

Non tui ſtudet, *Cic. He cares not for you.*

Studet rem ad arma deduci, *Caſ. He endeavours to make it a war.*

Stupere in aliquo. *Val. Max.* Re aliquâ, *Hor.* Ad rem aliquam, *Ovid. to be ſurpriſed at.* Rem aliquam, *to look on with aſtoniſhment.*

Suadere legem, *Cic. to bring the people to receive a law.*

Pacem & de pace, *Id. Quint.*

Subire tectis, & ad recta, *Virg.*

In cœlum, *Plin.* Limina, *Virg. to go to.* Onus, *Liv. to bear.*

Mihi cunctarum ſubeunt faſtidia, *Ovid. diſpleaſe me.*

Humeris ſubire aliquem, *Virg. to carry on the ſhoulders.*

Subire animos, *Liv.*

Subjicere aliquid oculis, *Plin. jun. Liv.* ſub oculos, *Id.* & *Quint.* ſenſibus, *Cic.*

Subjicere teſtamenta, *Id. to counterfeit.*

Succedere penatibus, muro, *Virg. to go in.* Murum, *Sall. to approach to.* Sub primam aciem, *Caſ. to advance to the van-guard.* Alicui, *Cic. to ſucceed.* Oneri, *Virg. to put it on his back.* In locum, *Cic.*

Succenſere alicui, *Id.* Injuriam alicui, *Gell.*

Si id ſuccenſeat nunc, *Ter. if he is angry that.*

Sudare ſine causâ, *Cic.* Pro communibus commodis, *Id. to labour.*

Sanguine multo ſudare, *Liv. to ſweat blood.*

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella, *Virg.*

Et vigilandæ noctes, & in ſudatâ veſte durandum, *Quint.*

Sudataque ligno Thura ferat, *Ovid.*

Sufficere omnibus, *Lucan. Cic. to ſuffice for all.*

Nec obniti contra, nec tendere tantum ſufficimus, *Virg. we cannot.*

Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipſa ſufficiat, *Quint.*

Ipſe Danais animos viroſque ſufficit, *Virg. furniſhes with.* Aliam ſufficere prolem, *Id. to ſubſtitute.* Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine & igni, *Id. They had their eyes red and inflamed.*

Supereſſe alicui, *Plaut. to ſurvive. Suet. to defend in judgement.* Labori, *Virg. to overcome.*

Supereſt mihi, *Cic. it remains.*

Populi ſuperſunt auxilio, *Virg. There are more than need to aſſiſt us.*

Tu plane ſuperes, nec ades, *Gell. you are not neceſſary.*

Modo vita ſuperſit, *Virg. If God give me life.*

Suſpendere arbori, in arbore, & de arbore, *Cic.* in furcas, *Ulp.*

Suſpendit picta vultu mentemque tabellâ, *Hor. holds you in admiration.*

T.

Tacere aliquid, *Ter. Cic. Plaut.*

De re aliquâ, *Quint.*

Poteſt taceri hoc, *Ter.*

Dicenda, tacenda locutus, *Hor.*

Temperare iras, *Virg. to moderate.* Cædibus, *Liv. to abſtain from.*

A lacrymis, *Virg.* Alicui, *Cic. to ſpare one.*

Ætati juvenum temperare, *Plaut. to regulate.*

Sibi temperare, *Cic.*

Tendere ad littora, *Liv.* in Latium, *Virg. to go to.*

Tendit iter velis, *Virg.*

Rete tenditur accipitri, *Ter.*

Manibus tendit divellere nodos, *Virg. he ſtrives.*

Tendere adverſus auctoritatem ſenatus, *Liv. to ſtand ſtiff againſt.*

Tendere alicui metum aut ſpem, *Cic. to ſhew one.*

Hic ſævus tendebat Achilles, *ſup.* pelles, *vel* tentoria; *Virg. had his tent.*

Timere aliquem, *Ovid. to fear.* Alicui, *Ter. to fear leſt any evil ſhould happen to.* Ab aliquo, *Cic. to be afraid of.*

Timere de republicâ, *Id. to be ſolicitous for.*

Timeo de vitâ, *Calius* Ciceroni, *I am afraid of my life.*

Tradere in cuſtodiam, *Cic.* Cuſtodiæ

dixe, *Colum. To put in priſon.* Se totum alicui, *Cic. to devote himſelf wholly to one.*

Transfigere gladio aliquem per pectus, *Liv.* Cum armis corpus alicujus, *Id.*

V.

Vacare morbo, *vel* à morbo, *Celſ. not to be ſick.* Sibi, *Mart. to work for himſelf.* Philoſophiæ, *Cic. to ſtudy.* In aliquid opus, *Ovid.*

Vacare culpâ, *Cic.* à culpâ, *Sen. to be without blame.* Ab omni adminiſtratione, *Cic. to be exempt from.* Animo, *Id. to have nothing to do.*

Vacat locus, *Caſ. the place is void.*

Vacat mihi, *Quint. I am at leiſure.*

Vacat annales audire, *Virg.*

Tantum huic ſtudio relinquendum quantum vacat à publicis negotiis, *Cic. as much time as we can ſpare.*

Vagari paſſim toto foro, *Cic.* In agris, *Id. to run here and there.*

Vagatur errore animus, *Id.*

Valere. Valet oculis, *Gell.* Valent ejus oculi, *Plaut.*

Auctoritate valet, *Cic.* Valet ejus auctoritas, *Id.*

Valet tanti, valet nimio. Denos æris valebant, *Varr.*

Quid agitur? Valetur, *Plaut.*

Vehere amne, *Ovid.* Per maria, *Plin.*

Vehi curru, *Cic.* in curru, *Ovid.* Equo, *Id.* In equo, *Cic.*

Velle aliquem, *Salluſt. to deſire to ſpeak with one.* Alicui, *Cic. to will one's good.* Alicujus causâ, *Id.* Rem volo defenſam, *Cic. I deſire it ſhould be defended.* Quid ſibi vult? *Id. what doth that mean?*

Venire alicui adverſum, *Plaut. to go to meet one.* In certamen cum aliquo, *Cic.* In conſilium alicujus, *Id. to come to find one to give him counſel.* Sub jactum telorum, *Liv. to come within ſhot of.*

Inimicus alicui venire, *Cic. to be one's enemy.*

Ad inimicitias res venit, *Cic.*

Venire viam, *Cic.*

Ad me ventum eſt, *Cic.*

Mihi venit in dubium fides tua, *Cic. I begin to ſuſpect your honeſty.*

Venit mihi in mentem Platonis, (*ſupple* imago) *Cic. I remember Plato.*

In mentem venit de ſpeculo, *Plaut.*

Venit in mentem populi Romani dignitas, *Cic.*

Vertere aliquid in laudem, *Tac. to turn to praiſe.* Stultitiæ aliquid alicui, *Plaut. to impute a piece of folly.* In rem ſuam, *Ulp. to turn to his profit.* In privatum, *Liv. to convert into one's private uſe.* Ad ſe partem alicujus rei, *Cic. to appropriate to himſelf.*

Vertere Platonem, *Cic. to tranſlate.* Græca in Latinum, *Quintil.* de Græcis, *Cic.* Ex Græcis, *Ter.*

Tribus in rebus fere vertitur omnis virtus, *Cic. conſiſteth.*

Intra fines hos vertuntur omnia, *Cal. ad Cic.*

In priorem partem ſunt verſa & mutata omnia, *Cic. are changed.*

Jam verterat fortuna, *Liv. was now changed.*

Quæ te, genitor, ſententia vertit? *Virg. what hath made you change your opinion?*

Vigilare ad multam noctem, & de multâ nocte, *Cic. to watch late.*

Noctes vigilare ad ipſum mane, *Hor.*

Vigilare ſtudiis, *Propert.* in ſcelus, *Stat.*

Noctes vigilantur amaræ, *Ovid.*

Vindicare ſe ab aliquo, *Sen.* De aliquo, *Cic. to revenge himſelf of.*

Te valde vindicavi, *Cic. Attico. I am revenged of you.* Ita Man.

Peccatum in altero vindicare, *Cic. to puniſh.*

Vindicare à labore, *Id. to exempt.*

Vindicare in libertatem, *to ſet at liberty.* Libertatem, *Caſ. to defend.* Se ad ſuos, *Cic.* Se exiſtimationi hominum, *Cic.*

Aliquid pro ſuo vindicare, *Cic.*

Sibi aſſumere & vindicare, *Cic.*

Ululare. Ululant canes, *Virg.*

Triſtitiâ ululârent Galli, *Luc.*

Centum ululata per urbes.

DE FIGURIS.

FIgura eſt novatâ arte aliqua dicendi forma.

Cujus duo tantum genera, Dictionis ſcilicet & Conſtructionis, hoc loco trademus.

FIGURÆ DICTIONIS.

Figuræ dictionis ſunt ſex; { Protheſis, Aphæreſis, } { Epentheſis, Syncope, } { Paragoge, Apocope. }

Protheſis, eſt appoſitio literæ vel ſyllabæ ad principium dictionis; ut, *Gnatus* pro *natus*. *Tetuli* pro *tuli*.

Aphæreſis, eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à principio dictionis: ut, *Ruit* pro *eruit*. *Temnere* pro *contemnere*.

Epentheſis, eſt interpoſitio literæ vel ſyllabæ in medio dictionis: ut, *Relliquias*, *relligio*, additâ *l*; *Induperatorem*, pro *Imperatorem*.

Syncope, eſt ablatio literæ vel ſyllabæ è medio dictionis: ut, *Abiit*, *petiit*, *dixti*, *repoſtum*, *&c*.

Paragoge, eſt appoſitio literæ vel ſyllabæ ad finem dictionis: ut, *Dicier* pro *dici*.

Apocope, eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à fine dictionis: ut, *Peculî* pro *peculii*. *Dixtin'* pro *dixtine*. *Ingenî* pro *ingenii*.

FIGURÆ CONSTRUCTIONIS.

Figuræ conſtructionis ſunt octo: Appoſitio, Evocatio, Syllepſis, Prolepſis, Zeugma, Syntheſis, Antiptôſis, Synecdoche.

APPOSITIO.

APpoſitio eſt duorum Subſtantivorum ejuſdem caſûs, quorum altero declaratur alterum, continuata ſive immediata conjunctio: ut, *Flumen*, *Rhenus*. Poteſt autem Appoſitio plurium Subſtantivorum eſſe: ut, *Marcus Tullius Cicero*.

Interdum apud Autores in diverſis caſibus ponuntur Subſtantiva, perinde quaſi ad diverſa pertinerent: ut, *Urbs Patavii*, apud Virgilium. *Urbs Antiochiæ*, apud Ciceronem.

In Appoſitione Subſtantiva non ſemper ejuſdem generis aut numeri inveniuntur: Nam quoties alterum Subſtantivorum caret numero ſingulari, aut eſt nomen collectivum, diverſorum numerorum eſſe poſſunt: ut, *Urbs Athenæ*.

Ovid. *In me turba ruunt luxurioſa proci.*

Virg. *Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent.*

Triplici nomine fit Appoſitio.

Reſtringendæ generalitatis gratiâ: ut, *Urbs Roma*, *Animal equus*.

Tollendæ æquivocationis causâ: ut, *Taurus mons Aſiæ*. *Lupus piſcis*.

Et ad proprietatem attribuendam: ut, *Eraſmus vir exactiſſimo judicio*. *Nereus adoleſcens inſigni formâ*. *Timotheus homo incredibili fortunâ*.

EVOCA-

EVOCATIO.

CUM prima vel ſecunda perſona immediate ad ſe evocat tertiam; ambæ fiunt primæ vel ſecundæ perſonæ: ut, *Ego pauper laboro; Tu dives ludis.*

Eſt ergo Evocatio, immediata tertiæ perſonæ ad primam vel ſecundam reductio.

Obſervandum vero eſt, Verbum ſemper convenire cum perſonâ evocante: ut, *Ego pauper laboro; tu dives ludis.* Nam in Evocatione quatuor ſunt notanda: Perſona evocans, quæ ſemper eſt primæ vel ſecundæ; Evocata, quæ ſemper eſt tertiæ; Verbum, quod ſemper eſt primæ vel ſecundæ perſonæ; & Abſentia conjunctionis. In Evocatione perſona evocans & evocata aliquando ſunt diverſorum numerorum, utpote, vel cum perſona evocata caret numero ſingulari: ut, *Ego tuæ delicias iſtius veniam*: aut cum eſt nomen collectivum: ut, *Magna pars ſtudioſorum amœnitates quærimus*: hic ſubauditur *nos*: aut denique cum eſt nomen diſtributivum: ut, *In magnis læſi rebus uterque ſumus*: ſubintelligitur *nos*.

Duplex autem eſt Evocatio: Explicita, ubi tam perſona evocans quam evocata exprimitur; & implicita, ubi perſona evocans ſubintelligitur; ut, *Sum pius Æneas*: ſubintelligitur *ego*.

Populus ſuperamur ab uno: ſubauditur *nos*.

SYLLEPSIS.

Syllepſis, ſeu conceptio, eſt comprehenſio indignioris ſub digniore, à *συν con*, & *λάμβανω ſumo*.

Duplex autem eſt conceptio: Perſonarum ſcilicet, quoties perſona concipitur cum perſonâ; & Generum, quoties genus indignius cum genere digniore concipitur: Cujus declarandæ rei gratiâ, hæc quæ ſequuntur obſervabis.

Copulatum per conjunctionem *Et*, *nec*, *neque*, & *Cum* pro *Et*, acceptum, eſt pluralis numeri; ac proinde verbum vel adjectivum, aut relativum exigit plurale. Quod quidem verbum, aut adjectivum, aut relativum, genere & perſonâ cum digniore ſuppoſito ac ſubſtantivo quadrabit: ut, *Quid tu & ſoror facitis.*

Ego & mater, miſeri perimus. Tu & uxor qui adfuiſtis, teſtes eſtote.

Conceptio Perſonarum.

Dignior autem eſt perſona prima quam ſecunda aut tertia, & *dignior* ſecunda quam tertia: ut, *Ego & pater ſumus in tuto. Tu atque frater eſtis in periculo. Neque ego, neque tu ſapimus.*

Virgil. —— *divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.*

Idem, *Rhemus cum fratre Quirino Jura dabant.*

Cum tamen ſingulare verbum magis amat; ut,

Tu quid ego & populus mecum deſideret, audi.

Conceptio Generum.

Dignius etiam eſt maſculinum genus quam femininum aut neu-

trum, & dignius femininum quam neutrum; ut, *Rex & Regina beati. Chalybs & aurum ſunt in fornace probati. Hinc per vim leges & plebiſcita coactæ.*

At cum ſubſtantiva res inanimatas ſignificant adjectivum aut relativum uſitatius in neutro genere ponitur: ut, Virg. *cum Daphnidis arcum*
Fregiſti & calamos, quæ tu, perverſe Menalca,
Et cum vidiſti puero donata, dolebas.

Salluſt. *Ira & ægritudo permiſta ſunt.* Idem, *Huic bella civilia, cædes, & diſcordia civilis, grata fuerunt. Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.*

Porro *Conceptio* alias directa eſt; nempe cum concipiens, id eſt, dignius, & conceptum, id eſt, indignius copulantur per *Et*, vel *atque* vel *que*: alias Indirecta, cum copulantur per *cum*: ut, *Ego cum fratre ſumus candidi*; ubi utraque *conceptio* eſt indirecta.

Eſt etiam quædam Conceptio generum implicita; nempe quando nec genus concipiens, nec genus conceptum explicatur; ſed de mare atque feminâ perinde loquimur, ac de ſolo mare: ut ſi dicam, *Uterque eſt formoſus*; loquens de *ſponſo & ſponſâ.*

Sic Ovid. *Impliciti laqueis nudus mœrque jacet*; loquens de *Marte & Venere*, reti implicitis à Vulcano.

PROLEPSIS.

Prolepſis ſeu præſumptio, eſt pronunciatio quædam rerum ſummaria. Fit autem cum congregatio ſive totum cum verbo vel adjectivo apte cohæret; deinde partes totius ad idem verbum vel adjectivum reducuntur, cum quo tamen fere non concordant; ut, *Duæ aquilæ volaverunt; hæc ab oriente, illa ab occidente.* Hic congregatio ſive totum, *Duæ aquilæ*, cum verbo *volaverunt*, per omnia concordat: cum quo partes, *hæc* & *illa*, ad idem verbum relatæ in numero non concordant.

Congregatio ſive totum, eſt dictio pluralis numeri: ut, *Duæ aquilæ*, aut plurali æquivalens: ut, *Corydon* & *Thyrſis.* Nam copulatum æquivalet plurali: ut, Virg.

Compuleranique greges Corydon & Thyrſis in unum;
Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas.

Aut congregatio eſt nomen collectivum: ut,
Populus vivit; alii in penuriâ, alii in deliciis.

Sulpitius & *Aldus* quinque dicunt in Prolepſi eſſe neceſſaria: Congregationem: ut, in priore exemplo, *duæ aquilæ*; Verbum, ut *volaverunt*; Partes, ut, *hæc* & *illa*; Partium determinationem, ut, *ab oriente & occidente*, & Ordinem, videlicet quod totum præcedat, partes ſequantur.

Duplex autem eſt Prolepſis: Explicita, ubi omnia exprimuntur quæ in Prolepſi eſſe oportet, ut, *Equi concurrunt; hic à dextrâ, ille à ſiniſtrâ Hippodromi*: & Implicita, in qua aliquid tacetur: ut,

Ovid. *Alter in alterius jactantes lumina vultus,*

Quære-

Quærebant taciti noſter ubi eſſet amor.

Deeſt altera partium cum determinatione; videlicet *& alter in alterius.* Et, *Alter alterius onera portate.* Ubi deeſt *vos*: & altera pars cum determinatione, videlicet *& alter alterius.*

Ter. *Curemus æquam uterque partem*: hîc totum *nos* ſubintelligitur; & partes, *alter, & alter*, includuntur in diſtributivo *uterque.*

Diomedes Prolepſin dicit eſſe, quoties id quod poſterius geſtum eſt ante deſcribimus: ut, Virgilius, *Lavinaque venit littora.* Lavinium enim nondum erat, cum Æneas veniret in Italiam. Dicitur vero Prolepſis, ἀ πρό, quod eſt *ante*, & λήφω, *ſumo.*

ZEUGMA.

Zeugma eſt unius verbi vel adjectivi viciniori reſpondentis, ad diverſa ſuppoſita reductio; ad unum quidem expreſſe, ad alterum vero per ſupplementum; ut, Cic. *Nihil te nocturnum præſidium palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concurſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus habendi Senatûs locus, nihil horum ora vultuſque moverunt?* Hîc *moverunt*, expreſſe reducitur ad *ora vultuſque*, at ad cætera per ſupplementum: ſubintelligendum eſt enim, *præſidium movit, vigiliæ moverunt, timor populi movit, bonorum concurſus movit, habendi Senatûs locus movit.* Attamen quando eſt comparatio vel ſimilitudo, verbum vel adjectivum convenit cum remotiore: ut, *Ego melius quam tu ſcribo. Ego ſicut fœnum arui. Hoc ille ita prudenter atque ego feciſſet.* Item per *niſi*: *ut*,

Ter. *Talem filium nulla niſi tu pareret.*

Licet Poëtæ interdum aliter loqui ſoleant: ut,

Ovid. *Quid niſi ſecretæ læſerunt Phyllida ſylvæ?*

De quibus in concordantiâ verbi & nominativi ſupra eſt dictum: ut, Cic. *Quare, ut arbitror, prius hic te nos, quam iſtic tu nos videbis.*

Tribus modis fit Zeugma.

In perſonâ: ut, *Ego & tu ſtudes.*

In genere: ut, *Maritus & uxor eſt irata.*

In numero: ut, *Hîc illius arma, hîc currus fuit.*

Ponitur aliquando verbum vel adjectivum in principio, & tum vocatur Protozeugma: ut, *Dormio ego & tu.* Quandoque in medio, vocaturque Meſozeugma: ut, *Ego dormio & tu.* Quandoque in fine, & vocatur Hypozeugma: ut, *Ego & tu dormis.*

Requiruntur autem in Zeugmate quatuor: Duo ſubſtantiva; ut, *Rex & Regina*: Conjunctio, quæ vel copulativa vel disjunctiva, vel etiam expletiva eſſe poteſt: ut, *Et, vel,* &c. Verbum vel adjectivum: ut, *Irata eſt*: Quod verbum vel adjectivum viciniori ſuppoſito reſpondeat. Fit etiam quoddam Zeugmatis genus per adverbia ut, *Cubas ubi ego. Cœnas quando nos.*

Quando verbum ad duo ſuppoſita reducitur, & cum utroque convenit, eſt Zeugma, ut dicunt, Locutionis, non Conſtructionis: ut, *Joannes fuit piſcator & Petrus.*

Dicitur autem *Zeugma*, quasi copulatum à Græco verbo ζευγνύω vel ζεύγνυμι, quod est *copulo*.

SYNTHESIS.

Synthesis est oratio congrua sensu, non voce: ut, *Virg. Pars in fusta secant. Gens armati.*

Fit autem Synthesis nunc in genere tantum, idque aut sensûs discernendi causâ; ut, *Anser fera. Elephantus gravida*: aut supplementi gratiâ: ut, *Prænestæ sub ipsâ*: subauditur *urbe*.

Centauro in magnâ: subintelligitur *navi*.

Nunc in numero tantum: ut, *Turba ruunt. Aperite aliquis ostium.*

Nunc vero in genere & numero simul: ut, *Pars mersi tenuêre ratem.*

Virg. *Hæc manus ob patriam pugnando vulnera passi.*

Dicitur autem Synthesis, à σύν, quod est *cum*, & θέσις *positio*; quia est compositio, id est, constructio facta gratiâ significationis.

ANTIPTOSIS.

Antiptôsis, ab ἀντὶ, quod est *pro*, & πτῶσις *casus*, est positio casûs pro casu, idque interdum non invenuste: ut, Virg. *Urbem quam statuo vestra est.* Ter. *Populo ut placerem quas fecissem fabulas. Sermonem quem audistis, nos est meus. Ejus non venit in mentem*, pro *id*. Quanquam hîc *venit* impersonaliter potius usurpari existimandum est, *Aristotelis libri sunt omne genus elegantiæ referti*: pro *omnis generis*. Sic *id genus, quod genus*, &c. *Vane estis autores mihi*? pro *ejus*. Interdum autem fit durior Antiptôsis: ut, *Salve primus omnium parens patriæ appellate*, pro *prime*. *Habet duos gladios, quibus altero te occisurum minatur, altero villicum*: pro *quorum altero*.

SYNECDOCHE.

Synecdoche est, cum id quod partis est, attribuitur toti: ut, *Æthiops albus dentes.* Hîc *album*, quod solis dentibus convenit, toti attribuitur Æthiopi.

Per Synecdochen omnia nomina adjectiva aliquam proprietatem significantia; item verba passiva, & neutralia significantia aliquam passionem, possunt regere accusativum, aut ablativum, significantem locum in quo est proprietas aut passio; ut, *Æger pedes*, vel *pedibus. Saucius frontem*, vel *fronte. Doleo caput*, vel *capite. Redimitus tempora lauro. Truncatus membra bipenni. Effusas laniata comas, contusaque pectus.*

Nam illæ Græcæ phrases sunt; *Excepto quod non simul esses, cætera tetus. Cætera similes, vero differunt.*

Dicitur autem Synecdoche à σύν, quod est *con*, & ἐκδέχομαι, *suscipio*: videlicet, quod totum cum suâ parte capiatur.

Si cui lubet figuratæ constructionis elegantius pernoscere, legat Thomam Linacrum *de* Ellipsi, Pleonasmo, & Enallage, *deque aliis figuris erudite, dilucide ac copiose disserentem.*

DE

DE PROSODIA.

PRoſodia eſt, quæ rectam vocum pronuntiationem tradit. Latine *accentus* dicitur.

Dividitur autem Proſodia, in *Tonum, Spiritum,* & *Tempus.*

Tonus eſt lex vel nota, qua ſyllaba in dictione elevatur, vel deprimitur.

Eſt autem Tonus triplex, { *Acutus,* *Gravis,* *Circumflexus.*

Tonus acutus, eſt virgula aſcendens in dextram, ſic (')

Gravis, eſt virgula obliqua deſcendens in dexiram ad hunc modum, (`)

Circumflexus, eſt quiddam ex utriſque conflatum, hac figurâ (^)

Huc addatur etiam *Apoſtrophus,* qui eſt quædam circuli pars in ſummo literæ appoſita, quam ſic pinges (')

Hac notâ ultimam dictionis vocalem deeſſe oſtenditur: ut, *Tanton' ne crimine dignum dixiſti?* pro *tantône.*

Spiritus duo ſunt, *Aſper & lenis.*

Aſper, quo aſpirata profertur ſyllaba: ut, *homo, honor.*

Lenis, quo citra aſpirationem ſyllaba profertur: ut, *Amo, onus.*

TONORUM REGULA I.

MOnoſyllaba dictio brevis, aut poſitione longa acuitur: ut, *Mél, fèl, párs, páx.* Naturâ longa circumflectitur: ut, *Spês, flôs, ſôl, thûs, rûs.*

REGULA II.

In diſſyllabâ dictione, ſi prior longa fuerit naturâ, poſterior brevis; prior circumflectitur: ut, *Lûna, mûſa.* In cæteris acuitur: ut, *Chus, látus, ſólers, ſátur.*

REGULA III.

Dictio polyſyllaba, ſi penultimam habet longam, acuit eandem; ut, *Libértas, penátes.* Sin brevem habet penultimam, acuit antepenultimam: ut, *Dóminus, póntifex.*

Excipiuntur compoſita à *Facio*: ut, *Benefácis, maleſáxis, caleſáxit, frigeſácis.*

At ſi penultima longa fuerit naturâ, & ultima brevis, circumflectitur penultima: ut, *Românus, amâtor.*

Compoſita à *Fit*, ultimam acuunt: ut, *Mateſis, caleſis, beneſis, ſatisſit.*

Appendix.

Quia hodie propter hominum imperitiam, circumflexus ab acuto vix prolatione diſcernitur, Grammatici circumflexum cum acuto confoderunt.

REGULA IV.

Quinque ſunt quæ tonorum Regulas perturbant.

1. *Differentia.*

Differentia tonum tranſponit: ut, *Unà* adverbium ultimam acuit: ne videatur eſſe nomen. Sic *eò, alió, aliquò continuò, ſeduló, porrò, fortè, quà, ſiquà, aliquà, nequà, illò, falsò, citò, ferè, planè*, & id genus alia: *putà* pro *ſicut*, *ponè* pro *pòſt*, *corám, circúm, aliás, palám, ergò* conjunctio, ſed *ergô* pro *cauſa* circumflectitur: ut Virgilius, ——*illius ergô venimus.* Hæc igitur omnia ſicut Græca acutiſona, in fine quidem ſententiarum accuuntur, in conſequentiâ vero gravantur.

Sic differentiæ causâ antepenultima ſuſpenditur in his, *Dèinde, próinde, périnde, aliquando, ſiquando, néquando, hújuſque, à longe, dè longe, dèinceps, dúntaxat, dèorſum, quápropter, quínimo, enímvero, propémodum, ádmodum, áffabre, intereà loci, nihilóminus, paulóminus*, cum non ſunt orationes diverſæ, uti ſunt, *Pube tenus, crurum tenus*: non enim compoſita ſunt, velut *hactenus* & *quatenus*, & ejus generis reliqua.

2. *Tranſpoſitio.*

Tranſpoſitio tonum invertit, id quod uſu venit in præpoſitionibus, quæ poſtpoſitæ gravantur: ut,

Virgil. *Tranſtra per & remos. Te penès imperium.*

3. *Attractio.*

Attractio tonum mutat, cum poſt vocabulum aliquod ſequitur conjunctio inclinativa: ut, *Que, ne, ve.* Attrahunt enim hæ particulæ accentum ſyllabæ præcedenti, eamque acuunt: ut, *Luminàque laurúſque Dei.* Sic *Dum, ſis, nam*, parelca.

Ubi autem eſt manifeſta compoſitio, non variatur tonus: ut, *Dénique, útique, ítaque, úndique, híccine*, & hujuſmodi.

Ubique tamen temporis ſui tonum ſervat, & *ubivis.*

4. *Conciſio.*

Conciſio tranſfert tonum, cum dictiones per Syncopen aut Apocopen caſtrantur; tunc enim tonum retinent integræ dictionis: ut, *Virgílii, Valéri, Mercúri*: *Virgilii, Valerii, Mercurii.*

Sic quædam nomina & pronomina ſyncopata circumflectunt ultimam: ut, *Arpinâs, Ravennâs, noſtrâs, veſtrâs, cujâs*: ab *Arpinatis, Ravennatis, noſtratis*, &c. Sic *donêc* à *donecum.* Sic *hûc, illûc, iſtûc, adhûc*, pro *hucce, illucce*, &c. Et compoſita à *dic, duc, fac*, ut, *benedîc, redûc, calefâc.*

5. *Idioma.*

Idióma, hoc eſt, linguæ proprietas, tonum variat, adeo ut, ſi dictiones Græcæ integræ ad nos veniant, ſervent tonum ſuum: ut, *Symóis, Periphas*, penultimam acuunt: ac facta Latina, antepenultimam elevant, quia corripiunt penultimam.

Quæ

Quæ autem prorſus Latina fiunt, Latinum quoque tonum ſervant: ut, *Geórgica*, *Bucólica*, antepenultimâ acutâ, licet apud Græcos in ultimâ tonum habeant.

Sic & *comœdia*, *tragœdia*, *sóphia*, *ſymphónia*, tonum recipiunt in antepenultimâ, licet in ſuâ linguâ habeant in penultimâ.

Porro, ſi ignoretur proprius peregrinæ vocis tonus, tutiſſimum fuerit juxta Latinum accentum illam enuntiare.

Syllabæ communes in proſâ oratione ſemper corripiuntur: ut, *célebris*, *cáthedra*, *mediocris*.

DE CARMINUM

Ratione.

HActenus de tonis & ſpiritibus; deinceps de ſyllabarum tempore & carminis ratione pauca adjiciemus.

Tempus eſt ſyllabæ pronunciandæ menſura. Syllaba brevis unius eſt temporis; longa vero, duorum.

Tempus breve ſic notatur (*v*).

Longum autem ſic (-) ut, *Terra*.

Ex ſyllabis juſto ordine diſpoſitis fiunt pedes.

Eſt autem pes duarum ſyllabarum pluriumve conſtitutio, ex certâ temporum obſervatione.

Pedum alii diſſyllabi, alii triſyllabi.

De tetraſyllabis autem non multum attinet ad hoc noſtrum inſtitutum differere.

Diſſyllabi ſunt,	Spondæus,	ut,	- - *Virtus*
	Pyrrichius,		*v v Deus.*
	Trochæus,		- *v Panis.*
	Iambus.		*v* - *Amans.*
Triſſyllabi octo,	Moloſſus,	ut,	- - - *Magnates.*
	Tribrachus,		*v v v Dominus.*
	Dactylus,		- *v v Scribere.*
	Anapæſtus,		*v v* - *Pietas.*
	Bacchius,		*v* - - *Honeſtas.*
	Antibacchius,		- - *v Audire.*
	Amphimacer,		- *v* - *Charitas.*
	Amphibrachus.		*v* - *v Venire.*

Porro, pedes juſto numero atque ordine concinnati, carmen conſtituunt.

Eſt enim carmen, oratio juſto atque legitimo pedum numero conſtricta.

Carmen compoſituro imprimis diſcendum eſt, pedibus ipſum rite metiri; quam Scanſionem vocant.

Eſt autem Scanſio, legitima carminis, in ſingulos pedes commenſuratio.

Scanſioni Accidentia.

Scanſioni accidunt, Synalœpha, Eclipſis, Synæreſis, Diæreſis, & Cæſura.

Synalœpha, eſt eliſio quædam vocalis ante alteram in diverſis dictionibus: ut,

Sera nimis vit' eſt crastina, viv' hodie.

Fit autem interdum in his dictionibus, ut, *Dii, Diis, iidem, iiſdem, deinde, deinceps, ſemianimis, ſemihomo, ſeminuſtus, deeſt, deero, deeris,* & ſimilibus.

At *Heu* & *O*, nunquam intercipiuntur.

Eclipſis, eſt quoties *m* cum ſuâ vocali perimitur, proximâ dictione à vocali exorsâ: ut,

Monſtr', horrend', inform', ingens, cui lumen ademtum: pro *Monſtrum, horrendum*, &c.

Synæreſis, eſt duarum Syllabarum in unam contractio: ut,

Virg. *Seu lento fuerint alvearia vimine texta*, pro *alvearia*.

Diæreſis eſt, ubi ex unâ ſyllabâ diſſectâ, fiunt duæ: ut,

- ⏑ ⏑ - - - - ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ -

Ovid. *Debuerant fuſos evolviſſe ſuos*, pro *evolviſſe*.

Cæſura eſt, cum poſt pedem abſolutum, ſyllaba brevis in fine dictionis extenditur.

Cæſuræ ſpecies ſunt.

Triemimeris, ex pede & ſyllabâ: ut,

- ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - - - ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - -

Virgilius: *Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.*

Penthemimeris, ex duobus pedibus & ſyllabâ: ut,

- ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - - - - - ⏑ ⏑ - -

Virgilius: *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.*

Hephthemimeris, ex tribus pedibus & ſyllabâ: ut,

- - - - - ⏑ ⏑ - - - ⏑ - - -

Idem, *Oſtentans artem patriæ arcumque ſonantem.*

Enneemimeris conſtat ex quatuor pedibus & ſyllabâ: ut,

- ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - - - - - ⏑ ⏑ - -

Idem, *Ille latus niveum molli fultus hyacintho.*

DE GENERIBUS Carminum.

CArminum genera uſitatiora, de quibus nos hoc loco potiſſimum tractare decrevimus, ſunt Heroicum, Elegiacum, Aſclepiadeum, Sapphicum, Phaleucium, Iambicum.

Carmen Heroicum.

Carmen Heroicum, quod idem Hexametrum dicitur, conſtat pedibus numero quidem ſex, genere vero duobus, dactylo & ſpondæo.

dæo. Quintus locus dactylum, sextus spondæum peculiariter sibi vendicat: reliqui hunc vel illum, prout volumus.

- ∪∪ - ∪ ∪ - ∪∪ - ⏑ - ∪ ∪ - -

ut, Virg. *Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.*

Reperitur aliquando spondæus etiam in quinto loco:

ut, Idem, *Chara Deûm Soboles, magnum Jovis incrementum.*

Ultima cujusque versûs syllaba habetur communis.

Carmen Elegiacum.

Carmen Elegiacum, quod & Pentametri nomen habet è duplici constat Penthemimeri, quarum prior duos pedes, dactylicos, spondaicos, vel alterutros comprehendit, cum syllabâ longâ: altera etiam duos pedes, sed omnino dactylicos cum syllabâ item longâ:

- - -∪∪- - ∪ ∪ - ∪ ∪ -

ut, Ovid. *Res est solliciti plena timoris amor.*

Carmen Asclepiadeum.

Carmen Asclepiadeum constat ex penthemimeri, hoc est, spondæo & dactylo & syllabâ longâ, & duobus deinde dactylis: ut,

- - - ∪∪ - -∪∪ - ∪ ∪

Horatius, *Mecænas atavis edite regibus.*

Sapphicum.

Carmen Sapphicum constat ex trochæo, spondæo, dactylo, & duobus demum trochæis: ut,

- ∪ - - - ∪ ∪ - ∪ - ∪

Horatius, *Jam satis terris nivis atque diræ.*

In hoc tamen carminis genere, post tres versus additur Adonicum, quod constat ex dactylo, & spondæo:

- ∪ - - - ∪ ∪ - ∪ - ∪

ut, Horatius, *Integer vitæ scelerisque purus.*

- ∪ - - - ∪ ∪ - ∪ - ∪

Non eget Mauri jaculis nec arcu.

- ∪ - - - ∪ ∪ - ∪ - ∪

Nec venenatis gravidâ sagittis,

Fusce, pharetrâ. - ∪ ∪ - -

Phaleucium, sive Hendecasyllabum.

Carmen Phaleucium, sive hendecasyllabum, constat ex spondæo, dactylo, & tribus tandem trochæis: ut,

- - -∪∪- ∪ - ∪ - ∪

Quoquo diffugias pavens Mabili,

Nostrum non poteris latere nasum.

Iambicum Archilochium.

Legitimus versus Iambicus è solis constat Iambis:

ut,

⏑ - ⏑ - ⏑ - ⏑ - ⏑ - ⏑ -

ut, *Suis & ipſa Roma viribus ruit.*

Recipit tamen interdum in locis imparibus, pro iambo, tribrachum, ſpondæum, dactylum, anapæſtum; atque in paribus tribrachum, ſpondæum rarius.

Hoc carmen in duo genera diducitur; Dimetrum, & Trimetrum ſive Senarium.

Dimetrum conſtat ex quatuor pedibus: ut,

O carminum dulces notæ, - - ⏑ - - - ⏑ -
Quas ore pulchra melleo - - ⏑ - ⏑ - ⏑ -
Fundis, lyræque ſuccinis! - - ⏑ - ⏑ - ⏑ -

Trimetrum ſive Senarium.

Trimetrum ſenis conſtat pedibus: ut,

Qui nos damnant ſunt hiſtriones maximi.

DE QUANTITATE primarum ſyllabarum.

PRimarum ſyllabarum quantitas octo modis cognoſcitur: Poſitione, vocali ante vocalem, diphthongo, derivatione, compoſitione, præpoſitione, regulâ, exemplo, ſeu auctoritate.

POSITIO. Regula I.

Vocalis ante duas conſonantes, aut duplicem in eâdem dictione ubique poſiturâ longa eſt: ut,

Ventus, axis, patrizo.

Quod ſi conſonans priorem dictionem claudat, ſequente item à conſonante inchoante, vocalis præcedens etiam poſitione longa erit: ut,

Major ſum, quam cui poſſit fortuna nocere.

Syllabæ, *jor, ſum, quam & ſit,* poſitione longæ ſunt.

At ſi prior dictio in vocalem brevem exeat, ſequente à duabus conſonantibus incipiente, interdum, ſed rarius, producitur:

- - - ⏑ ⏑ - - - - - ⏑ ⏑ - -

ut, Juv. *Occulta ſpolia, & plures de pace triumphos.*

Vocalis brevis ante mutam, ſequente liquidâ, communis redditur; ut, *Patris, volucris.* Longa vero non mutatur: ut, *Aratrum, ſimulacrum.*

Vocalis ante alteram. *Regula* II.

Vocalis ante alteram in eâdem dictione ubique brevis eſt: ut, Dĕus, mĕus, tŭus, pĭus.

Excipias genitivos in *ius*, ſecundam pronominis formam habentes,

tes; ut, Unius, illius, &c. ubi *i* communis reperitur, licet in alterius ſemper ſit brevis, in alius ſemper longa.

Excipiendi ſunt etiam genitivi & dativi quintæ declinationis, ubi *e* inter geminum *i* longa fit; ut, Faciei: alioqui non; ut, Rĕi, ſpĕi, Fidĕi.

Fi etiam in fio longa eſt, niſi ſequantur *e* & *r* ſimul: ut, Fiĕrem, Fiĕri. *Juven. *Sic ſunt octo mariti.* - - - - v v - -

Idem; *Quod fieri non poſſe putes.* - v v - - - v v -

Ohe interjectio priorem ſyllabam ancipitem habet.

Vocalis ante alteram in Græcis dictionibus ſubinde longa fit; ut, Dicite Pĭerides. Reſpice Lāerten. Et in poſſeſſivis: ut, Ænēia nutrix. Rhodopēius Orpheus.

DIPHTHONGUS. Regula III.

Omnis Diphthongus apud Latinos longa eſt: ut, Aūrum, nēuter, mūſæ: niſi ſequente vocali: ut, Præire, præuſtus, præamplus.

DERIVATIO. Regula IV.

Derivativa eandem cum primitivis quantitatem ſortiuntur; ut, ămator, ămicus, ămabilis, primâ brevi, ab ămo. Excipiuntur tamen pauca, quæ à brevibus deducta primam producunt.

Cujus generis ſunt.

Vox vōcis, à vŏco.
Lex lēgis, à lĕgo.
Rex rēgis, à rĕgo.
Sēdes sēdis, à sĕdeo.
Jūmentum, à jŭvo.
Fōmes & fōmentum, à fŏveo.

Jūcundus, à jŭvo.
Jūnior, à jŭvenis.
Mōbilis, à mŏveo.
Hūmanus, ab hŏmo.
Vōmer, à vŏmo.
Pēdor, à pĕde.

Sunt & contra, quæ à longis deducta corripiuntur, qualia ſunt,

Dux, Dŭcis, à dūco.
Dĭcax, maledĭcus, & id genus multa, à dīco.
Fĭdes, à fīo.
ărena, ăriſta, } ab āreo.
Pŏſui, à pōno.

Gĕnui, à gīgno.
Frăgor, Frăgilis, } à frāngo,
Nŏto, as, à nōtu.
Năto, as, à nātu.
Dĭſſertus, à dīſſero.
Sŏpor, à sōpio.

Et alia nonnulla ex utroque genere, quæ relinquuntur ſtudioſis inter legendum obſervanda.

COMPOSITIO. Regula V.

Compoſita ſimplicium quantitatem ſequuntur: ut Pŏtens, impŏtens. Sōlor, consōlor, Lĕgo, is, perlĕgo. Lēgo, as, allēgo.

Excipiuntur tamen hæc brevia à longis enata: ut,

Innŭba,

Innŭba, Pronŭba, } à nūbo. { Dejĕro, Pejĕro, } à jūro.

PRÆPOSITIO. Regula VI.

Ex præpoſitionibus hæ ubique producuntur; A, de, præ, ſe, è, niſi vocali ſequente: ut, *Unda debiſcens.*

Pro quoque longa eſt, præterquam in iſtis.

Prŏcella, prŏfugus, prætervus, prŏnepos, prŏpago pro ſtirpe, prŏfanus, prŏfiteor, prŏfundus, prŏficiſcor, prŏfari, prŏpero, prŏfugio, prŏfecto.

Procurro, profundo, propello, propulſo, propago, as, primam ſyllabam habent ancipitem.

Prŏpheta & prŏpino, Græca ſunt per *o* parvum, & proinde primam brevem habent.

Di etiam producitur niſi in Dĭrimo, & Dĭſertus.

Reliquæ Præpoſitiones, ſi poſitio ſinat, corripiuntur. Cujuſmodi ſunt, Ad, ob, ab, ſub, re, in, &c.

REGULA VII. *Canon* I.

Omne præteritum diſſyllabum priorem habet longam: ut, Lēgi, ēmi. Excipias tamen Fĭdi à *findo*, bĭbi, dĕdi, ſcĭdi, ſtĕti, tŭli.

Canon II.

Primam præteriti geminantia, primam itidem brevem habent; ut,

Pĕpendi, Tĕtendi, Tŏtondi, Mŏmordi, } { Pĕpedi, Tŭtudi, Fĕfelli, Tĕtigi, } { Pŭpugi. Dĭdici. Cĕcĭdi, à cado. Cĕcĭdi, à cædo.

Quin & ſupinum diſſyllabum priorem quoque producit: ut, Mōtum, Lātum, Lōtum, Crētum. Excipe Quĭtum, Sĭtum, Lĭtum, Ĭtum, Rŭtum, Rătum, Dătum, Sătum.

Et cĭtum, à cieo, es: nam cītum, à cio, cis, quartæ, priorem habet longam.

EXEMPLUM ſeu AUTORITAS. Regula VIII.

Quarum vero ſyllabarum quantitas ſub prædictas rationes non cadit, à poëtarum uſu, exemplo atque auctoritate petenda eſt, certiſſimâ omnium regulâ. Diſcant ergo pueri obſervare ex poëtis communes primarum ſyllabarum quantitates, cujus ſortis ſunt.

Britannus, Bithynus, Cacus, Corcyra, Crathys, Pachinus, Palatium, Pelion, Creticus, Curetes, Diana, Fidenæ, Gradivus, hinnulus, Pyrene, rubigo, Rutilius, Hymen, Italus, liquor, liquidus, Lycas, Orion, rudo, Sichæus, Sicanius, & ſimilia.

DE

DE MEDIIS SYLLABIS.

MEdiæ ſyllabæ, partim eâdem ratione qua primæ, partim etiam ex incrementis genitivi, atque conjugationis analogiâ cognoſci poſſunt.

De incrementis genitivi nominum polyſyllaborum, ſupra in generibus nominum abunde dictum arbitramur: unde petere licebit, ſiquid de hac re hæſitaveris. Cætera frequens lectio & optimorum poëtarum obſervatio facile ſuppeditabunt.

Conjugationis analogiam ex imbibitis rudimentis pueri didicerunt: Nempe *A*, indicem primæ conjugationis, longam eſſe naturâ præterquam in Do, & ejus compoſitis, quando hujus ſunt conjugationis: ut, Dămus, circumdămus, Dăbis, circumdăbis, Dăre, circumdăre.

Præterea Syllabas timus & ritis, in præterito perfecto modi ſubjunctivi ubique pro brevibus habendas animadvertant; in futuro autem in oratione proſâ longas eſſe debere; in carmine vero indifferentes reperiri, quemadmodum contendit Aldus: ut, Præterito, amaverĭmus, amaverĭtis: Futuro amaverīmus, amaverītis.

Eſt & ubi ſyllabæ mediæ variant apud poëtas, ut in his quæ ſubjunximus: Connubium, Ficedula, Malea, Pharſalia, Batavus, Sidonius, & in ſimilibus.

Adjectiva in *inus* Latina pœnultimam producunt: ut, Clandeſtīnus, mediaſtīnus, parietīnus, matutīnus, veſpertīnus, repentīnus.

Præter hæc ſequentia { Diutīnus, Craſtīnus, Priſtīnus, Perendīnus, Hornotīnus, } { Serotīnus, Oleagīnus, Fagīnus, Cedrīnus, Carbaſīnus. }

Et reliqua materialia, ſive à metallorum nominibus formata in *inus*, qualia ſunt permulta à Græcis vocibus deducta in *νος*: ut Cryſtallīnus, myrrhīnus, hyacinthīnus, adamantīnus, &c.

Cætera felicius docebit uſus & poëtarum obſervatio, quam ullæ Grammaticorum regulæ, quas ſine ullo aut modo aut fine de mediarum ſyllabarum quantitate tradere ſolent.

Quare illis prætermiſſis, ad ultimarum ſyllabarum quantitates aperiendas jam accingamur.

DE ULTIMIS SYLLABIS.

QUanquam ultimæ ſyllabæ ipſum literarum numerum aut æquant, aut etiam ſuperant, non tamen pigebit illas etiam ordine percurrere.

Primum

Primum *a* finita producuntur: ut, Amā, contrā, ergā. Excipias, pută, ită, quiă.

Item Nominativos, & omnes caſus in *a*, cujuſcunque fuerint generis, numeri, aut declinationis, præter Vocativos in *a* à Græcis in *as*; ut, ô Æneā, ô Thomā: Ablativum primæ declinationis; ut ab hac Musā. Numeralia in *ginta*, *a* finalem habent communem, ſed frequentius longam: ut, Trigintā, quadragintā.

In *b*, *d*, *t*, definentia, brevia ſunt: ut, ăb, ăd, căpŭt.

In *c* definentia, producuntur: ut, āc, sīc, & hīc adverbium. Sed tria in *c* ſemper contrahuntur: ut, Lăc, nĕc, donĕc. Duo ſunt communia; Fac, & pronomen hic: & neutrum hoc, modo non ſit Ablativi caſûs.

E finita brevia ſunt: ut, Marĕ, penĕ, legĕ, ſcribĕ.

Excipiendæ ſunt omnes voces quintæ inflexionis in *e*: ut Diē, fidē, una cum Adverbiis inde enatis: ut, Hodiē, quotidiē, pridiē, poſtridiē, qua-rē, qua-de-re, ea-re: & ſiqua ſunt ſimilia. Et ſecundæ item perſonæ ſingulares imperativorum activorum ſecundæ conjugationis: ut, Docē, movē, manē, cavē.

Producuntur etiam monoſyllaba in *e*: ut, Mē, tē, sē, præter, quĕ, nĕ, vĕ, conjunctiones encliticas.

Quin & Adverbia quoque in *e* ab Adjectivis deducta, *e* longum habent: ut, Pulchrē, doctē, valdē pro validē.

Quibus accedunt Fermē, ferē. Benĕ, tamen & malĕ corripiuntur omnino.

Poſtremo, quæ à Græcis per η ſcribuntur, naturâ producuntur, cujuſcunque fuerint caſûs, generis, aut numeri: ut, Lethē, Anchisē, Cetē, Tempē.

I finita, longa ſunt: ut, Dominī, magiſtrī, amarī, docerī: Præter Mihi, tibi, ſibi, ubi, ibi, quæ ſunt communia.

Nisi vero & quasi corripiuntur: Cujus etiam ſortis ſunt Dativi & Vocativi Græcorum, quorum Genitivus ſingularis in *os* breve exit; ut,

Huic { Palladĭ, Phyllidĭ, Minoidĭ. } Vocat. ô { Amaryllĭ. Alexĭ. Daphnĭ. }

L finita corripiuntur: ut, Animăl, Annibăl, mĕl, pugĭl, săl, consŭl. Præter nīl contractum à *nihil*: & Sol. Et Hebræa quædam in *l*: ut, Michaēl, Gabriēl, Raphaēl Daniēl.

N finita producuntur: ut, Pæān, hymēn, quīn, Xenophōn, nōn, dæmōn.

Excipe Forsăn, forsĭtăn, ăn, tamĕn, attamĕn, veruntamĕn.

Corripitur & *In* cum compoſitis: ut, Exĭn, ſubĭn, deĭn, proĭn.

Accedunt his & voces illæ quæ per apocopen caſtrantur: ut, Mĕn? Vidĕn? Audĭn? Nemŏn?

Nomina item in *en*, quorum genitivus ĭnis correptum habet: ut, Carmĕn, crimĕn, pectĕn, tibicĕn, ĭnis.

Græca

Græca etiam in *on* per *o* parvum, cujuſcunque fuerint caſûs; ut, Nominat. Iliŏn, Pelĭon. Accuſ. Caucaſŏn, Pylŏn.

Quædam etiam in *in* per *i*, ut Alexĭn. In *yn* per *y*, ut Ityn.

In *an* quoque à Nominativis in *a*: ut, Nominat. Iphigenia, Ægina, Accuſat. Iphigeniăn, Æginăn.

Nam in *an*, à Nominativis in *as*, producuntur: ut, Nominat. Æneas, Marſyas. Accuſat. Æneān, Marſyān.

O finita, communia ſunt: ut, Amo, virgo, porro, docendo, legendo, eundo, & aliæ Gerundii voces in *do*.

Præter obliquos in *o* qui ſemper producuntur: ut, Huic dominō, ſervō. Ab hoc templō, damnō.

Et Adverbia ab Adjectivis derivata: ut, Tantō, quantō, liquidō, falsō, primō, manifeſtō, &c.

Præter ſedulò, mutuò, crebrò, ferò, quæ ſunt communia.

Cæterum modŏ & quomodŏ ſemper corripiuntur.

Citò quoque ut & ambo, duo, ego, atque homo, vix leguntur producta.

Monoſyllaba tamen in *o*, producuntur; ut, Dō, ſtō, ut & ergô pro causâ.

Item Græca per *ω* cujuſcunque fuerint caſûs; ut hæc Sapphō, Didō. Hujus Androgeō, Apollō Hunc Athō, Apollō.

R finita corripiuntur: ut, Cæsăr, torculăr, pĕr, vĭr, uxŏr, turtŭr.

Cor, ſemel apud Ovidium productum legitur: ut,

\- ∪ ∪ - ∪∪ - - - ∪∪-∪∪ - -

Molle meum levibus cor eſt violabile telis.

Producuntur etiam Fār, lār, Nār, vēr, fūr, cūr: Păr quoque cum compoſitis: ut, Compār, impār, diſpār.

Græca item in *er*, quæ illis in *ηρ* deſinunt: ut, Aër, cratĕr, charactĕr, æthĕr, ſotĕr.

Præter patĕr & matĕr, quæ apud Latinos ultimam brevem habent.

S finita, pares cum numero vocalium habent terminationes, nempe, *As, es, is, os, us.*

Primo, *as* finita producuntur: ut, Amās, musās, majeſtās, bonitās.

Præter Græca, quorum Genitivus ſingularis in *dos* exit; ut, Arcăs, Pallăs. Genitivo Arcadŏs, Palladŏs.

Et præter Accuſativos plurales nominum creſcentium; ut, Heros, Heroos: Phyllis, Phyllidos: Accuſativo plurali, Heroās, Phyllidās.

Es finita longa ſunt; ut, Anchisēs, ſedēs, docēs, patrēs. Excipiuntur nomina in *es* tertiæ inflexionis, quæ penultimam Genitivi creſcentis corripiunt; ut, Milĕs, ſegĕs, divĕs. Sed Ariēs, abiēs, pariēs, Cēres, & pēs, una cum compoſitis; ut, Bipēs, tripēs, quadrupēs, longa ſunt.

Es quoque à *Sum*, una cum compoſitis corripitur; ut, Potĕs, adĕs, prodĕs, obĕs.

Quibus

Quibus penĕs adjungi poteſt, una cum neutris ac Nominativis pluralibus Græcorum: ut, Hippomanĕs, cacoethĕs, Cyclopĕs, Naisdĕs.

Is finita, brevia ſunt: ut, Parĭs, Panĭs, triſtĭs, hilarĭs.

Excipe obliquos plurales in *is*, qui producuntur: ut, Muſīs, menſīs à *menſa*, dominīs, templīs.

Item quīs pro quibus cum producentibus penultimam genitivi creſcentis: ut, Samnīs, Salamīs: Genitivo Samnītis, Salamīnis.

Adde huc quæ in *eis* diphthongum deſinunt, ſive Græca, ſive Latina, cujuſcunque fuerint numeri aut caſūs, ut, Simoēīs, Pyroeīs, parteīs, omneīs.

Et monoſyllaba item omnia: ut, Vīs, līs; præter ĭs, & quĭs Nominativos, & bĭs apud *Ovidium*.

Iſtis accedunt ſecundæ perſonæ ſingulares verborum in *is*, quorum ſecundæ perſonæ plurales deſinunt in *itis*, Penultimâ productâ, una cum futuris ſubjunctivi in *ris*: ut, Audīs, velīs, dederīs. *Pl.* Audītis, velītis, dederītis.

Os finita producuntur: ut, Honōs, nepōs, dominōs, ſervōs.

Præter compŏs, impŏs, & ŏs, oſſis. Et Græca per *o* parvum: ut, Delŏs, Chaŏs, Palladŏs, Phillidŏs.

Us finita, corripiuntur: ut, Famulŭs, regĭus, tempŭs, amamŭs.

Excipiuntur producentia penultimam Genitivi creſcentis: ut, Salūs, tellūs. *Gen.* ſalūtis, tellūris.

Longæ ſunt etiam omnes voces quartæ inflexionis in *us*, præter Nominativum & Vocativum ſingulares: ut, Hujus manūs, hæ manūs, has manūs, ô manūs.

His accedunt etiam monoſyllaba; ut, Crūs, thūs, mūs, sūs, &c. Et Græca item per *us* diphthongum, cujuſcunque fuerint caſūs: ut, Hic Panthūs, Melampūs: Hujus Sapphūs, Cliūs.

Atque piis cunctis venerandum nomen JESUS.

Poſtremo, *u* finita producuntur omnia: ut, Manū, genū, amatū, diū.

Grammatices FINIS.